SI Romanorum Pontificum decreto, cęterorum opuscula tractatorum approbantur, vel reprobantur [a]; ita vt, quod sedes Apostolica probauit, hodie teneatur acceptum; & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur: quanto [b] potius, quæ ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus, pro varijs, & multifarijs ecclesiæ necessitatibus, & fideliũ moribus diuerso tempore scripsit; omni debent honore præferri, & ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus discretione, vel dispensatione magistra reuerenter assumi? quamquàm quidam vestrum scripserint, haud illa decretalia priscorum Pontificum in toto canonum codicis corpore contineri descripta†; cũ ipsi ∝, vbi hæc suæ intẽtioni suffragari [c] conspiciunt, illis indifferenter vtantur, & solũ nunc ad imminutionem sedis Apostolicæ potestatis, & ad suorũ augmentum priuilegiorum, minus accepta esse perhibeant. *Item infra*. ¶ Si ideo non esse decretales epistolas priscorum† Pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in codice canonum non habentur adscriptæ, ergo nec Sancti Gregorij, nec vllius alterius, qui ante vel post ipsum fuit, est aliquod institutum, vel scriptum recipiendum, eo ꝙ in codice canonum non habeatur adscriptum. Ergo doctrinã eorũ, & sanctiones, quæ ab omni lingua venerantur, quia in codice canonum non habentur adscriptæ, de codicibus suis eradant. Vt quid vel membranas [d] occupant, post quam non habentur acceptæ? Sed quare multum immoramur, cum nec ipsas diuinas scripturas veteris & noui testamenti iam recipiemus, si istos dixerimus audiendos? Etenim† neutrum horum in codice canonum ecclesiasticorum habetur insertum. Sed respõsuri sunt isti, qui non ad obediendum potius, quàm ad resistendum semper sunt parati, dicentes †, quod inter canones inueniatur capitulum Sancti Papæ Innocentij, cuius auctoritate doceatur à nobis vtrumq; testamentum esse recipiẽdum, quamquam in ipsis paternis canonis nullum eorum ex toto contineatur insertum. Quibus ad hæc asserendum † est; quoniam si vetus, nouumque testamentum recipienda sunt, non quòd codici canonum ex toto habeantur annexa, sed ꝙ de his recipiendis sancti Papæ Innocentij prolata videatur esse sententia; restat [a] nimirum, quòd decretales epistolæ Romanorum Pontificum sunt recipiendæ, etiam si non sint codici canonum compaginatæ: quoniam inter ipsos canones vnum B. Leonis capitulum [b] constat esse permixtum, quo ita omnia decretalia constituta sedis Apostolicę custodiri mandãtur, vt si quis in illa commiserit, nouerit sibi veniam denegari. Ait enim cap. decimo † suarum decretalium: [Ne quid vero sit, quod prętermissum à nobis forte credatur, omnia decretalia constituta tam beatę recordationis Innocentij, quã omnium decessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata † sunt disciplinis, ita à vestra dilectione custodiri mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.] Dicendo [c] vero, [omnia decretalia constituta,] nullum de decretalibus constitutis prætermisit, quod non mandauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo, [omnium decessorum nostrorum,] nullum Pontificum Romanorum, qui ante se fuerunt, excepit, cuius ita non præceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri; vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Itaque nihil refert, vtrum sint omnia nec ne decretalia sedis Apostolicæ constituta, inter canones conciliorum immixta; cum omnia in vno corpore compaginari non possint, & illa eis interstint, quæ firmitatem his, quæ desunt [d] & vigorem suum assignent, præsertim cum synodalia gesta, inter quæ ipsi canones statuti sunt, in codice canonum non habeantur, sed à nobis omni cultu debito venerentur. Consonat autem huic beatissimo Papæ Leoni, sanctus & facundissimus in decretis suis Patissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter susci piendas decernimus.] In quo notandum est, quia non dixit, [decretales epistolas, quæ inter canones habentur;] nec tantum, [quas moderni Pontifices ediderunt,] sed, [quas beatissimi Papæ diuersis e temporibus ab vrbe Roma dederunt.] Dictis autem [diuersis temporibus] etiam illa tempora vir sanctus comprehendit, quæ crebrescentibus paganorum persecutionibus, ad sedem Apostolicam deferri cauas episcoporum difficillime permittebant. His ita diuina fauente gratia prælibatis, ostendimus nullam differentiam esse inter illa decreta, quæ in codice † canonum habentur, sedis Apostolicæ præsulum, & ea, quæ præ multitudine vix per singula voluminum corpora reperiuntur: cum omnia, & omnium decessorum suorum decretalia constituta, atq; decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma dederunt, venerabiliter fore susciendas & custodiendas, eximios præsules, Leonem scilicet & Gelasium, mandasse probauimus.

Leo PP. 1. epi. 1. in fine.

Iuo p. 5. c. 33.

† al. quinto suorum decr.

† al. ordinata.

† al. sanctorũ

† al. etiam.

† al. aientes.

Innoc. PP. 1. ad Exuperiũ epis. 3. c. vlt.

† al. referẽdis.

† al. corpore.

∝ ¶ Cum ipsi.] *Locus fuit emendatus ex ipsa epistola Nicolai, quæ Romę manuscripta habetur, & nuper impressa est in appendice Bibliothecę sanctorum Patrum, vt dictum est, supra di stim. 10. c. leges*

tamen notitia earũ Iuris arg. quia necessaria. sup. d. 7. fuerunt. & est hic est necessaria. arg. ꝙ nullum verbũ positũ in aliqua scriptura debet vacare, vel supflue poni, vt 28. quęst. 1. sic enim, & extra de mai. & obed. solitæ. 1, & ff. de vsuris. l. 4.

¶ Vltra medium capitulum verific. a ¶ Reltat.] Quasi fin autem. diceret, quod obtinet ī vno, debet obtinere in omnibus similibus, vt 4. d. denique. in fin. & 26. dist. deinde. Archid.

b ¶ Capitulũ.] Illud cap. est. 26. q. 1. omnia vbi tamẽ attribuit Damaso Papę, & potest esse ꝙ vterq; fecerit illud & est simile 1. q. 1. de cętero. & de consec. d. 1. consulto.

c ¶ Dicẽdo.] Arg. ꝙ verbo generali omnia debent comprehẽdi, vt hic, & 1. q. 1. sunt nõnulli. & 14. q. 3. putat. & 12. q. 1. dilectissimis. & 13. q. 2. nõ æstimemus. Cõtra de consecra. d 2 reuera. & ff. 75. dist quod die. Verbũ generale oĩa debet comprehẽdere.

d ¶ Desunt.] Est hic arg. ꝙ si Papa in aliquo priuilegio vel rescripto cõfirmat alicui ecclesiæ priuilegia exemptionis vel alteri⁹ rei, quã habet ī priuilegijs suis, ꝙ eo ipso robur hẽant illa priuilegia 2, licet non possint exhiberi: dr. n. hic, quòd decretales sint recipiẽdę cũ capitulũ Leonis, quod est in corpore canonũ, de hoc dicat, ꝙ quis illæ non sint in corpore canonum. De hoc dixi sup. d. 9. vt veterum.

e ¶ Diuersis.] Nota quod verbum indefinite prolatum, generaliter est intelligendum vt 1. q. 3. nec his. 28. q. 1. idolatria. 3. q. 1. ꝙ si dormierit. ar. cõtra. 1 q. 1. sũt nonnulli. ADDITIO. Propria parte habet extra de priui. qa circa. & extra de testa. relatum

2 Cum istæ gl. concor. not. ꝑ Bal. Ang. & Io. de Imol. l. sciẽdum. in princ. ff. de verb. oblig. & quæ notantur per Bald. in authen. si quis in aliquo, in 2. col. C. de eden. & per Ang in §. & hoc in super. in 3. col in auth. vt ꝓnsal. larg. & per Ale. & Imo. in l. admonendi. ff de iureiur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelatum,2.in princ.vbi de hoc.Archidiaconus.

Sic omnes.] Casus huius cap.planus est.

Sa ¶ Petri.] Nam Papa sanctitatem recipit à cathedra,vt 40.dist.non nos.Io.

IN memoriam.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dī ꝙ Romana ecclesia ob reuerentiā B.Petri intātum debet honorari, vt si ēt vix ferendum præcipiat,tñ tolerari debet. In secūda parte, quæ incipit ibi.[Sivero.]dicitur quod si quis presbyter vel diaconus arguatur ab Apostolica sede, fallam epistolam detulisse: licentia sit eṕo tenere eū in carcere vel alia custodia, donec consulat Papam per litteras vel legatos, quid de hoc voluerit definire.vt is corrigatur, & cęteris modus imponatur.

b ¶ Iugū.] Vt 100. dist. contra morem. 11.q.3. qd ergo. idē est in alijs prælatis. vt 2.q.7. sacerdotes.

Litteræ dicuntur falsę multipliciter.

c ¶ Fallsam.] Dicitur charta falsa ex dicto vel tacito: & in tali falso distinguitur,vt extra de rescri.super litteris.& talis dīpne falsarius, vt ff.de fal.si qs obrepserit. Itē dicitur falsa scriptura, vt cum scribitur,omnes vel maiorem partem fratrū fuisse presentē, quę nō fuit vere presens vt extra de his quæ fiunt à prela.fine cō sen.cap.quanto.& talis falsarius suspēditur ab offi.ei⁹ & bñficio,vt extra de testi. tam litteris,in fine, Itē ipso facto dī falsarius, vt si charta apparet rasa vel immutata 1.& talis falsarius deponit,vt extra de crimi. fal. ad audiētiam. Qui aūt falsam chartā fabricat de nouo, non solum deponitur, sed & curiæ traditur 2,vt extra de fal.ad falsarium. Pęna falsitatis secundum leges est depositio,& omnium bonorum confiscatio in liberos:in seruo mors.ff. de fal.l. 1. Dicitur ēt falsa charta,quæ non habet testes inscriptos, vt extra de procur. 1. Itē dī falsa quæ habet subscriptiones varijs manibus notatas;& quæ non est perfecta eadē manu,vt extra de priuile.c.cum olim in fin.nisi ex hoc fit ibi diuersitas,ꝙ fit ibi calami vel atramenti mutatio, vt in auth.de fide instru. & cau. in princ. coll. 6. Item dī falsa si est alieno sigillo sigillata, dummodo ille habuit proprium;vel nisi dixerit ꝙ tunc nō habuit proprium,vt extra de appel.significauit.Item dī falsa si est contraria alteri ex eadē parte prolatę, vt extra de fide instr.imputari.& C.de fide instr.scriptura.Itē dīr falsa litterę Papæ ꝓp falsam grāmaticam. extra de rescrip. ad audientiam.Item dicuntur faliæ,si sint suspectæ, & eis

2 Extra de fide instru. cap.3. extra de fal. c.fin. extra de priuileg. cum olim.Arch.

2 Sed quid si ille, qui vtitur falso instrumento, vult se purgare, quod ignorauit, est ne audiendus?

aRespondeo

in quæ epistola multa alia habentur ad epistolas decretales etiam antiquissimas pertinentia.

Item Agatho Papa omnibus episcopis.

¶ Omnes sanctiones Apostolicæ sedis irrefragabiliter sunt obseruandæ. C. II.

SIc omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuini Petri [a] voce firmatæ sint.

Deus dedit ꝑ.] Poly.l.1.tit.17. Iuo p.4. c.238.

Item ex capitulis ∝ Caroli Imperatoris.

¶ Tolerandum est iugum,quod a sancta sede imponitur, licet importabile videatur. C. III.

IN memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam & Apostolicam sedem; vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat ecclesiasticæ magistra rationis Quare seruanda est cum manſuetudine humilitas, vt licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum [b], tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Si vero (quod non decet) quilibet, siue sit presbyter, siue diaconus, aliquam perturbationem machinando,& nostro ministerio insidiando,redargu itur falsam [c]ab Apostolica †sede detulisse epistolam,vel aliud quid,quod inde non venerit†;salua fide ß, & integra circa Apostolicum humilitate, penes episcopum sit potestas, vtrum eum in carcerem [d], aut aliam detrudat custodiam,vsquequo per epistolam,aut per idoneos suæ partis legatos Apostolicam interpellet sublimitatem, vt potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iusto ordine lex Romana statuet definire, vt & is corrigatur, & cæteris modus imponatur.

Extra in concilio Triburiensi,c 30. Burc.l.1.c.230. Iuo p.5.c.58.

†al.exigēdus.

†al.obedire.

†al. Apostolico destituisse.

†al. commenerit.

∝ ¶ Capitulis.] *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis,& Iuone. Ac Nanclerus volum.2. Gen 28.narrat hoc esse vnum ex viginti tribus legum capitulis, quæ Carolus Magnus ad omnes suas prouincias misit.Burchardus autem citat ex concilio Triburiensi, ca.30. vbi etiam extat.*

ß ¶ Salua fide.] *Apud Burchardum est,*falsa fide,& non integra.

Item Stephanus † Papa.

†al. Stephanus v.

¶ Quidquid Romana ecclesia statuit, vel ordinat,ab omnibus obseruandum est. C. IIII.

ENimuero,quia in speculum [e],& exemplum sancta Romana ecclesia, cui nos Christus præesse voluit, proposita † est, ab omnibus quidquid statuit, quidquid ordinat, perpetuo & irrefragabiliter obseruandum est.

†al. posita est omnibus, quid quid.

eis non imponitur fides,vt C.de proba.iubemus. Item dicitur falsa charta,si sigillum est fractum:vel si nō est annus indictionis appositus,vt extra de fide inst.inter. Item si filum est ruptum, vt extra de crimine fal.licet. Item si sunt impetratæ litterę pendente appellatione, vt extra de testi. causam. Itē si sunt impetratæ sine mandato domini, vt extra de rescri.nonnulli.

d ¶ In carcerem.] Si certum est eū esse falsatorem 3. 5c.dist.si episcopus. & extra de crimi. fal. ad falsarium. sed vbi est dubium, fit quod hic dicitur.

ENimuero.] Casus istius capituli planus est.

e ¶ In speculum.] Speculum per doctrinam: exemplum

plum per bonam operationem. 16.qnæst. 1. prædicator. & cap.nulli 7.q.1.suggestū 8.q.1.si ergo. 25. quæst. 2.institutionis.& 2.q.1.nulli.& c.omnia.L.u. 12.distin. scit sancta Archid.

NVlli.] CASVS. Quidam erant episcopi erigentes cal-

Poly.l.1.tit.17. Ansel.l.2.ca.21. Iuo p.5. ca.11. & 349.

[a] Intellige calcaneum contra Romanam ecclesiam,& nolētes se-eū determi-natiōe eius legitur & non extra de resc. si quando. & de Hu.quod canon iste potest intelligi esse latæ sententiæ, & pro hoc faciunt illa verba, prostratur.&ibi am damna us.Ar hi-

Papæ statutis non obediēs, an sit hæreticus.

dis Apostolicę præcepta obseruare,sed Grecos reprehendit,& hortatur eosdem ne ab ec. Romana recedant: alioquin deponentur.& eorū sententiæ inutiles erunt: quia quanto maiora eis committuntur, tanto magis puniri debent.

a ¶ Prostratus.] 1 Hic videtur ꝙ omnis,qui nō obedit statutis Romanæ sedis sit hæreticus: & varios modos hæresis notaui 24.q.3.5.quia vero,&c.quidā. Sed intelligas,ꝙ hic dī, ꝙ qui dicit Romanam ecclesiam non esse caput, nec posse condere canones, iste est hæreticus,vt 22.dist.c.1.& 25.q.1.violatores.& q.2. si quis dogmata.Sed si quis alias transgrediturei⁹ mandata, non propterea est hæreticus,licet peccet.extra de rescr. si quando.Io.2.

b Iudicio.] Sed contra 24.q.1.subdiaconus. Sed ibi non admittit damnatū ab hæreticis:sed si vult pœnitere, admittit eum:sed hoc non est ideo quia hæreticus

Isidorus.& 2.q.7.puto.63. dist. c.vlti. Sed qualiter stare potest quod hic dicitur? Nonne omnes canonicæ scripturæ æqualiter sunt recipiendæ. arg.15. distinct. sancta Romana? Quomodo ergo vna præponitur alijs? Respondeo potest esse quod omnes recipiuntur, non tamen quod omnes in eadem veneratione habeantur. Vel intelligas istud de localibus canonibus, vt ille præponatur alijs qui à pluribus tenetur:& sic potest intelligi 50. distinct.Domino sancto.in fi.vbi de hoc in glos. nonne.

h ¶ Plures.] Nota quod hic dignitas personarum cōpensatur cum numero, similiter in testibus, vt extra de test.in nostra.similiter in creditoribus, vt ff. de præiudicat. licet maior sit dignitas ex parte alterā, & licet sit arg.contra 63.distin.c.vlt. & 76.dist. ieiunium.§. non autem.5.

Item Gregorius iiij.

¶ A Pontificalibus sit alienus officijs; qui Apostolicis non vult obedire præceptis. C. V.

NVlli fas est vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta,nec nostræ dispensationis ministerium;quod vestram sequi oportet charitatem. 2. ¶ Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus [a] quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat,sed extorris à sancto ministerio fiat; nec de eius iudicio [b] quisquam postea curam habeat, quoniam iam dānatus a sancta & Apostolica ecclesia, ac auctoritate sua de inobedientia,atque prę sumptione à quoquam esse non dubitatur:quia maioris [c] excommunicationis deiectione est abijciendus †,cui sanctæ Ecclesiæ cōmisa fuerit disciplina qui non solum præfatæ sanctæ ecclesiæ iussionibus parere debuit,sed etiam alijs [d],ne præterirent,insinuare:Sitq. alienus à diuinis,& pontificalib.officijs, qui noluit præceptis Apostolicis obtemperare †.

¶ *Caput hoc est in eadem epistola Gregorij iiij.ex qua sumptum est cap.decreto nostro.infra 2.q.6.Extat autem in codice sepe memorato bibliothecæ Dominicanæ.*

Item Augustinus de doctrina Christiana.lib.2.c.8.

¶ Inter canonicas scripturas Decretales epistolę connumerantur. C. VI.

Poly.l.1.tit.25. Ansel.l.3.c.ult. & l.6. c.212.

IN Canonicis scripturis ecclesiarum catholicorum quā plurimū diuinarum scripturarum solertissimus indagator auctoritatem sequatur, inter quas [e] sane illæ sint, quas Apostolica sedes habere [f],& ab ea alij meruerunt accipere epistolas. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis,vt eas,quæ ab omnibus recipiuntur ecclesijs præponat [g] eis quas quædā non accipiunt. In eis vero, quæ nō accipiuntur ab omnibus præponat eas;quas plures [h], gratioresq. accipiunt eis, quas pauciores, minorisq. auctoritatis ecclesiæ tenēt. Si autē alias inuenerit à pluribus, alias

3 Arg.extra de natis ex lib.ven. c.2.

4 inf.di ꝑ. de quib.extra de offi. leg. prudentiam.65.dist. c.2 & 3. Arch.

Scripturæ canonicæ non sunt in eadem veneratione.

Dignitas ꝑsonæ cōpensatur cū numero.

5 Iuxta fi. nem, ibi ꝙ qualis eorū &c. Archid.

eum damnauit.sed quia aliàs malus est.

c ¶ Maioris.] Arg.quòd quanto aliquis delinquens est maior,tanto magis est puniendus,vt 40.d.homo Christianus.11.q.3.præcipue.25.q.1.nullę fas.

d ¶ Sed etiā alijs.] Arg ꝙ qui tenetur aliquē defendere contra alios, multo fortiꝰ cōtra, se vt 16.q.1.in canonib.& ff.si ser.ven. alius.3.

INcanonicis] CASVS.Hoc ca diuiditur in duas partes: In prima parte dicit ꝙ bonus indigator diuinarū scripturarum debet seq; auctoritatem catholicarū ecclesiarū in scripturis recipiendis & pponēdis: inter quas scripturas præponēdæ erunt scripturę sedis Apostolicæ. In secūda parte, quę incipit ibi,] Tenebit igitur.] Dicit ꝙ illę scripturæ,quę recipiuntur ab omnibꝰ, sunt ꝑponēdæ illis, quas non recipiunt quidam:inter illas vero quæ nō recipiuntur ab oībus,prępondas eas, quas plures & grauiores recipūt eis, quas pauciores & minoris auctoritatis recipiūt. Sed si alię a grauioribꝰ,aliæ à plurib. recipiūtur, ęqualis erūt auctoritatis licet hoc de facili inueniri nō possit.

e ¶ Inter quas.] Canonicę scripturę sūt epistolæ.

f ¶ Habere.] Meruit ab alia ecclesia.

g § Præponat.] Argu ꝙ semper præsumitur pro multitudine,vt 61. dist. nullus inuitis.Itē argu. qđ a pluribus recipitur maioris est auctoritatis ꝙ ꝙ a pauciorib⁹ 4, vt su. 16. dist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDITIO. Non est contra: ibi enim erant æquales in numero, non in meritis. Cy.

a ¶ Inueniri.] Arg qꝑ iura aptantur ad ea, quæ raro accidunt. de conse. dist 4. sanctum est. & ff. si pars hæred. pe. antiqui. Arg contra 28. dist. de Syracusanæ. 14. q. 5. deniq. ff. de leg nam ad ea.

ADDITIO. Ad idē in Auth. de consul. coll. 4. in Auth. vt fine prohib. ma. & circa med. coll. 7. Archidiaconus.

ITa Dñs.] CASVS. Quidam epi contra eccles iam Romanam erigebāt cervicem, ei obedire nolentes: nec volebant sequi doctrinam, quam à veteribus receperunt. cōtra quos inuehitur Leo, probans, quòd ab ecclesia Romana non debent recedere: q̄ ita est cōfirmata à Dño & corroborata ī Petri soliditate, qꝑ nec temeritas hominū nec portę inferi aduersus eam prealebunt: ostendit etiam qꝑ à principio sic voluit Dominus Euangelicam prædicationem ab apostolis & alijs prædicatoribꝰ per vniuersum orbē diffundi, vt Petriꝰ cuius vice Papa fungit esset quasi quoddam caput illius prædicationis: & quicunq; à Petri soliditate recedere voluerit deponatur.

b ¶ Sacramentum.] id est, hoc sanctum munus 1.

c ¶ Hunc. [Id est, Petrum.

d ¶ Indiuiduæ.] Scilicet ecclesię.

e ¶ Erat.] Id est, ab eo quod ipse Dominus erat, s. petra: voluit eū vocari dominus Petrum. de cōs. dist. 2. reuera.

f ¶ Et super hanc petram.] Per hanc dictionem non credo Dominum aliud demonstrasse, quam hæc verba, q̄ Petrus respondit Domino cum dixit: Tu es Christus filius Dei viui: quia super illo articulo fidei fundata est Ecclesia [ergo super seipso fundauit Deus ecclesiam.]

g ¶ Appetere. id est lacessere & calumniari.

h ¶ Nec portæ.] Id est, vitia vel etiam hæreses: quia ecclesia non potest errare, vt 24. q. 1. à recta. Nec ecclesia potest esse nulla, vt 24. q. 1. pudenda. quia ipse Dñs rogauit pro ea vt non deficeret, vt 21. dist. c. 1. in fin.

i ¶ Cupiditatibus. id est, voluntatibus.

K ¶ A veteribus.] Arg. qꝑ dicta veterum sunt sequenda, vt 37. dist. relatum. 24. q. 3. transferunt. & infra dist. proxi. de quibus.

HOC AVTEM. CASVS. Dictum & probatum est supra, quod decretales epistolæ vim habeant auctoritatis eas habendas puto.

à grauioribus haberi (quamquam hoc inueniri [a] vix possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.

¶ *Caput hoc apud B. Augustinum loco indicato sic habet:* In canonicis autem scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurium auctoritatem sequatur: inter quas sanè illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus accipiuntur ecclesijs, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauioresque accipiunt, eis, quas pauciores, minorisque auctoritatis ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit a pluribus, alias a grauioribus haberi, (quamquam hoc †inuenire non possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto. *Quæ quidem B. Augustini sententia non ad decretales Romanorum Pontificum, sed ad canonicas, & sacras scripturas referenda est.* †facile] *vrig. Antuerp.*

Item Leo Papa I. ad episcopos Viennenses, epist. 87.

¶ Ministerij † diuini se exortem intelligat, qui à soliditate Petri recedit. C. VII. † *Misterij*

ITa Dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit, vt veritas, quæ antea legis & prophetarum præconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est: [In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.] Sed huius muneris sacramentum [b] ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet, vt exortem se mysterij †, intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc [c] enim in consortium indiuiduæ [d] vnitatis assumptum, id quod ipse erat [e], voluit nominari, dicendo, [Tu es Petrus, & super hanc petram [f] ædificabo ecclesiam meam:] vt æterni ædificatio templi mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate consisteret, hac ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere [g], nec portæ [h] contra illam inferi prænalerent. Verum hanc petræ istius sacratissimam firmitatem Domino vt diximus, ædificante constructam, nimis impia vult præsumptione violare; quisquis eius potestatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus [i] suis, & id quod accepit à veteribus [k], non sequendo. *Psal. 18.* *Iuo p. 5. c. 6.* † *al. ministerij.* *Matth. 16.*

Hoc autem [l] intelligendum est de illis sanctionibus, vel

[1] Scilicet prædicandi, q̄d est Petro cōcessum. 11. distin. c. vlt. Sed id ideo dicit sacramentū, quia ea habebāt in figura. 43. distin. sit rector. Archid.

auctoritatis: quod verum est (sicut dicit Gratianus) de decretalibus, quæ decretis patrum & scripturis Euangelicis non contradicunt. Vnde quia Anastasius Papa fauore Anastasij Imperatoris ordinatos ab Acacio hæretico decreuit rite & de iure communi posse suis officijs fungi: ideo Romana ecclesia eius decretum repudiauit.

l ¶ Hoc autem.] Scilicet quod decretales epistolæ sint paris auctoritatis cum canonibus.

a ¶ Acacius.] Hæreticus & excommunicatus. 24. q. 1. Acacius. 1 fuit enim excommunicatus propter hæresim à Gelasio. & à Felice Papa, vt ibi dicitur.

S Ecundum.] CASVS. Acacius hæreticus baptizauit & ordinauit multos tempore suę hæresis, quos dicebat

decretalibus epistolis, in quibus nec præcedētium Patrum decretis, nec Euangelicis præceptis aliquid contrarium inuenitur. Anastasius x enim secundus fauore Anastasii Imperatoris, quos Acacius [a] post sententiam in se prolatam sacerdotes, vel leuitas ordinauerat, rite fungi acceptis officijs debere decreuit: ita inquiens.

x Secūdum Archid.

¶ Anastasius.] *Maxime verum est sensisse Anastasium, ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam, rite fungi acceptis officijs potuisse. Hoc enim duntaxat inquit in capite sequenti, firmam esse sacramenti gratiam ab Acacio traditam: quod verissimum est, sicut & aliæ omnes sententiæ, quas in ea epistola ex B. Aug. Anastasius accepit, verę sunt. Habetur autem hæc eadem Anastasii Papæ ij. epistola in corpore canonum, quod Romana ecclesia semper approbauit, vt infra dist. 20. c. de libellis. est adnotatum. Itaque sine causa reprehenditur hoc loco Anastasius à Gratiano.*

Anastasius II. ad Anastasium Augustum, epist. 1. c. 7. & 8.

¶ Nulla Iæsionis portio attingit eum, qui ab hæreticis iam damnatis ordinatur. C. VIII.

In codice canonum, fol. 159. Poly. l. 3. tit. 10. Ansel. l. 9. ca. 62. Iuo p. 1. ca. 151.

SEcundum [b] ecclesiæ catholicæ consuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quòd nullum de his, quos baptizauit [c] Acacius, vel quos sacerdotes, siue leuitas secundum canones ordinauit, vlla ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptisma (quod procul sit ab ecclesia) siue ab adultero, vel à fure datum fuerit, ad percipientem munus [d] peruenit illibatum: quia vox [e] illa, quæ sonuit per columbam [f], omnem maculam humanæ pollutionis exclusit, qua declaratur, ac dicitur: [Hic est qui baptizat in spiritu sancto, & igne g.] Nam si visibilis [h] solis istius radij, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus, nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas, cum fuerit, sacrilegus, atque fur, quidquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce: [Scribæ, inquit; & Pharisæi super cathedram Moysi sedent, quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt.] Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari; hoc totum contineri [i] implente † diuinitatis effectu [k]: ita ille, per quem loquitur

Nicolaus ad cōsulta Bulg. c. 15.

Ioan. 1.

Ioan. 12.

Matth. 13.

† *al. implendo diuinitatis effectum.*

bat quidam non posse sua officia de iure communi exequi: quare Anastasius Imperator de hoc dubitans quęsiuit a Papa, qui respondit eos posse de iure communi suis officijs fungi: nec per malitiam Acacij lędi posse. Nam baptismata & ordines à malo collata, per ipsius malitiam non impediuntur. Et probatur hoc vj. rationibus. Prima ratio est: quia in sacramentis virtus Christi operatur, quæ omnem maculam repellit. Secūda est de radijs solis, qui & si transeant per loca fętida, tamē non coinquinantur, idem est de sacramentis p malos ministratis. Tertia est de Iuda: qui licet malus fuisset, multa tamen fecit, quæ rata sunt habita. Quarta est de auctoritate Domini, qui ꝓcepit verba Scribarū, & Pharisęorum seruāda & implēda. Quinta ratio est, qꝑ oē bonum à quocunque fiat, fit à Deo. Sexta ratio est q̄a in sacramētis nō est attendendum qualis vel quis cōferat, sed quid cōferatur: quia incremētū solus Deus prębet & neq; qui plātat neq; qui rigat est aliqd: sed qui incremētū, &c. Postea cōcludit ex sup. dictis, qꝑ sacra eiꝰ seruari dēnt.

b ¶ Secūdū.] Varijs modis ponitur casus huius ca. G. inducit quasi fit abrogatū. & Melendus sentit cum eo, & omnes qui dicunt veritatē sacrorum non esse apud hęticos, vt 24. q. 1. schisma. & 1. q. 1. extra ecclesiā. H. dicit qꝑ nec capitulum est reprobatū, ne author ꝓ ijs, q̄ hic cōtinentur dīnatus fuit: quia nihil hic continetur qđ nō canonice dicatur; sed iō fuit iste damnatus: quia cōiauit Photino hęretico: & quia voluit reuocare Acaciū hæreticū post mortē, & ideo ille Anastasius fuit dānatus, vt inf. c. Anastasius. Alij dicunt, qꝑ hoc c. cū auctore reprobatū est; quia voluit dicere qꝑ ordinati ab hęretico sine omni dispensatione de iure posśūt sua officia exercere dicit eī H. qꝑ hæretici habēt veritatem sacrorum, sed nō habēt executionē eorū, vt de cōse. dist. 4. sicut ī sacris. &c. nō ī vobis, vt no. 1. q. 1. q̄ perfectionē. &c. dās.

Sacramentorum veritas an sit apud hæreticos.

c ¶ Baptizauit.] in forma ecclesię.

d ¶ Munus.] Id est, baptisma.

e ¶ Quia vox.] Hic est qui baptizat. de consec. dist. 4. baptismus in fi.

f ¶ Per columbam.] Id est, per spiritum sanctum in specie columbæ. Hu.

g ¶ Et igne.] Id est charitate.

h ¶ Nam si visibilis.] 1. q. 1. si fuerit.

i ¶ Contineri.] Id est, perfici.

K ¶ Implēte diuinitatis effectu.] Id est, Deo cooperante.

a ¶ Plan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Plantauit.[Prædicando.
b ¶ Apollo.] Discipulus Pauli.
c ¶ Rigauit.]Baptizando.
d ¶ Incrementum.] i.gratiã & remissionẽ peccatorũ 1.
e ¶ Vel qualis]Hoc intellige de toleratis.aliàs bñ ꝙritur,vt 24.dist.quiescamus.nã nemo potest ꝓdicare nisi mittat, vt 16.q.1. adijcimus & extra de hæret. cũ ex iniũcto. Vel loqẽ ſm antiqua tpa, qñ oẽs poterãt ꝓdicare.
f ¶ Prædicet .] Sed quę prædicet.
g ¶ Vt inuidos .] i. pseudo apostolos. 2.
h ¶ Affirmet.]Et hoc i epistola ad Philippẽses,cũ dicit;siue p veritatẽ siue alio modo Xps ꝓdicet,i hoc gaudeo & gaudebo.
i ¶ Hoc,]Inuidiam.
k ¶ Et hic]Scilicet Acacius.
l ¶ Aliis.]Scilicet ignorantibus.
m ¶ Suæ virtutis.] Quoad veritatem sacramenti.
n ¶ Generaliter.] i. in omni sacramẽto.
o ¶ Vt imaginẽtur.] scilicet Acacium.
p ¶ Metuere.]S. ſm suã opinionẽ falsam. Nam in veritate ſciebant ordinẽ, sed nõ executionẽ.1.q.1. ordinationes.1.q.7. Daibertum 3.
QVIA ERGO. CASVS. Concludit Gratianus exsu.dictis,& de qꝫ ga Anastasius ita decreuit, ideo Felix & Gelasi⁹ & Hormisda eũ excõicauerũt.sed Acaciũ pri⁹.
ANastasius.[CASVS. Photinus diacon⁹ Thessalonicen.cõicauit Acacio hæresi. Post mortẽ vero Acacij Anastasius Papa cõicauit Photino sine cõcilio clericorũ, & occulte voluit reuocare Acaciũ defunctũ in hñsi vt oꝛones ꝓ eo in ecclesia fierẽt , & iõ multi clerici recesserũt ab obedientia ei⁹ & lepra percuss⁹ est.
¶ Casus autẽ sequẽtis ſ.planus est.
q ¶ Abegerũt.] i.remouerũt.32.d.c.pter hoc ſ.verũ.Sed cõtra.6.q.4. nõne. vbi dr, qꝫ ante tps sententię nõ possunt clerici recedere ab eo,sed hic non recesserunt ante sñiam,quia incidunt in hæresim iam damnatam,vt 24.q.1.c.1.2 & 3.4
r ¶ Concilio.]Videtur ergo qꝫ Papa tenetur requirere concilium episcoporum;quod verũ est,vbi de fide agitur & tunc synodus ✱ maior est Papa,vt 15.dist.sicut.in fi.arg.ad.hoc 93.dist.leg mus.
ſ ¶ Qui communicauerat.] cõtra 21.q.3.quoniã.vbi dr, qꝫ excõmunicatio non transit in tertiam personam: sed communicauit ei in malefitio , vnde potuit transire ad tertiam ꝑsonam,vt extra de sent.excom.nuper.
t ¶ Occulte.] Magis inde præsumitur cõtra ipsũ,vt extra vt eccl.benefi.vt nostrũ extra de offi.deleg.cõsolatus. fi.de ritu nup.palam.ff de admi.tut. nõ existimo . Laudu ¶ Diuino .] Quia dum astellaret, emisit intellectus ignominiosę lapsus.

3 Quia concludit Grat. scẽm opinforte suã , ſ. qua asserit veritatem sacramentorũ nõ esse apud hæreticos : quod falsũ est. Ioan.de Fan.

2 Sub . qui ex inuidia bonorum. & causa lucri Christum prædicabãt. 28. q 1. iam nunc. in fin. Archid.

4 Hic videas, quod nõc. 2. q. 7. sacerdotes.

3.q.5.ca. vlc.Arch.

Christus, Paulus affirmat, [Ego plantaui [a], Apollo [b] rigauit [c]: sed Deus incrementum [d] dedit. Itaque neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementũ dat Deus.] Adeo autem non quæritur, quis, vel qualis [e] prædicet [f], sed quid †prædicet, vt inuidos [g] etiam bene Christum prædicare affirmet [h]: quo malo ipse diabolus deiectus est, & hoc [i] ipse † prædicare non desinit. Ideo ergo & hic [k], cuius nomen dicimus reticendum, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentum, quod per illum datum est alijs [l], perfectionem suæ virtutis [m] obtinuit. Quod † quidem generaliter [n] verum est, nisi aliquorum in tantum se extenderet curiosa suspicio, vt imaginentur [o] prolato à Felice Papa iudicio, postea inefficaciter in sacramentis, quæ Acacius vsurpauit, egisse; ac proinde eos metuere [p], qui vel in consecrationibus, vel in baptismate mysteria † tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur.

1.Cor.3.

† al. quem.

Phi.ip. 1.

† al.ipso.

Cap.8.

† Quod cum sia sit, aliquorum in tãtum se extendit curiosa]orig. † al. ministe ria.

Quia ergo illicite, & non canonice, sed contra decreta prædecessorum, & successorum suorum hæc rescripta dedit (vt probat Fœlix, & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicauerunt, & Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eundem Acacium postea damnauit) ideo ab ecclesia Romana repudiatur, & a Deo percussus legitur fuisse hoc modo.

¶ Anastasius à Deo reprobatus, nutu diuino percussus est. C. IX.

ANnastasius [α] secundus, natione Romanus, fuit temporibus Theodorici regis. Eodem tempore multi clerici, & presbyteri se à communione ipsius abegerunt [q], eo quòd communicasset sine concilio [r] episcoporum, vel presbyterorũ, & cleri cunctæ ecclesiæ catholicæ, diacono Thessalonicensi, nomine Photino, qui communicauerat [s] Acacio: & quia voluit occulte [t] reuocare Acacium, & non potuit, nutu diuino [u] percussus est.

Ex libro] (vt in corpore con ciliorũ citatur) Pontificali. Iuo p.14.c.40.

α ¶ Anastasius.] *Caput hoc habetur quidem tomo secundo conciliorum in vita Anastasii: sed esse omnino confictum, cum ex multis alijs argumentis, tum ex hoc manifeste ostenditur, quod Acacius (sicut Nicephorus, lib. 16.c.12. & Euagrius, lib 3.cc18. & sequentibus, & clarissime Anastasius bibliothecarius in chronologia testantur) tempore Fœlicis iij. obijt, cui successit Gelasius, & Gelasio Anastasius, qui initio epistolę suę, & cap.1.ad Anastasium Imperatorem, Acacium mortuum iam, & ante iudicem Christum vnà cum Fœlice adstare scripsit, vt Gelasius quoque ante ipsum scripserat, & habetur infra 24. q.2. c.nec quisquam. quomodo ergo potuit Anastasius de eo reuocando tractare, qui iam obierat?*

Hinc etiam de Maximo α episcopo in Constantinopolitana synodo statutum est sub Damaso Papa.

¶ Quæ circa indisciplinatos prælatos, vel ab eis geruntur, in irritum reuocentur. C. X.

PRopter totius indisciplinationis eius doctrinam, quæ Constantinopoli orta est, statutũ est, ne Maximus fuisse, aut esse iam putetur episcopus, neque hi, qui ab eo sunt ordinati qualemcunque gradum clericatus obtineant [a], omnibus, scilicet, quæ circa eum [b], vel ab eo gesta sunt, in irritum reuocatis.

α ¶ De maximo.] *Ex verbis huius canonis, præsertim Græcis, & interpretatione Balsamonis, ac vita Gregorij Theologi per Gregorium presbyterum descripta, & alijs ex locis (tametsi Theodorus videtur parum diligenter hoc tractasse) apparet hunc Maximum nunquam fuisse episcopum, ac propterea recte statui nullum ab eo potuisse imprimi ordinis character, quod non erat de Acacio asserẽdum. Verba Græca huius canonis hæc sunt:* Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης, ὥσε μητε Μάξιμου ἐπίσκοπον ἡγεῖσθαι, εἶναι, μητε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων, *i.* De Maximo cynico, de quę ijs, rebus, quæ nullo ordine circa ipsum Constantinopoli gesta sunt. Neque Maximum aut fuisse, aut esse episcopum, neque eos, qui ab ipso sunt ordinati, in vllo cleri gradu censendos: omnibus, quæ & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatis. *Ac de eodem Maximo, quòd nunquam fuerit episcopus, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papæ scripta Basilio Imperatori, quæ habetur actione prima octaua synodi manuscriptæ, quæ est penes Cardinalem Sirletum. Citans enim Leonem primum ait:* Dicit enim altisona tuba, sanctus videlicet sedis Apostolicæ Papa Leo, cuius sententiam, quidquid vbique catholicum est velut cœleste miraculum celebrat, & veneratur oraculum, cum sæpe quæstio de male accepto honore nascitur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum Cynicum synodo secund a damnatum, vel inter ordinationes huius & illius, distinctionis aliquid esse conuicimus.

DISTINCTIO XX.

†al.expositoritibus]exemp. ps

Decretales [c] itaque epistolæ canonibus conciliorum pari iure exæquantus. Nunc autem quæretur de expositionibus † sacræ scripturę, an exæquentur, an subijciẽtur eis. Quo enim quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autem tractatorum, sicut pleniori gratia sancti Spiritus, ita amplioris scientia alijs præcellentes, rationi magis adhæsisse probantur. Vnde nonnullorum Pontificum constitutis, Augustini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta videntur esse præferenda.

2 ¶ *Sed aliud est causis terminum imponere: aliud sacras scripturas diligẽter exponere. In negotijs definiẽdis*

a Propter.] ¶ Obtineãt.] Quia præter formã ecclesiæ conclit.1.q.1.extra ecclesiam.
b ¶ Quæ circa eũ.] Arg. quòd quidquid fit ab intrusis vel vitiose electis, totum cassatur, vt 12. q.2. alienationes.25.omne. Arg. cõtra.3.q.7. c.infamis.§. veruntamen.in prin. & C.de sacrosan.eccl.l.decernimus. 5, sed hic tamen tutorum ecclesiæ: quia aut sunt In vtilitatem ecclesiæ, & tunc valent, aliàs non.16.q.6.si episcopum.

5 Dic veneꝛ. de cle. nihil. in gl. vlc. & de schism. ca.1. & de consec. dist.1.hi ergo. & 3. q. 3. si q pseudo. ibi videas Archa.

DEcretales] CASVS. Supra edidit Gratianus de cretales epistolas parem vim habere cũ canonibus conciliorum. In hac vero 20. dist. qrit an expositiones sãctorũ Patrũ exequentur canonib. & decretalibus, vel ꝓferantur. Quòd præferant videtur, quia maioris auctoritatis videntur, cum pleniori gratia Spiritus sancti eos præcellãt. Vnde expositiones Augustini, Hieronymi, & aliorum videtur præponendæ statutis Pontificum, & hoc in prima parte. In secũda parte, quæ incipit, ibi, [Sed aliud.] soluit Gratianus, & dicit qꝫ in negotiis definiedis nõ tolum necessaria est scientia, sed etiam potestas quod significatur per claues, quas Christus tradidit Petro: In quarũ altera denotat scientia discernẽdi inter lepram & lepram in altera uero notatur potestas soluendi, & ligãdi. Cum ergo in causis definiẽdis necessaria sit potestas, apparet, qꝫ Pontifices expositoribus præferantur, & hoc probatur per seq.
c ¶ Decretales.] In hac 20. distin. magister quærit de expositionibus sacræ scripturæ an sint pariꝫ

Universidad de Deusto
Biblioteca

auctoritatis cũ canonibus, & decretalib. & infra soluit, q̃ quantũ ad sacrã sciipturã exponendam prævalet sanctorum auctoritas: quantum autem ad causas definiendas prævalet auctoritas Romanorum Pontificum.

a ¶ Scientia.] Arg. q̃ nullus potest esse iudex: maxime ecclesiasticus. nisi sit peritus, vt extra de consang. & affini. ex litteris. in fi. & 1. q. 1. vt euidenter. 11. q. 3. & si ad tempus. 1. 24. q. 3. si q̃s nõ. de pœn. dist. 5. consideret. & di. 6. qui vult. & quia leges scire tenetur. in authẽ. de iud. col. 1. a. 6. §. quia uero. Itẽ quia sentẽtia ferenda est in scriptis, vt 2. q. 1. in primis. in fine. Item quia iudices per se debẽt scribere sententias & recitare, ut C. de assess. præsides. Sed contra. C. de iud. capi. certi, vbi dicitur, quòd milites possunt esse iudices: quia per quotidianum vsum possunt habere peritiã iudicandi. Mediocris tamẽ scientia sicut in prælato, ita & in iudice sufficit, vt extra de elect. cum nobis olim.

non solum est necessaria scientia [a], *sed etiam potestas. Vnde Christus dicit*[c] *Petro: [Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, &c.] prius* [b] *dedit* [c] *sibi claues regni cælorum: in altera dans ei sciẽtiam discernendi inter lepram & lepram*[d], *in altera dans sibi potestatem eijciendi aliquos ab ecclesia, vel recipiendi. Cum ergo quæ libet negotia finem accipiant vel in absolutione innocentium, vel in condemnatione delinquẽtium, absolutio vero vel condemnatio non scientium tantum, sed etiam potestatem præsidentium desideret; apparet, quòd diuinarum tractatores scripturarum, & si scientia Pontificibus præmineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum quidem scripturarum expositionibus eis præponuntur: in causis vero definiẽdis secundum post eos locum merentur.* Mat. 16

Vnde Leo Papa IIII. scribit episcopis Britanniæ. In suo regno.

¶ Aliorum scripturæ, Romanorum Pontificum decreta non sunt præponendæ. C. I,

DE libellis [e] & commentarijs aliorum [f] non conuenit aliquem iudicare, & sanctorum conciliorũ canones relinquere, vel decretalium regulas, ideſt, quæ habentur apud nos simul cum † canonibus. Quibus autem in omnibus ecclesiasticis vtimur iudicijs, sunt canones * Apostolorum †, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensium, Antiochensium, Laodicensium, Constantinop. Ephes. Chalcedonensium, Sardicensium Africanensium, Carthaginensium [g], & cũ illis regulæ præsulum Romanorum, Syluestri, Syricij, Innocentij, Zozimi, Cœlestini, Leonis, Gelasij, Hilarij, Symmachi, Hormisdæ, Simplicij, & Gregorij iunioris [g]. Isti omnino sunt, & per quos iudicant episcopi, & per quos episcopi simul iudicantur & clerici. Nam si tale emerserit, vel contigerit inusitatum negotiũ, quod minime possit per istos definiri; tũc si illorũ [h], quorũ meministis, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel cęterorum similiter sanctorum Doctorũ similium reperta fuerint; magnanimiter sunt retinenda, ac promulgãda; vel ad Apostolicam sedem referẽdum de talibus. Quã ob causam luculentius, & magna voce pronunciare non timeo; quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum patrũ statuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (siue sit ille episcopus, siue clericus, siue laicus) non [γ] indifferenter recipere cõuincitur [a]; nec catholicam & Apostolicam fidem, nec sancta quatuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † suum retinere, vel credere probatur.

Deus dedit p. Poly. p. 3. tit. 20. Ansel. l. 3. c. vlt. Iuo p. 4. c. 27. Pan. l. 2. c. 118.

† *al. cum illis in canone.*

† *al. qui dicuntur Apostolorum.*

Apud Anselmũ, & Polycarpum desunt ista Pontificũ nomina.

Claues sacerdotalis an sit una an plures.

Inter lepram & lepram vn de dicatur.

ADDITIO. Hug. & de pœn. dist. 1. §. denique. ver. Moysi, & extra qui filij sint leg. per venerabilem, §. rationibus. Archid.

b ¶ Prius.] Arg. ex ordine facti aliquid præsumendũ, vt 23. q. 4. displiceat. & 1. q. 1. vt euidenter. Similiter ex ordine verborũ, vt 43. di. sit rector, & ext. de rescri. cum dilecta. ff. de solut. nec ordo contra.

c ¶ Dedit.] G. hic uidetur velle, q̃ alia sit clauis ligandi, & soluẽdi, alia sciæ: & ita q̃ sint duæ claues. Sed dico tũ vnã esse, sed & dicuntur duæ esse p̃p duos effectus. Sed qualiter scientia dr̃ esse clauis, cum aliquis possit habere scientiam, qui non habet clauẽ: & ecõtra? Sed die, q̃ licet scientia prius non fuisset clauis anteq̃ hæret ordinem: tñ post ordinem incipit esse clauis. Si tñ quæras quid proprie sit clauis sacerdotalis: dico ipsam potestatem sacerdotalem, per quam ligat & soluit.

d ¶ Inter lepram & leprã.] Ideſt, inter causam & causam. alludit ei quod fiebat in lege. cum. n. dubitabatur de aliquo an esset infectus lepra, ducebatur ad sacerdotes, & ẽm eorum arbitrium vel recipiebatur, vel deijciebatur, vt 11. q. 3. quomodo de pœn. dist. 1. §. ex his versic. Moysi.

e ¶ De libellis.] Ideſt, secundum libellos, & commentarios.

f ¶ Aliorum.] Ideſt, Hieronymi & Augustini. per quorum scripta non est iudicandum omissis canonibus. 50. dist. & 1. §. si ille.

g ¶ Iunioris.] Ecce hic approbantur dicta Gregorij iunioris, alibi videtur reprobari. 32. q. 7. quod propositi. & in seq. §. ubi dicit G. q̃ sunt contraria Euangelio — sed illud c. intelligitur de arcta, & sic bene tenet. Ioan.

h ¶ Illorum.] Hic videtur, q̃ potius iudicandum sit secundum illum, qui innititur auctoritati canonis, quam secundum illum, qui innititur auctoritati Hieronymi vel Augustini. quod verum est, nisi Aug. iuuetur auctoritate noui vel veteris testa. 2. vel etiam aliquo canone. nam licet concilium apud Aquisgranum factum, constituerit, q̃ raptor non possit matrimonialiter iungi cum rapta, vt 36. q. 2. placuit tamen Hieroy. q̃ contrarium statuit, & ei stat̃ur, vt 36. q. 2. tria. Sed hoc est quia iuuatur auctoritate Medensis concilij, ead. causa. & quæst. cap. si autem.

i ¶ Cau-

a ¶ Conuincitur.] Sed nonne Orientalis ecclesia recipit canones? Videtur q̃ non, vt 31. dist. aliter. nam quid ergo ipsa est hæretica? Sed dic, q̃ licèt ipsa non recipiat illos canones, nõ tã contemnit eos. Vel dic quòd Papa approbat consuetudinem ipsorum sup. d. prox. si Romanorum.

Si decreta.] Casus huius c. planus ẽ.

b ¶ Non habetis.] Per scientiam.

c ¶ De neglectu.] Nulli. n. est licitum ignorare canones, vt inf. 38. d. nulli. &c. omnes. sup. d. proxima, si Romanorum.

d ¶ Corripiendi.] Arg. simile. 16. distin. quod dicitis.

DE quibus.] CASVS. Quidam q̃siuit, si aliqua dubitatio emergat in solutione alicuius quæstionis, ad quas scripturas potius sit recurrendum, & dicitur in hoc cap. quòd ille ordo seruandus est. Primo enim recurritur ad vetus, & ad nouum testamentum, & ad scripturas Apostolorũ: Et si in illis nõ appareat qd fiat, facièdũ, ad Græcorum scripturas recurrendum est: postea ad gesta Conciliorũ & Pontificum: deinde ad Sanctorũ expositiones, vltimo ad seniores. Sic Beneuenta. posuit casum. Hugo. sic dicit, quòd primum locum obtinẽt vetus & nouum testamentum: secundum canones Apostolorum & concilium: tertium decreta, & decretales epistolæ Romanorũ Pontificum: quartum scripta Græca: quintum dicta sanctorum patrum Latinorum: vltimum exempla sanctorum patrum: deinde ad seniores est recurrendum. Tu autem pone secundum quod litera iacet.

e ¶ Apostolorum.] Id est, Apostolicorũ.

f ¶ Exempla.] Arg. q̃

quorũ meministis, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel cęterorum similiter sanctorum Doctorũ similium reperta fuerint; magnanimiter sunt retinenda, ac promulgãda; vel ad Apostolicam sedem referẽdum de talibus. Quã ob causam luculentius, & magna voce pronunciare non timeo; quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum patrũ statuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (siue sit ille episcopus, siue clericus, siue laicus) non [γ] indifferenter recipere cõuincitur [a]; nec catholicam & Apostolicam fidem, nec sancta quatuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † suum retinere, vel credere probatur.

† *al. profectũ*

* ¶ Sunt canones.] *Indicat canones & regulas, ex quibus conflat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum est, quo Romani Pontifices, præsertim in iudicijs vtebantur, in quo codice sunt canones tantum, nõ synodalia gesta, vt superius Nicolaus, in c. Romanorum. 19. dist. scripsit.*

β ¶ Carthaginensium.] *In codice canonũ vnica est synodus Carthaginensis, continens canones triginta tres, qui ex variis conciliis Carthagini habitis collecti fuerunt. Eos canones sedes Apostolica videtur probasse, & vsa eis esse, quando in codicem canonum referendas curauit. Eosdem etiam Græci quo ordine apud Latinos habentur, cum alijs præterea multis Africanarum synodorum coniunctos in linguam suam verterunt, & hi ipsi sunt, quos ijsdem numeris Anselmus, Burchardus & Iuo citant: quamuis Gratianus interdum quidem his vtatur, interdum vero ex singulis Carthaginensibus conciliis canones accipiat: quod suis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginensi synodo intelligendum est quod habetur supra dist. 16. c. prima adnotatio, versi. septima. quod hic declarandum dilatum fuit.*

γ ¶ Non indifferenter.] *Anselmus, Deus dedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent*, qui eadem indifferenter non recipit, ipse se conuincit minime catholicam, & Apostolicam fidem ad effectum suæ retinere salutis.

Est eadem epistola 6. ex qua sumptum est c. quod dicitis, supra dist. 16.

Item Nicolaus 1. Photio, in epistola, cuius initium est [Postquam Beato Petro.]

Ansel. l. 3. c. 33.

¶ Corripiendi sunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obseruant. C. II.

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis [b]; de neglectu [c], atque incuria estis arguendi. Si vero habetis, & non obseruatis; de temeritate estis corripiendi [d], & increpandi.

*Item Innocentius * Papa.*

¶ Ad quos sit recurrendum, cum sacræ scripturæ auctoritas non occurrit. C. III.

Polyc. l. 7. tit. 3. Burc. l. 3. c. 128. Iuo p. 4. c. 70.

DE quibus causis nulla soluendi, ligandiq; auctoritas in libris veteris testamenti, & quatuor Euangeliorũ cum totis scriptis Apostolorũ [e] appareat; ad diuina recurre scripta Græca †. Si neque in illis; canones [e] Apostolicę sedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas à Doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis, sanctorum exempla [f] perspicacius recordare. Quòd si omnibus his inspectis, huius quę-

† *al. Græcè*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad idem exempla posse iudicari 1.vt 37.distin. qui de mensa. & 3.q.5. quia suspecti. C. de sentē. lud intelligitur cum ius habetur. Tunc enim per exempla non est iudicandum an in totum non sit vtendum, sed exemplis publicæ personæ fſ. de leg. nā Imperator. 2.q.5. de Iudicib. in fi. Archid.

Exemplis quibus est vtendum.

in nouo testamento incēpit a Christo, qui Petrum summū sacerdotē constituit. xij. Apostolos maiores sacerdotes, lxxij. discipulos minores. Sed nunc loco Petri est Papa: loco xij. Apostolorū epi, loco lxxij. discipulorū sut Archipsbyteri. Leuitas vero statuerūt Apostoli, E eccle-

stionis qualitas non lucidè inuestigatur; seniores[a] prouinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namq; inuenitur quod à pluribus[b] senioribus quæritur. Verus enim repromissor Dominus ait: [Si duo ex vobis, vel tres conueniūt super terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo.] *Matth.18.*

a ¶Innocentius.] *Caput hoc non est inter epistolas Innocentij primi, quę multæ extant; neque Innocentij secundi esse potest, cum ante ipsum scripserint Burchardus, & Iuo, à quibus hoc ipsum citatur.*

se idipsum voluerũt) vt reliquis omnibus præesset Apostolis, & Cephas β id est caput, & principiũ teneret Apostolatus: qui & eandem formam suis successoribus, & reliquis γ episcopis tenendam tradiderunt. Et non solũ hoc in nouo testamento est constitutũ, sed etiam in veteri fuit: vnde scriptum est: [Moyses a, & Aaron in sacerdotibus eius.] id est primi inter eos fuerunt. *& post pauca.* ¶ Hæc vero Apostolica sedes cardo & caput (vt prætactum est) omnium ecclesiarum à Domino, & non ab alio est constituta: & sicut cardine ostium regitur; sic huius sanctæ sedis auctoritate omnes ecclesiæ (Domino disponente) reguntur.

α ¶ Quia.] *Hinc vsque ad ver. Tertia. addita sunt ex originali, quemadmodum & alia nonnulla.*

β ¶ Cephas.] *In euangelio Ioannis c.1. Cephas (quæ vox Syriaca est) exponitur πέτρος, quod græce petram significat, idque docet etiam B. Hieronymus in comme. epist. ad Galatas, c.2. neque credendum est ignorasse Anacletum, sed voluisse eam dictionem ad Græcam linguam eo tempore notissimam referre. Quod fecit Cyrillus Hierosolymitanus catechesi decima in nomine (Iesus) non modo Hæbraicam, sed etiam Græcã illi etymologiam tribuens. Atqui hoc ipsum nomen Cephas, Optatus Afer antiquus & probatus auctor. quem Hieronymus & Augustinus magni faciunt, libro secundo eodem modo, quo Anacletus, accepit, his vtens verbis:* Igitur negare nõ potes, scire te in vrbe Roma, Petro primo cathedrã episcopalem esse collatam in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus: vnde & Cephas appellatus est. *Et Isidorus lib.7. etym. c.9. sic de Petro loquitur:* Cephas dictus, eo quod in capite sit constitutus Apostolorum: Κεφαλὴ enim Græcè caput dicitur. *Verum apud Burchardum & Iuonem sic habetur:* vt reliquis omnibus præesset Apostolis Cephas, id est vt Petrus principatum teneret Apostolatus.

γ ¶ Et reliquis.] *In originali est,* & reliqui Apostoli episcopis.

Hac auctoritate Alexandrina ecclesia secundum à prima locum habere censetur. Sed postea in Constantinopolitanæ synodo ecclesia Constantinop. secundum à sede Apostolica locum accepit. Vnde in eadem synodo, id est, Constantinop. 1. c. 5. ita constitutum est.

¶ Secundum à Romano Pontifice Constantinopolitanus obtinet locum. C. III.

CONstantinopolitanæ b ciuitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum; propterea quòd sit noua Roma.

¶ Canon hic ex ijs est, quos Apostolica Romana sedes à principio, & longo post tempore non recepit: quod ex epistola 51. alias 53. Leonis Papæ primi ad Anatolium Constantinopolitanum; & aliys eiusdem epistolis facile est cuius cognoscere: itemque ex duabus epistolis Leonis noni, vna aduersus præsumptiones Michaelis & Leonis, c.28. altera ad eundem Michaelem. Sed multo clarius ex B. Gregorij epistola 31. lib 6. ad Eulogiũ Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum: atque ex epistola Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem: quæ incipit, Proposueramus. *Quamquam Constantinopolitani episcopi, Imperatorum potentia freti secundum locum Patriarchalium sedium sibi vsurparant: idque tandem pacis & tranquillitatis causa fuit ipsis concessum; sicut in antiqua. de priuil. Innocentius Papa ij. declarauit.*

Item Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib.7. epist. 63.

Ex prisca professione. Poly.l.2.tit.2.

x ¶ De Constantinopolitana.] Immo ipse Imperator eam fatetur subiectam Rom. eccles. vt in Auth. de eccl. ti. in princ. coll. 9.

Stultus unde dicatur.

ADDITIO. Et C. de sum. Trin. l. inter claras, Lau.

b Stultus.] Stultus, ta, tum. dicitur quasi extultus, ab extol-

e Subij i.] Ita demum si qua culpa, &c.

f ¶ Nescio.] q.d. ex quo Constantinop. ep̃s fatet̃ esse subiect̃ Rom. ecc. multo magis & alij tenent̃ fateri. Sic vt q̃ cõfessio prælati nocet ecclesiæ, vt ext. de can. tuo. dilectus, & de sent. & re iu. suborta. & de postul. prel. ad hęc Io. 1. quod credo verum esse si de consensu sui capituli facta est in iudicio, ut extra de iu. causam. & de proc c. 1. B.

Prælati confessio an noceat ecclesię.

1 De hoc teneas vt legiẽ & not. extra lib. 6. de rest. præsentiũ. ¶ est Innoc. 4. & nõ. de ele. dudum. 2. Archid.

g ¶ Humilitatis.] Hoc vult dicere, q̃ oẽs essent æquales, si oẽs vellẽt se esse boni: sed quia aliqui peccare volunt, necesse est quod aliqui sint maiores qui puniant peccata eorũ: culpa eñ causa subiectionis est. nam non peccantes legi nõ subijciuntur, vt in Auth. de incest. nup. §. si uero. coll. 2. 19. q. 2. duæ sunt. Et aliter nõ posset consistere genus humanum nisi quidam essent maiores, & alij minores, sicut est in Angelis, vt 89. dist. ad hoc.

Culpa est subiectionis causa.

¶ Apostolicæ sedi Constantinopolitanam constat esse subiectam. C. IIII.

Auct. 2. cap. 66.

DE Constantinopolitana a ecclesia quod dicũt, quis eã dubitet sedi Apostolicę esse subiectam? quod & D. pissimus Imperator, & frater noster Eusebius eiusdem ciuitatis episcopus assiduè profitentur? Tamen si quid boni vel ipsa, vel altera ecclesia habet, ego & minores meos, quod ab illicitis prohibeo, in bonis imitari paratus sum. Stultus b est enim, qui in eo se primum existimat, vt bona, quæ viderit, discere c contemnat. *Idem eidem epistola 64.* Nam, quòd Primas Bizanzenus d sedi Apostolicæ dicit se subijcie, si qua culpa in episcopis inuenitur, nescio f quis ei subiectus non sit, cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis g æquales sumus.

f al. ei episcopus subiectus.

¶ Hoc caput sumptum est ex duabus epistolis eidem Ioanni episcopo Syracusano scriptis: sed in epist. 63. ex qua accepta est prior pars, agitur de Constantinopolitana ecclesia: in sequenti vero 64. agitur de primate Byzaceno prouinciæ Africæ, non autem Constantinopolitano, quod videntur & Gratianus & Anselmus, apud quem eodem modo legitur, voluisse, adducti fortasse summula illa, quæ præposita est epistolæ Gregorij. Auctor quidem glossæ, quod Gratianum putauit sensisse, aperte exposuit.

Item Gelasius Papa I. ad Faustum magistrum legationis.

¶ Constantinopolitanus episcopus auctoritate Romani Pontificis deponitur. C. V.

Iuo p. 5. cap. 9.

QVa traditione maiorum, Apostolicam sedem in iudicium vocant h? An secunstæ sedis Antistes, & tertię, cæteriq; bene sibi conscij sacerdotes depelli i de buerũt, & qui religionis extitit inimicus k, depelli nõ debuit? Viderint ergo, si alios habẽt canones, quibus suas ineptias exequantur. Cæterum isti qui sacri l, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt, & Constantinopolitanæ ciuitatis episcopus, quæ vtiq; per canones inter sedes nullum nomẽ m

De hac materia loquiẽtia 24. q. 3. cum quibus.

3 Scilicet propter damnationem alicuius, quasi Papa non possit sine concilio aliquem damnare, quod falsũ est hũc

extollo, lis. quia se extollit. vel dicitur stultus, quasi statim vltus, ab vlciscor, eris. quia stultus statim vltionem expetit: nec deliberat. Vel dic, q̃ proprie stultus est qui per stuporem non mouetur iniuria: fœtiam enim pertert, nec vultus est. nec vllo ignominiæ mouetur dolore: quia stultus est hebetior corde. unde quidam ait: Ego me esse stultum existimo, fatuum esse non opinor, ideest, obtusis quiaem sensibus, non tamen nullis secundum Pap. & Hug.

c ¶ Discere.] Arg. est hic contra seniores, q̃ erubescunt discere a iuuenibus. sic 38. dist. nullus. & 24. q. 3. si habes. & 84. dist. peruenit. Item habes hic q̃ maiores tenentur sequi exempla minorum si bona sunt. 1. q. 1. si fuerit. &c. neque in homine. & 19. dist. secundum.

nes nõ de nt erube re a iuue p. discere.

d ¶ Bizanzenus.] Ideſt, Constantinopolitanus primo enim Constantinopolis dicta fuit Bizantium.

& sic volebant cogere Papam congregare concilium, vt de suo facto iterum cognosceretur in synodo, & hoc intendebant probare auctoritate quorundam canonũ, quos falsaciter inducebant. Sed Gelas. contra eos dicit, q̃ iustissime sunt damnati, cum illi iniuste condemnauerunt Alexandrinum, & Antiochenam patriarchas: nec auctoritates quas allegant, eos defendere possũt. 2.

g ¶ Capitula quæ sequuntur cum §. plana sunt vsq. ad finem distinct.

h ¶ Vocant.] Ad concilium faciendum 3.

i ¶ Depelli.] Ab Acacio Constantinop. patriarcha.

K ¶ Inimicus.] Acacius.

l ¶ Qui sacri.] Ironicè dicit.

m ¶ Nullum nomen.] Quia tempore Gelasij Constantinopolitana ecclesia non habuit ẽm locum adhuc. vel nullum vocat propter hæresim ibi statutam.

Rom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Appellatio potest ad Papam omisso medio interponi.

a REnouantes.]¶Similia.]Simile priuilegiũ habet in quibusdam,quia ad ipsum appellatur medijs prætermissis,vt 11.q.1 si clericus. Et quia deponit episcopum,vt videtur, 3.q.5.quia suspecti. Et Imperator dicit,q̃ idem iuris hẽt in suis subditis,q̃d Papa in suis

Reuiter.]Hæc distin. diuiditur in sex partes,in quarum prima ponit quid iuris sit de electione Romani Pontificis. Secũda ibi,]Episcopi vero.]Tertia ibi,[His igitur.] Quarta ibi, [Dalmaticis.] Quinta ibi.

vt in Auth.de eccle. tit.§.1.coll.9. Similiter Alexandrina ecclesia forte in prædictis simile habet priuilegiũ Romanæ, vt 65. dist.quoniam,&c. mos antiquus.

Iure suo multeis modis q̃s priuatur.

b ¶ Priuiquam.]Sic ergo aliqua ecclesia priuatur iure suo sine culpa sua, & hoc fit quandoque propter fauorẽ q̃nq.propter odium. Propter fauorem multipliciter.vno modo vt hic: alio modo fauore sacerdotij, vt 54.disti. frequens.Et alio modo propter vim consecrationis, vt 14.q. 6.comperimus.Quãdoque propter fauorem religionis,vt extra de eccl.ædi.ad audientiã 2. Q̃ndoque pp scandalum,vt extra de cler. ægro.tua. Q̃sque pp defectum sacramẽti, vt 34.dist. si cuius. Itẽ pp odiũ alterius,vt 70.distin. neminem, 16.q.7.decernimus. Propter paupertatẽ.10.q.3.c. vnic. Item pp ordines.vt di.54.si equẽs. Aliàs regulare est,q̃ nemo sine culpa sua priuãd⁹ est iure suo, vt 16.q.7. inuentum. & 56.dist.satis peruersum 1. Hic põt habere locum distinctio, q̃ q̃sque perdit priuilegiũ pp fauorem, vt hic: q̃sque ꝓpter enormẽ damnum,vt extra de deci. suggestum.q̃sque pp abusum.11.q.3. priuilegiũ. q̃sque pp delictum.25.q.2.ita nos. q̃sque pp negligentiã,ff.de nũdinis.l.1. q̃sque pp contrariũ factum.extra de priuil.si de terra.& c.accedentibus.]Et no.q̃ licet quis sine culpa perdat priuilegium,ps nũquã tñ sine causa. extra vt lite non contest.quoniam frequenter.§.porro.vnde versus:

Paupertas, odium, vitium, furor, & scelus,ordo,
Personas spolians & loca iure suo.

a De hoc ẽt not. ext. de priuil. antiqua.

b Scilicet q̃ patriarchalib. sedibus præsident,ut Pisanus, Bituricensis,. Gradẽsis.nã plures debẽt ẽsse qui in capite cuiusque prouinciæ,c.1.99.d. &c.Em Hu.

c Diffinimus.]¶ Ac Hierosolymorum.]Sunt & alij patriarchæ,vt Bituricen.Aquilegien.vt 9.q.3.cõquestus.& c.nunc vero.inf.32.dist.erubescant.

accepit:in communionem recidens perfidorum, non debuit submoueri?

Item ex vi. synodo sub Iustiniano congregata,c.36.

¶ Constantinopolitana ecclesia secundum a Romana obtinet locum. C. VI.

REnouantes α sancti Cõstantinopolitani decreta concilij,petimus †, vt Constantinopolitana sedes similia[a] priuilegia,q̃ superior ß Roma habet,accipiat, nec nõ γ in ecclesiasticis rebus magnificetur ut illa: sed hæc secũda post illam existens, prius quàm [b] Alexandrina sedes numeret,deinde Antiochena.& post eam Hierosolymitana.

† vel Zonaræ, ideo est stauimus.

α ¶ Renouantes.] *Hic agitur de quinto illo canone primæ synodi Constantinopolitanæ, de quo supra.ead.c.Constantinopolitanæ.dictũ fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones,qui sexta synodo tribuntur, videnda est notatio ad c.sextam.supra 16 dist.*

ß ¶ Superior.]*Ita habetur in aliquot vetustis exemplaribus: nam in vulgatis erat,*inferior,*Græce est,* τῆ πρεσβυτέρας ῥώμης, *idest,* antiquioris,vel senioris Romæ, *vt infra c.proximo. Omnino autem caput hoc longe brevius est in hac versione,quàm in Græco exẽplari,vno tantum loco copiosius,quod Antiochenam numerat sedem, cuius in Græco vulgato nulla mentio.*

γ ¶ Necnon.]*Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis,& Græco,antea enim legebatur,*non tamen.

Hinc datur intelligi,quod Alexandrina ecclesia de secunda facta sit tertia,& Antiochena de tertia sit quarta, nisi forte quis duas contendat esse secundas, vt Constantinopolitanam,& Alexandrinam partem suæ dignitatis velit locum obtinere.

Vnde in viij synodo habita sub Hadriano Papa ij.cã.21.

¶ Quæ in Patriarchalium sedium,primum, vel deinceps teneat locum. C. VII.

DIffinimus neminẽ prorsus mundi potentũ,quemquã eorũ,qui Patriarchalibus præsunt sedibus, inhonorare,aut mouere à proprio throno tentare: sed oĩ reuerentia,& honore dignos iudicare,præcipue quidem sanctissimum Papã semioris Romæ,deinceps autẽ Constãtinopoleos Patriarcham,deinde vero Alexãdriæ, ac Antiochiæ,ac Hierosolymorum. c

Deus dedit p̃ Anſl.2.72.

DISTINCTIO XXIII.

Reuiter d quæ inter Ecclesiastica officia sit differentia, monstrauimus. Nunc a sum-

ibi.]Quæritur.]Sexta ibi.]Subdiaconus.

CASVS. Supra ostensum est quæ differentia sit inter ecclesiastica officia,& ministros ecclesiæ in illo capite. In hac vero 23. dist. ostenditur qualiter quisque debet ordinari a summo vsque ad vltimum gradum.

d ¶ Breuiter.]In hac dist. 23.ostenditur qualiter singuli ordinẽt

e Inf.eo.c.1. 2.inf.eo.c.2. 3.inf.eo.c.3. &c.se. annexit. & quid iuris sit si aliqua orta fuerit contradictio in consecratione episcopi, & de professione obediẽtiæ,quam debent inferiores suis prælatis.inf. eo.c.illud. & c.seq.toũ de Pan.

ordines sunt conferendi. Et primo ostendit qualiter debet Papa eligi,& ordinari 1.Secundo qualiter ordinandus in episcopum debeat examinari 2. Tertio qualiter episcopus, & alij inferiores sint ordinandi 3. Quarto annectit de habitu clericorum, & quod moniales non debent

mo incipientes,& vsque ad vltimum gradum descendentes,qualiter quisque eorum debeat ordinari,sanctorum auctoritatibus ostendamus.

Vnde Nicolaus Papa ij.in concil.Lateranensi.

¶ Decretum Nicolai Papæ de electione summi Pontificis. C. I.

Pann.l.3.c.1.

IN noĩe [a] Dñi nostri & Saluatoris Iesu Christi. Anno ab Incarnatione eiusdem M L I X.mense Aprili,indictione [b] xij.propositis sacrosanctis Euangelijs præsidente quoque reuerendissimo †,ac beatissimo Nicolao Apostolico Papa in basilica Lateranensis Patriarchij [c],quæ cognominatur Constantiniana, considẽtib.etiam reuerendissimis episcopis,abbatibus,presbyteris,diaconis, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apostolica decernens de electione summi Pontificis,inquit.¶Nouit beatitudo vestra dilectissimi fratres, & coepiscopi, inferiora quoque membra Christi non latuit,defuncto piæ memoriæ Domino Stephano prædecessore nostro, hæc Apostolica sedes, cui auctore Deo, deseruio, quot aduersa pertulerit,quot deinde per simoniacæ hæresis trapezitas [d] repetitis malleis,crebrisque tunsionibus subiacuerit,adeo [e], vt columna Dei viuentis iam iam pene videretur concussa nutare, & sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragio profundo submergi. Vnde, si placet bus [f] prudenter occurrere,& ecclesiastico statui, nec reciduat (quod absit)mala præualeant, præcauere.Quapropter instructi prædecessorum nostrorum,aliorumque sanctorum Patrum auctoritate,decernimus, atq; statuimus, vt obeunte huius Romanæ vniuersalis ecclesiæ Pontifice, in primis Cardinales episcopi diligentissime simul de electione tractantes g,mox Christi† clericos Cardinales adhibeant: sicque reliquus clerus,& populus ad consensum nouæ electionis accedat,nimirum præcauentes, ne uenalitatis morbus aliqua occasione subrepat.Et ideo religiosissimi [h] viri præduces [i] sint in promouenda Pontificis electione, reliqui autem sequaces. Certus uero, atque

†al.reuerentissimo

†al.rediuiua

†al.episcopi

debent contingere sacra vasa.

IN nomine Domini.]CASVS.Hoc c.diuiditur in tres partes.In prima parte ponũtur verba notarij. In secunda parte,quæ incipit ibi, [Nouit beatitudo.] dicit Nicolaus, ꝙ mortuo Stephano Papa, ecclesia multas passa fuit tribulationes & iniurias.& ideo volẽs futuris casibus prouidere, statuit, vt quoties mortuo Papa electio de successore eius imminet facienda, conuenire debeant Cardinales, & vocare qui vocandi sunt, qui debent eligere vnum de sei pfis,si ibi idoneus inueniatur; aliosquin de alia ecclesia eligatur, & consecrabitur à Cardinalibus, sicut archiepiscopi cum episcopis suis consecrant.& confirmant episcopos & hæc electio habet in ciuitate Romana, vel alibi in necessitate, & ex sola electione habeat potestate disponendi de rebus eccle-

turorum aliquid statui,vt 63.dist.cum Hadrianus. & 1. q.7.conuenientibus.ff loc.si quis domum.§.2. arg.contra.quia non imputatur alicui si nõ damnauit ecclesia, vt extra,vt eccles.benef vt nostrum.ff.ad leg. Aquil.l.si putator.

g ¶ Tractantes.] 5 Videtur,ꝙ electionem semper debet præcedere tractatus:alioquin electio nulla est,sicut alienationem debet præcedere tractatus vt 12.q.2. fine Io.quòd hodie expressum est extra de elect. in Genesi. & c.quia propter 1.6.

h ¶ Religiosissimi.]Idest,episcopi Cardinales.

i ¶ Præduces.]inf.distinc.89.c.1.contra. Sed hic dixit præduces,non respectu Cardinalium, sed aliorum clericorum. Vel religiosos appellat hic episcopos Cardinales.

a ¶ In nomine.]Hæc sunt verba Notarij vsq; ibi.[Nouit beatitudo.]

ADDITIO. Sic 8. q.1.Attaldus.16.q.3. hinc est etiam,& 1. 97. conuenientib. argum.

b ¶ Indictione.]Indictio dicitur spatium lustrorum.

c ¶ Patriarchij.]In quo Papa residet.

d ¶ Trapezitas.] Idest, campsores.

e ¶ Adeo. Hic tangitur latenter quod legitur i chronicis, ꝙ Benedictus x.qui successit Stephano, electus de pontificatu,& factus est Papa Ioannes Sabinẽ. episcopus pro pecunia 4.cum posito est nomẽ Syluester. & ille etiã deiectus est;& deinde reparatus,& restitutus est Benedictus, & iterũ electus est Benedictus,& datus papæ Ioãni archipresbyte roani portam Latinam,cui impositum est nomẽ Gregorij: & hic ab Henrico Imperatore est depositus,& vltra mõtes translatus est, hoc totum uno anno factum est, & propter hoc datum fuit priuilegiũ Henrico de quo hic fit mentio.

Multiplex Papę mutatio.

f ¶ Futuris casib.] No.ad cautelam futurorum.

4 Nunquid ille sic electus, posset accusari de simonia?argu. ꝙ sic,79. dist. si quis pecunia.vbi de hoc. infra eod. dist.c.1.

5 Electionẽ tractatus præcedere debet

6 Et not. ꝙ hinc ẽt colligit, ꝙ cleri ci prius deberent in aliquem cõsentire,& postea alijs religiosis viris uel laicis renunciare. Lau.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consecrans' est inferior consecrato.

Papa an possit esse quis aõ idoneus.

Eligend' an debeat esse de gremio ecclesiæ.

1 Et c. Abbatem. 21. Arc. 2 Ad hoc extra de ele. cũ nobis olim. immo sufficit ne malus existat, ut 16. q. fin. monasterium.

Electio quæ fit in loco nõ determinato nulla est.

Electus ante confirmationem non administrat.

a ¶ Legitimus.] Id est, canonicus.

b ¶ Nullo.] dist. 62. c. 1.

c ¶ Funguntur.] Non tamen ideo sunt maiores Papa, quia consecrant eum, quia suffraganei consecrant Metropolitanum, non tñ ideo sunt maiores, vt 66. dist. c. 1.

d ¶ Gremio.] Ergo aliqs in Romana eccles. põt esse nõ idoneus ad papatum, & sic est contra. 21. dist. quamuis. ī fi. vbi dr, q̃ ibi non est macula, nec ruga, sed bene potest esse, q̃ omnes sunt sancti, non tamẽ omnes sunt idonei ad papatum, vel quia sunt corpore vitiati, vel aliud habẽt impedimentum. Itẽ habes hic, q̃ semper de clericis ipsius ecclesiæ, eligendus est prælat⁹, si ibi est idoneus, vt 61. dist. nullus. &c. obitu. & 69. dist. Metropolitano. idem in abbate, vt 18. q. 2. quamuis sit ī & tunc sufficit, quòd sit bonus. 2. sed si de altera ecclesia eligitur, requiritur quod sit optimus, vt dicit quidã, & est argu. ad hoc. ff. de tutori. & curatori. diuus. De hac materia plene inuenies. 8. q. 1. licet Io. & tamen tali iuri potest renunciari, vnde si maior pars capituli eligat de alia ecclesia, valebit electio. ext. de elect. cum nobis olim. & cap. cum inter canonicos. & capit. in causis. licet Ioan. dixerit cõtra. & sufficit etiam tũc, quòd sit bon⁹, vt in prædi. decreta. cum nobis. ß.

e ¶ Personaliter hoc.] Ex his verbis apparet psonale privilegiũ hoc fuisse: & ideo ad alios non prograri. ff. de censi. æ tatem. & 7. q. 1. petisti. & 16. q. 1. hinc ẽr.

f ¶ Pieri in vrbe.] Sẽper enim ibi facienda est ordinatio, & examinatio, clericorũ, vt 24. dist. qñ, & si alibi fit electio. q. in loco ad hoc determinato, electio est nulla. vt extra de elect. venerabilem nisi subsit causa, vt hic dicitur, & 63. dist. quanto. & extra de elect. bonæ memoriæ.

ADDITIO. Nã duæ partes Cardinalium semper debẽt adesse. ext. de elec. licet nisi sint valde remoti. Io. de Fã.

g ¶ Laicis licet.] Hoc tantum ad laicos refertur.

h ¶ Et disponendi. In alijs prælatis secus est. nam illi ante confirmationem 3, non habent ius administrandi, quam est electus, nihilominus pro possessore est habendus, vt 92. dist. si quis episcopus. & extra de rest. spol. Ipse. sed illa. cap. loquũtur quãdo impeditur per aduersarium: secus posset dici quãdo impedimentum est in ipso: puta quia nodum est consecratus. ext. de do. & contu. contingit.

i Audientia.] Hic habes casum vbi alicui denegatur audientia, scilicet in casu intrusionis; & 3. q. 1. §. Præterea.

legitimis [a] hic electionis ordo perpenditur: si perspectis diuersorum Patrum regulis, siue gestis, etiã illa beati Leonis prædecessoris nostri sententia recolatur: [Nulla [b], inq̃t, ratio sinit, vt inter episcopos habeantur qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a cõprouincialibus episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati.] Quia vero sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesijs; atque ideo super se Metropolitanũ hre non pot: Cardinales episcopi proculdubio Metropolitani vice funguntur [c], qui videlicet electum episcopũ ad Apostolici culminis apicem prouehant. Eligitur autẽ de ipsius ecclesiæ gremio [d], si reperitur idoneus, vel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur: saluo debito honore, & reuerentia dilecti filij nostri Henrici, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente, sperat⁹; sicut iã sibi concessimus, & successoribus illius, qui ab hac Apostolica sede personaliter hoc [e] ius impetrauerint. Quòd si prauorum, atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, vt pura, sincera, atque gratuita fieri in vrbe [f] non possit electio; Cardinales episcopi cum religiosis clericis, catholicisque laicis, licet [g] paucis, ius potestatis obtineant, eligere Apostolicæ sedis Pontificem, vbi congruere viderint. Plane, postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas, vel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio restiterit, vt is, qui electus est, in Apostolica sede iuxta consuetudinem inthronizari non ualeat: electus tamen, sicut verus Papa obtineat auctoritatem regendi Romanam ecclesiam, & disponendi [h] omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante suam consecrationem feciſſe cognouimus. Quod, si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum, per seditionẽ, vel præsumptionem, aut quoliber ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, auctoritate diuina, & sanctorum Apostolorũ Petri & Pauli, perpetuo anathemate eum suis auctoribus, fautoribus, & sequacib⁹ à liminibus sanctæ Dei ecclesiæ separatus abijcitur, sicut Antichristus inuasor, & destructor totius Christianitatis: nec ali qua †super hoc ei audientia [i] reseruetur: sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocunq; fuerat prius, sine retractatione deponatur: cui quisquis adhæserit, uel qualemcũ que tamquam Pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententia † sit mancipatus. Quisquis autem huius nostræ † decretalis sententiæ

† al. aliquãdo

† al. sententiæ

† al. nostri

inf. dist. 62. nulla ratio.

Item & in casu schismatis, vt 23. q. 5. non vos. Item cum quis recipit ecclesiam de manu Laici, vt 16. q. 7. si quis deinceps. Item cum quis excõicat suum maiorem, vt 21. dist. intantum. vnde vī q̃ spoliatus pro aliquo istorum casuũ non possit petere restitutionẽ, ex quo ei denegatur

maledictorum duo sunt genera. 24. q. 3. cum sit. 2. 31.

EPISCOPI VERO. Hæc est secunda pars distinctionis. Ioan. de. Fan.

in qua ponit quę sunt quærenda in episcopo tempore consecrationis. & Casus huius §. per se patet.

temerator extiterit, & Romanam ecclesiam sua præsumptione confundere, & conturbare contra hoc statutum tenuerit, perpetuo anathemate; atque excommunicatione damnetur; & cum impijs, qui non resurgent in iudicio, reputetur; omnipotentis iram contra se sentiat, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli (quorum ecclesiam præsumit confundere) in hac vita, & in futura furorem [a] sentiat: fiat habitatio eius deserta, & in tabernaculis eius non sit qui inhabitet: fiãt filij eius, orphani, & vxor eius vidua: commotus amoueatur ipse, & filij eius, & mendicent, & eijciant de habitationib. suis: scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius: orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa [b] sint ei contraria, & omnium sanctorum quiescẽtium merita illum confundant [c]; & in hac vita super eum apertam vindictam ostendant [d]. Obseruatores autem huius nostri decreti, omnipotentis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorum apostolorum Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absoluat.

¶ *Huius decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro Abbatiæ monasterij Farfensis literis Lõgobardicis ante annos pene quingentos scripto, & alibi.*

2 *Episcopi vero, & cæteri ordines infra cõstituit, qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Carthaginensis concilij quarti, c. 1. cui interfuit Augustinus tẽpore Honorij Augusti ostendamus ab eorum examinatione incipientes.*

¶ Quomodo sit examinandus, qui in episcopum eligitur. C. II.

Ordo Romanus pag. 95. Burch. l. 1. c. 8. Iuo par. 5. c. 62. Polyc. l. 2. tit. 9.

QVi episcopus ordinandus [e] est, antea examinetur [f], si natura sit prudens, si docibilis [g], si moribus temperatus [h], si vita [i] castus, si sobrius, si sp suis negotijs cauens [k], si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatib. ecclesiasticis exercitatus; & ante omnia, si fidei documẽta [l] verbis simplicibus [m] asserat [n], id est, patrem, & filiũ, & spiritum sanctum vnũ Deum esse confirmans totamque Trinitatis deitatem coessentiam, & consubstantialem, & coæternalem, & coomnipotentem prædicans; si singulas † quasque in Trinitate personas plenum Deum, & totas tres personas vnũ Deum; si

† al. singulam quamque personam.

QVi episcopus.] CASVS. In hoc c. ostendit quot & quæ ab electo in episcopum & cõfirmando sint q̃renda tpe consecrationis: ī quibus si inueniatur instructus, ab omnibus episcopis consecretur præsente archiepiscopo, vel auctoritatẽ præsente.

e ¶ Ordinandus.] Tũ est cõsecrãdus: quia tunc est scrutinium faciendum.

Consecrandus an sit ante examinandus.

f ¶ Examinet.] Ista examinatio non est facienda, nisi circa ignotos 347. dist. de Petio. & 94. dist. valde. & hoc verum est de scrutinio electionis: nisi forte sũma tim etiam circa notum quæreret de modo eligendi, & de ijs quę habes extra de elect. cum in cunctis Scrutinium autem quod fit in consecrando, illud nunquam est omittẽdum, etiam citra notum, vt hic, & 64. di. c. 1. 2. & 3. & 75. dist. c. 1. immo repellitur & fi in vno deficiat. 38. dist. q. ir fis.

3 Arg. ad hoc inf. dist. prox. nullus vbi de hoc.

g ¶ Si docibilis.] Melius diceretur, docilis q̃a homo est docilis & docibilis. liber docibilis: quãdoque tamen ponitur vnũ pro alio, vt hic: & Ioan. in Euãg. Et erunt omnes docibiles Dei. debet autem ratiõe reddere omni poscenti. 26. dist. qui ecclesi. §. ecce. hã Temperatus. jin fra. 11. q. 3. illa præpositorum.

Docilis & docibilis differuunt.

h ¶ Vita.] in fra. dist. 53. legem.

i ¶ Casus.] Nã propter similitudinẽ repellitur qs vt 39. dist. Petrus. sed tam promotus non deponitur: sed ei coadiutor datur. 7. q. 1. quia frater notter.

4 Vñ Apostolus ad Timo. p ofans vocum nouitates deuitia Io. de Fan.

k ¶ Cauẽs.] Nã propter similitudinẽ repellitur qs vt 39. dist. Petrus. sed tam promotus non deponitur: sed ei coadiutor datur. 7. q. 1. quia frater notter.

l ¶ Fidei documenta.] Id est, fidem.

m ¶ Simplicib.] Id est, apertis non implicitis, extra de sum. trin. fit mitter. & sup. dist. 4. erit autem. non inuisitatis 4. inst. dist. 36. illiteratos. melius 37. dist. relatum. arg. ad testes repellendos. arg. 4. q. 3. si testes. §. item in testibus arg. contra instrumenta.

n ¶ Asserat.] Profiteri debet q̃ obseruabit patrum regulas in Authen. quomodo oportet episcopos: §. ad nos ergo; circa princ. coll. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Sub. non necessitatē.

Nec diabolus sit peior, nec Angelus melior; neque eorum meritum vel demeritum augetur nisi quo ad pœnam, vel præmiū accidentale: Vide Beatū Tho. 4. distinct. 50. ar. 1. q. 6. & 1. pa. q. 62. ar. 9.

Per sacramentum ex attrito quis fit contritus, iō dimittuntur peccata non tantū ostendūtur dimissa. Vide B. Tho. 4. distin. 4. q. 2. art. 1. q. 1. ad primum. & distin. 6. q. 1. a. 3. q. 1. ad quintū & 1. par. q. 69. ar. 4. ad secundum.

2 Sed remanet iuiquas ipsa, i. fomes peccati de pœn. dist. 4. c. Ilie Rex. & videas quod legitur, not. de consid. dist. 4. c. 2. & cap. non ex quo. Arch.

Illectioni possint laici contradicere.

a ¶ Non per conditionem.] Id est, per creationem 1, vult. n. dicere q̄ non est, creatus malus, vt quidam dāt, sed ex libero arbitrio factus est malus, immo adhuc habet liberum arbitriū, sed illud est ad malum tantū: aliquin, si non haberet liberum arbitriū, non demereret 23. q. 3. vasis iræ. immo quotidie fit *peior. similiter angel⁹ h̄bet liberum arbitriū, sed illud est tm̄ ad bonū, & q̄d quotidie meretur, & fit melior. Homo habet liberū arbitriū æque ad bonū & ad malū, vt 23. q. 4. Nabuchodonosor.

b ¶ Dimittant.] Id est *. dimissa ostēdātur. nā per contritionē dimittuntur adulto peccata. non per baptismum, 2, tut. n. adultus accedit ad baptismum cum charitate, aut non: si cū charitate, ia n nullum in eo est peccatū, vt legitur de Cōsecratione, vt 25. dist. deinde. & de consec. dist 4. non dubito, si sine charitate nullū peccatū ei dimittit de consec. dist. 4. oltē ditur. Dimittūtur tñ satisfactiones, quas p̄ peccatis facere debēt, vt de cōse. dist. 4. si ie pañ. Itē & originalia dimittūtur per baptismum adultis, sed nullū mortale, si non habet charitatem 1. q. 1. vide.

c ¶ Extra ecclesiā.] 1. q. 1. extra ecclesiā catholicam. & cap. ex ecclesia.

d ¶ Et laicorū.] Sed quare hic post examinationē requirit cōsēsus clericorū & laicorum? putarem electioni cōsēsū postea electo ab hoc obijcere pōt, vt 8. p. 2. dilectissimi. Sed decas hic log. de examinatione, quæ sit tempore consecrationis: nec aliud valt dicere, nisi q̄ cōsecrari debet si ita est, q̄ oēs cōtenti sint in eum. Item paret hic, q̄ laici possunt cōtradicere electioni, vt dicam inf. cap. illud. &c.

H Is igitur.] Hæc est tertia pars dist. in qua ostendit Isidorus qualiter clerici debeant vivere, & quæ vitare, & quæ observare

incarnationem diuinam non in parte, neque in spiritu sancto factam, sed in filio tantum credat vt qui erat in diuinitate Dei patris filius ipse fieret in homine hominis matris ex matris viscеribus habens, & animam humanam rationalem, simulque in eo veritas vtriusque naturæ, idem Deus & homo, vna persona, vnus filius, vnus Christus, vnus Dominus creator omnium, quæ sunt, & auctor, Dominus, & rector cum patre, & spiritusancto omnium creaturarum qui passus sit vera carnis passione; mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera carnis suę resurrectione †, & vera animæ resumptione; in qua venit iudicare viuos, & mortuos. Quærendum etiam ab eo, si noui & veteris testamenti, id est legis, & Prophetarum, & Apostolorum vnū eundemque credat auctorem, & Deum: si diabolus nō per cōditionem a, sed per arbitrium factus si malus. Quærendum etiam ab eo si credat huius, quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem; si credat iudicem futurum, & recepturos singulos pro his, quæ in carne gesserunt, vel pœnas, vel præmia †; si nuptias non prohibeat †; si secunda matrimonia non damnet, si carniū perceptionem non culpet; pœnitentibus reconcilitatis communicet, si in baptismate omnia peccata, id est tam illud originale contractū, quàm illa, quæ volūtarie admissa sunt, dimittātur: b si extra ecclesiam c catholicam nullus saluetur. Cum in his omnibus examinatus, fuerit inuētus plenè instructus, tunc cū consensu clericorum, & laicorum d, & conuētu totius prouinciæ episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate, vel præsentia, ordinetur episcopus. Susceptо in nomine Christi episcopatu, nō suæ delectationi, nec suis motibus, sed his Patrum diffinitionibus acquiescat e.

¶ Caput hoc integrum extat in ordine Romano, additis ad initium his verbis, Statuta ecclesiastica, cui similem titulum totū Carthaginense quarto concilio esse præpositum in aliquot vetustis codicibus testantur illi, qui eorum concilium ediderunt.

e ¶ Acquiescat.] *post hoc verbum sam in concilio, quàm in ordine sequitur:* In cuius ordinatione etiam ætas requiratur quā sancti Patris in præeligendis episcopis constituerunt.

Item Isidorus de ecclesiasticis officijs, lib. 2. c. 2.

¶ Qualis esse debeat clericorum conuersatio. C. III.

3 His igitur lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita secluſi à mundo voluptatibus sese abstineāt; nō spectaculis e, non pompis intersint; conuiuia publica fugiant priuata non tantum pudica f, sed & sobria colant; vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cuiusquam studium appetant; amonos 3. & quotidie esurire debent, & esse cum vacuo ventre, vt infra de consecr. distinct. 5. fiat tibi.

Refertur in concilio Moguntino primo, c. 10.

a ¶ Pecuniæ.

Simonia in omni sacramēto committitur.

a ¶ Pecuniæ.] Diuites tamen non sunt abijciendi cum bonis operibus. 50. dist. hæc autem scripsimus.

b ¶ Pro beneficijs.] Et pro sacramentis ecclesiasticis, quæ dicuntur medicina; quia sanant vulnera peccatorum. 1. 3. q. 2. animæ. Ioan. Fan. dixit in omnibus sacramentis

tem pecuniæ a, quasi materiem cunctorum criminum fugiant, & sæcularia officia, negotiaque abijciant; honoris gradus per ambitiones non subeant: pro beneficijs b medicinę Dei, munera non accipiant, dolos, & coniurationes caueant: odium, æmulationem, obtrectationem, atque inuidiam fugiant: non vagis oculis, non effreni lingua, aut petulanti, fluidoque † gestu incedant; sed pudorem, & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostendant: obscœnitatem etiam verborum sicut & operum penitus exerentur. viduarum, & virginum frequentationem c † fugiant; contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant; castimoniam quoq; inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant: aut certe vnius matrimonij vinculo fœderentur; senioribus d quoque debitam obedientiam præbeant, neq; vllo iactantię studio semetipsos attollant: postremo doctrinę lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio e iugiter † incumbant. Tales enim debent esse qui diuinis cultibus se mancipandos studeant exhibere; scilicet, vt dum scientię operam dant, doctrinę gratiam populis administrent.

† al. tumidoque gressu

† al. visitationes frequentissimas

† al. iugo

Idem Clemens ad Iacobum fratrem Domini, epist. 2.

Poly. l. 4. tit. 31.

¶ Qui dignè sacramenta tractare non possunt, ad ministerium non eligantur diuinum. C. IIII.

Tales ad ministerium eligātur clerici, qui dignè possint Dominica sacramēta tractare. Melius est enim domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quàm multos f inutiles, qui onus graue g ordinatori adducant.

Item ex concilio Carthaginensi. 3. c. 40.

¶ Si electo in episcopum aliqua obijciuntur, quinque vel sex episcopi ad eius purgationem conueniant.

C. V.

Illud h statuendū est, vt quando ad eligendū 1 episcopū conueniremus; si qua contradictio fuerit oborta k (qa sępe talia facta sunt apud nos) nō pręsumāt ad purgādū l

* Matrimonij etiā sacramentum cōfert Polyc. l. 2. tit. 8. gratiam: nec textus allegatus facit ad propositū; vide Conc. Trid. sess. 24. ca. 1. & B. Tho. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 6. argu. & 4. dist. 25. q. 3. ar. 2. q. 1. ad 2. dist. 26. q. 2. arg. 3. per tot.

Et in cōc. Afri. cap. 17. Anid. 6. c. 65. Burch. l. 1. c. 6. Iuo p. 5. c. 60.

a ¶ Sed eligendum.] Id est, consecrandum.

b ¶ Oborta.] Id est, quod obijcitur crimen ei.

l ¶ Ad purgandum.] Id est, examinandum.

h ¶ Illud.] Si electo consecrando obijcitur crimen, nō est cōsecrandus ante cauſæ examinationem, & si prius venerant quatuor episcopi ad consecrationem, adhuc veniant duo: & si ante venerant tres, veniant adhuc alij tres ad audiendam causam criminis obiecti: & ēm hoc exponas, eligendum, id est, consecrandum 2. & expone, purgandum, id est, examinandum. & ita intellige, quòd hic obijciebatur crimē in modum accusationis. nam si esset obiectum in modum exceptionis, non viderentur vi ecclesiarij tot epi, cum causa illa posset expedīri per procuratorem, vt extra de accu. super his. & sic paret q̄ metropolitanus possit audire causam criminalem episcopi, licet non possit eum deponere: tamen requiritur præsentia plurium episcoporum. Alij intelligunt tantum de eo qui tenetur se purgare. Dic vt 3. q. 6. c. quamuis. & c. accusatus.

1 ¶ Ad eligendum.] Id est, consecrandum.

k ¶ Oborta.] Id est, quod obijcitur crimen ei.

l ¶ Ad purgandum.] Id est, examinandum.

1 De hac materia legē, & nor. 36. dist. qui ecclesiasticis. & ibi dicam. Archi.

2 Sub. & sic tenetur. sic improprie exponitur eligere, id est, confirmare. 7. q. 1. remoto & eligere. l. 8. q. 1. episcopo. in fi. secundum Hug. & Io. de Fan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Tres.] Qui soli possent consecrare eum: sed ipsi non possunt audire causam criminalem.
b ¶ Tm̃.] Scilicet accedere. aliàs est in textu, accedere.
c ¶ Et in eadem.] Ibi enim melius potest inquiri de crimine, vbi aliquis conuersatus est, vt 24.q.1.pudenda.ext. de elec. post quam.
d ¶ Plebe.] Not. arg. q̃ laici admittuntur ad accusandum electũ, vt sup. ea. q̃ episcopus. in fi. 61. dist. studij. 63. dist. vota. nã eps debet habere bonũ testimoniũ ab his qui foris sũt, vt 8. q. 1. licet. & de cõsec. d. 1. iubemus. Item quia inter est ipsorum, vt extra de rest. ca. de cętero. & arg. ad hoc extra de testi. ex parte Adæ. & in Authen. de san. epi. §. si quis autem. coll. 9. & est argu. ad hoc 81. d. Maximianus. argu. cõtra 28. d. consulendũ. vbi etiã ad denũciationẽ nõ admittuntur laici, si malo zelo ducãtur. Itẽ, si ideo dicti admittẽdos laicos, qa ipsorũ interest, ergo siue sint bonæ famæ siue malę, admittũt, qa nullus remouet ab accusatiõe, q̃ sibi iniuriã prosequitur, vt 4. q. 6. omnibus. male ergo dicit decretũ, q̃ laici infames non admittunt ad accusationẽ clerici corũ 1, vt 2. q. 7. accusatio. Põt hic dici, q̃ hic loquitur cũ ciuiliter agit. & in eo casu quilibet admittitur, etiam fęmina, vt extra de test. cum ciuiliter agitur? Respon. quia agitur de crimine, licet non criminaliter. Vnde oportet etiam inscribi ad pœnam extraordinariam, vt extra de accu. super his. Et est argu. ad hoc, 3. q. 6. hæc quippe. vbi xij. episcopi requiruntur, & tamen ibi ciuiliter agitur, vt videtur.
e ¶ Illa quæ obijciuntur.] Si fiat grauiora, vel non.
f ¶ Et cum purgatis fuerit.] Id est, iudicatus innocens.
g ¶ Sacris.] Id est, ecclesiasticis.
h ¶ Expedibile.] Id est, iustum.
i ¶ Cautione.] Scilicet iuratoria.
k ¶ Plus.] Si ergo aliquis iure communi se potest tueri 2, & priuilegio. 87. dist. quisquis. & extra de rescript. c. r. arg contra de fid. instr. inter. vbi dicitur, q̃ idẽ non põt dari & cõfirmari. Itẽ arg. contra. C. de thesau. l. vnica. de hoc plura arg. inuenies 100. dist. cõtra morẽ. Sed ita dicat cõsilio meo. si quæratur ab eo; hoc habeo de iure communi: & si hoc non esset, habeo ex priuilegio vt extra de præscrip. veniens. Itẽ not. q̃ plus valet specialis cautio q̃ generalis, vt hic, & ff. si quis cau. l. sed & si. §. quæsitum. Item, & plus specialis confirmatio quàm generalis. extra de confirmatio. bonæ. Item & speciali appellatio q̃ generalis, vt extra de appell. super eo. & specialis delegatio q̃ generalis, vt extra de rescr. ad hoc. & specialis subscriptio q̃ gñalis. ff. ad l. Cornel. de fal. diuus 1. respon. & speciale mandatum, vt extra de rescript. c. 1. & melius cap. pastoralis. aliàs tamen plus valet generalis correctio, quàm specialis, quando multitudo est in causa. 23. q. 4. non potest. & generalis petitio, vt 13. q. 2. non æstimemus. & generalis quæstio. ff. de quæstio. l. 1. §. qui quæstionem.
l ¶ Placiti.] Id est, pacti.
m ¶ Adnotatione.] Id est, scriptura.
n ¶ Vt fidem.] Not. q̃ quilibet clericus suo plato præstabit obedientiam, vt infra de consecra. dist. 5. in omnibus, & not. quòd præstat electus suo maiori iuramẽtum de fide & canonib. seruandis, vt hic. de indemnitate rerum ecclesiæ seruãda, vt 28. dist. de Syracusana. de immoderata exactione nõ facienda. 10. q. vlt. c. 1. in fin. Item de fidelitate. extra de iureiuran. ego N. Item de pensionib. debitis soluendis. argum. extra de nouæ. nuncia. cum ex inniucto. extra de elect. qualiter. Item de pensionib. non augendis. argum. extra de iustitia. Item suspectus de inobedientia, iuramentum præstat de obedientia seruan. extra de maiorita. & obedien. in ecclesijs: in fine: Nec obstat. contrarium extra de maiori. & obedien. legebatur. quia ibi loquitur de iam promoto, & non suspecto.

1 Præterea ex hoc sequeretur, q̃ si ue iste electus malæ famę fuerit, siue non: semper admittuntur laici q̃ illud c. omnibus quod tamẽ falsum est. 2. q. 1. in primis. ver. si. Io. de Fan.

2 Scilicet contra promittentem. & dic, solet enim, & c. q. d. ad cautelã fit: hic enim non magis tenetur si specialiter promittatur, q̃ si sum generaliter: & quod dicit glos. ex priuilegio, d. c. iure speciali, scilicet ex sua promissione. Archid.

a ¶ Transgressores.] Hic habes, quod clericus se põt obligare sub pœna spirituali. & pecuniaria, ad spiritualem pœnam se potest obligare, scilicet ad pœnam depositionis vel anathematis, vt 1. q. 7. quoties. de consecr. dist. 2. ego Berengarius. extra de elect. cum dilectus, in fin.

Clericus sub pœna se potest obligare.

† al. infe rendã.

Ordo Romanus, pag. 100. Polyc. l. 2. tit. 9. Ansel. l. 6. c. 49. al. 55. Iuo p. 5. c. 124. Pann. 3. c. 18.

Ex eo. concilio ca. 3. Poly. 2. tit. 32. Ansel. l. 7. c. 53. Iuo par. 6. c. 12. Pann. l. 3. c. 33.

† al. tantũ accedere

† al. dignationis.

Ansel. l. 7. c. 88.

† al. prouehit

† al. placitæ sibi

Epist. 82. ad Anastasiũ Theopiscopum. † al. tamen] orig.

† præferat.] manuscr.

DEHINC. Supra ostensum est de electione, & ordinatione Papæ, & de examinatione eorum, & quales esse debeant epi, & alij clerici. Nunc vero ostẽdit qualiter debeat fieri ordinatio prio epi. & postea cęterorũ.
Episcopus.] CASVS. Quando ordinatur episcopus, duo episcopi debent tenere librum Euangeliorum super caput ordinandi. tertius super eum fundat benedictionem: reliqui episcopi, qui adsunt, caput eius tangant.
¶ Casus sequentis c. & §. per se planus est.
b ¶ Codicem.] Consueuit quęri, an liber illorum episcoporum ordinet episcopum, & an appositio libri sit de substantia consecrationis; & potest dici, quod nullus solus solus conseeum ordinat: sed quilibet eorum consecrat eum; quia consecrare est cum alio sacrare, vt 24. q. 1. pudenda. ficut plures ferũt trabem ita quod nullus per se ff. ad legem Aquil. ita vulnerat. §. 1. nõ autem credo q̃ liber sit de substantia consecrationis.
Ecclesiastica.] CASVS. quidam episcopi vel sacerdotes cũ cãtabant Missam, non habebant orarium, id est, stolam, qua situm fuit in concilio Bracharen. quid iuris esset? Et respondet q̃ sicut in die suæ ordinationis habuerunt orarium, sic cum Missam cantant orariũ teneant, quod vtriq; humero attribuat; & qui aliter fecerit, debet excõmunicari. Sequens §. patet.
c ¶ Orario. Id est, stola.
d ¶ Corporis. 2.] No. q̃ si in ægritudine sumit sacerdos Eucharistiam, circumdabit stola vtrumq; humerum.
e ¶ Ceruicem.] Si sacerdos legit Euangelium, nunquid vtetur stola secundum

2 Consecrationis Eucharistię. Hug.

3 Lu. & Hu. dicunt hoc non es-

DEBEAT fieri ordinatio prio epi. & postea cęterorũ. Episcopus.] CASVS. Quando ordinatur episcopus, duo episcopi debent tenere librum Euangeliorum super caput ordinandi. tertius super eum fundat benedictionem: reliqui episcopi, qui adsunt, caput eius tangant:

Dehinc disponitur, qualiter ecclesiastica officia ordinantur, in concilio Carthag. 4. c. 2.

¶ Qualiter ordinetur episcopus. C. VII.

EPiscopus, cum ordinetur, duo episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem [b] super caput, & cerui cem eius; & vno super eum fundendo benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant:

¶ Qualiter ordinetur presbyter. C. VIII.

PResbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri qui prȩsentes, sunt manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis sacerdos orario vtroque humero ambitur; ita tempore consecrationis eodem orario debet vti instanter.

Vnde in concilio Bracarensi 3. c. 3. legitur.

¶ Quod quisque accipit tempore consecrationis ferat tempore oblationis. C. IX.

ECclesiastica, & antiqua institutione præfixum nouimus, vt omnis sacerdos cum ordinatur orario [c] vtroq. humero ambiatur, scilicet vt qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera & aduersa, virtutum semper ornamento vtroque circumseptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore sacrificij non assumit quod se in sacramento accipisse non dubitat? Proinde modis omnib. conuenit, vt quòd quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione suæ salutis; scilicet, vt cum sacerdos ad solennia missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, ac sacramentum corporis [d] & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam orario vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dinoscitur consecratus, ita vt de vno eodemque orario cerucem [e] pariter, & vtrumque humeruum premens signum in suo pectore præparet † crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitę subiaceat.

4 *Dalmaticis autem nec episcopis, nec diaconis absque Apostolica licentia vti permittitur.*

Vnde Gregorius Aregio episcopo Francorum. lib. 7. epist. 111.

De hoc tiam r.o. q. 5. si quis esbyter. rch.

fin. similiter ad pecuniariam pœnã se potest obligare. 22. q. 5. si quis cuiuslibet. extra de arbit. cum dilecti 1. Sed nunquid pœna soluta potest agi ad obedientiam, vel ad id quod promissum est sub pœna, vel an sufficiat tantum pœna esse contentum? De hoc dic, vt no. 25. q. 2. quęcunque.

qđ diaconus? Arg. q̃ sic, vt 93. dist. præcipimus. & 94. dist. c. 1. & 2. Potius. credo sequendam consuetudinem, vt 12. dist. scit. maximè de his, quæ breuiter sunt edita, ff. de ventre inspicien. l. 1. §. vlt. 3.
DALMATICIS. Hæc est quarta pars vbi quærit quid iuris de dalmaticis. Ioan. de Fan. & P.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se in iure de terminatum & ideo statur consuetudini, alias credit verũ esse quod cõfit; quia Petrus nũcius epi cito recessit propter infirmitatẽ suorum hominum, & quia Papa multis implicitus negotijs erat illud nouum subito & inconsulte si bi concedere non potuit: nũc vero cõcedit eis priuilegiũ vtendi dalmaticis, & eas per Cyriacum abbatem sibi transmittit. Quod sequitur plaũ est vsque ad capitulũ, præterea. a ¶ Communis filius.] Ille diaconus. b¶ Suorum infirmitate.] Nota quod ꝓpter infirmitatẽ suorum potest aliqs se excusare, sicut propter timorem suorũ, vt extra de appe. ex parte. Item nota ꝙ propter intemperiem loci aliquis excusatur, vt hic, & 74. distin. quorundam Argu. cõtra extra. de dolo & contumac. cũ dilecti. in fi. Ioã. c¶ Nouũ. & Not. ꝙ ea q̃ de nouo petunt non sine magna deliberatione cõcedũtur, vt hic, & 16. q. 1. in parochia. maxime à Romana ecclesia, q̃ oĩa cũ magna maturitate solet tractare, vt 35. q. 9. apostolicæ. quia in rebus nouis constituẽdis cuidẽs debet esse vtilitas, vt est ff. de cõstitut. principũ reb⁹. hodie vero diaconi indistincte vtũtur dalmatica. vt 11. q. 3. epũs aut ꝓsbyter 76. d. 1. de ieiunio.

Loci intemperies excusat.

1 Hoc cap. non videtur hoc probare: quoniam ibi habetur de alba sic. 93. dist. diaconus in cõuentu. sed Hug. & Lan. intelligunt albam id est dalmaticã. sic etiam exponitur in præcedenti ca. diaconu.

¶ Absque Apostolica licentia Dalmaticis nec episcopis, nec diaconis vti licet. C. X.

COmmunis filius [a] Petrus Diaconus nobis innotuit, quòd fraternitas vestra rẽpore, quo hic fuit poposcerit, vt sibi & archidiacono suo vtendi dalmaticis licẽ tiam præberemus. Sed quia ita hominum suorum infirmitate [b] compulsus festinanter abscessit, vt nec ipse mœror incumbens diuitius. (vt dignum erat, & res desiderata poscebat) sineret permanere, & nos in multis implicitos, ecclesiasticæ rationis consideratio nouum [c] hoc inconsulte, & subito non permitteret indulgere; idcirco postulatæ rei prolongatus effectus est. Nunc vero charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis nostræ serie, perita concedimus, atque te, & archidiaconum tuum dalmaticarum vsu decorandos esse concessimus, easdemque dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente transmisimus.

Ansl. 6. c. 88. al. 96.

¶ Qualiter ordinetur Diaconus. C. XI.

DIaconus dum ordinatur, solus episcopus [d], qui eum benedicit manum super caput illius ponat; quia non ad sacerdotium sed ad ministerium consecratur.

Ex cõc. Carth. 4. c. 4. ordo Romanus par. 9. col. 1. Poly. l. 2. tit. 32. Ansel. l. 7. c. 51. al. 60. Iuo. par. 6. c. 13. Pann. l. 3. c. 34.

5 Quæritur autem, an post benedictionem manus presbyterorum, & diaconorum chrismatis liquore debeant perungi.

De his ita scribit Nicolaus Papa Radulpho archiepiscopo Bituricensi.

¶ Nec presbyteris, nec diaconis in consecratione; chrisma te manus perungere licet. C. XII.

S Acerdotes nomen Domini despiciunt, & quantū ad se [a], panem pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt' quique dato munere sacerdotium præsumunt. Panem quoq; polluit, qui doctrinam Domini in populo male dispergit †, & qui honorat potentem [b], & despicit pauperem [c] †. *& infra.* ¶ [Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? &c.] superius accusati de panibus, nunc accusantur de victimis. Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti, magistrumq; facit, qui vix discipulus esse poterat. Claudū offert, qui lucra terrena quęrentem locat [d], vt pote pedem in diuersa ponentem, vnum in diuinis, alterū in carnalibus, cui potest inferri illud de libro Regum, [Vsquequo claudicatis in duas partes?] Lāguidum offert, qui vitiosum habet pro religioso, quiq; tardum, & pigrum probat « patientem, dicens illum [f] negligentiæ redarguendum. Indignum est enim [g] dare Deo, quod dedignatur homo.

¶ Concord. tex. in l. 1. C. de vet. iure enu. & in auth. de monach. l. 1. coll. 1.

† *al. dispertit.*

3. Reg. 18.

« ¶ Probat patientem.] *Sic interpūgitur etiam in manuscriptis & in glossa, cum tamen ita posset etiam distingui,* & pigrum probat, patientem dicens illum, &c.

DISTINCTIO L.

Valactam.

ps 1.

EX præmissis [h] *auctoritatibus liquido mōstratum est: quòd varijs criminibus irretiti in sacerdotes ordinari non possunt. Nunc autē de eisdem quæritur, vtrum post peractam † pœnitētiam, vel in propris ordinibus remanere, aut ad maiores gradus conscendere valeant. Multorum auctoritatibus, varijs criminibus irretiti a propris ordinibus deijciuntur, & ab accessu maiorum prohibētur.*

Unde Gregorius Constantino Mediolanensi episcopo, lib. 4. epist. 17. siue c. 61.

doctrinā populo male dispergit, despicit pauperem, honorat potentē. In 2. parte, quæ incipit ibi, [Si offeratis.] reprehenduntur qui indignos instituūt, & hoc facit auctoritate veteris testa. in qua reprehenduntur sacerdotes vete. testa. qui Dño offerebant animalia cęca, claudа, & languida, & etiam pigra. quæ vitia hodie figuraliter intellecta repelluntur in nouo testamento.

a ¶ Ad se.] No. q⁹ aliquid dicitur malum quo ad se. sic 1. q. 1. quod quidam. & q. 3. saluator. sic marimonium dicitur solui quo ad sacerum, qui repudium misit. no a quo ad coniuges. ff. de dona. inter vi. & vxo. cū hic statutus. §. & sacer. & facit q⁹ aliquid q̄tum in seipso est. 11. q. 3. inter verba. fi. 22. q. 2. §. vlt. in fi. de cōse. d. 4. quęris.

b ¶ Potentem.] In eo quod potens est.

c ¶ Pauperem.] Infra q. 3. pauper.

d ¶ Locat.] In dignitate.

[Qūo.] & pro parte prima allegat vsq. ad §. [Ecōtra.] & postea inducit multa c. ad probandam solutionem suā, vsq. ab §. sed illud vbi aliam ponit: & eam probat per c. seq. vsque ad §. [Quod vero.] & postea adiungit de lapsis in hæresim 2, quod non sit eis communicandum ante reconciliationem. Ab illo §. [Quod vero.] subiungit tractatum de homicidijs vsque ad illum §. [Prę missis.] Deinde addit de solenniter pœnitentibus, q⁹ non debeant ordinari, vel ad militiam sæcularem redire: & quòd clericis talis pœnitentia non sit imponenda, & pro quibus culpis sit imponenda. Vltimo subdit de apostatis, qui nec ad habitum sæcularem, nec ad clericatū ascendere possunt post pœnitentiam. Circa lapsos tres regulæ sunt notandæ 3, quæ continentur infra ead. dist. vt constituēretur. Prima regula secundum H. hæc est, vt. Qui mortaliter peccauit post baptismum, non proua-

2 Scilicet in §. de lapsis. Laur.

Lapsorū regula. Paratio trib. ratur.

3 Scilicet in cōs cōtinen tes. Laur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

moueatur,vt 25.dist.primum.1.q.7. si quis omnem. Secunda est.Promotus si mortaliter peccat, deijciẽdus est infra cap.qui semel.Tertia est, Qui ab ordine deponitur amodo non restituitur.inf.ea.c.1.& 2. & c.puenit.& vbicunque mitius agitur, dispensatio est.Iliæ autẽ tres regulæ secundũ tres opiniones recipiunt interpretationem. Quidã enim dicunt, q̃ omne peccatum mortale impedit & mouendum & deijcit iam promotũ 1. Mortaliter peccat qui post baptismum peccauit,si se promoueri permittit: vel si iã suscepto rẽmanet, q̃tumcunque egerit pniã: nisi cum eo fuerit dispensatum.

¶ Lapsi in suum ordinem reparari non possunt. C. I.

SI lapsis [a] ad suum ordinem reuerendi licentia conceda tur vigor canonicæ proculdubio frangitur disciplinę: dum pro reuersionis spe [b], prauæ actionis desideria quique concipere non formidat. *& post pauca.* ¶ Illud igitur prę omnibus studere,vt lapsos,in sacrum ordinem nullius vobis supplicatio [c] aliquo modo reuocare [d] suadeat,ne huiusmodi non statuta [e], sed temporaliter data credatur esse vindicta. Anfel. 8.c.35. & lib. 11.c.13. Iuo par.6.c.80. Pann.l.3.c.145

Item Martinus Papa I. Amando episcopo.

¶ Qui post suam ordinationem labitur depositus permanebit. C. II.

QVi semel [f] post suam ordinationem in lapsum cecidit,deinceps iam depositus erit, nullumq; gradum sacerdotij poterit adipisci. Pann.l.3.c.141

Item Gregorius Papa Sabiniano episcopo, lib. vij. epistola 25.

¶ Presbyter post lapsum nulla ratione in sacro ordine reputari valet. C. III.

PResbyterum,de quo nos fraternitas tua latoris præsentium legatione † consuluit,nulla ratione in sacro ordine post lapsum, aut permanere & aut reuocari posse cognoscas. Circa quem tamen mitius [h] agendum est: quia commissum facinus facili [i] dicitur professione confessus. Anfel. I.8.c.26. Pann.l.3.c.146 † al. relatione.

Item Joannes viij. Cœnomantico † Viticensi episcopo. † al. Cœnomano ea Venetiensi.

Ifti intelligunt regulas prout sonãt. L.

Episcop⁹ in quib. criminib. dispẽset.

2 Extra de transl. epi c. 2.ver. nec q̃ de cessione. &c. fm Lau.

Epꝰ an possit semper dispensare.

a ¶ Si lapsis.] Hoc cap. loquitur de depositio,vt patet per fin.

b ¶ Spe.] Quib facilitas veniæ, &c. vt 13.q.4. est iniusta. & ext. de vi. & hon. cler. vt clericorum.

c ¶ Supplicatio.] Carnalis,sed spũalis bñ inf. ea clerico.

d ¶ Reuocare.] Iufra 13.q.4. est iniusta.

e ¶ Non statuta.] Perpetuo. Qui enim deponitur, ppetuo

Depositio perpetua.

tuo deponitur,vt hic 3.& 81.dist. si quis clericus. & C. de pœnitentiis. Arg. contra 33.q.4. non oportet 2. Ibi simpliciter ponitur, leparentur: & tamen separantur ad tempus, non perpetuo, vt extra de const. ex litteris. in fine. Sed certe illa non sunt contraria: quia ibi nulla fuit depositio: & est hoc ideo statutum, ne leges ludibrio fiãt, vt C. de bon. quæ. lib. I. vlt. §. fi. & est si. quod lex dicit, q̃ damnatus de crimine ad militiam non recipitur, vt ff. de re milit. qui cum vno. §. adulterio.

QVi semel.] ¶ Adipisci.] Hoc c. intelligitur de rigore 25 d. primum. inf. ea. miror. vel in maior. b. vel de manifestis criminib. ext. de temp. ord. c. fin. ficnon ob. 82. dist. presbyter. & 15.q.vlt. hi qui.

PResbyterum.] CASVS. Sacerdos quidã fuit lapsus in crimen, de quo postea in iudicio fuit sponte confessus, quare quæsiuit episcopus Fabiatus, an posset in sacro ordine remanere, vel reuocari deberet? Et respondet Gregorius q̃ non. Sed quia sponte confessus est, mitius est agendum cum ipso. s. vt nomen sacerdotis restineat, vel in minoribus ordinibus remaneat.

g ¶ Aut permanere.] Simile sup. 24. dist. c. vlt. inf. 15.q. vlt. si quis presbyter. cõtra. Sol. in inferiori ministrauit, vt ibi: sed in superiori, vt hic.

h ¶ Mitius.] Arg. q̃ mitius agitur cum confesso, quam cum connicto 4, vt infra. eo. de his vero. & 16.q.3. vlt. si quis presbyter. Si. 61. dist. quia simpliciter. 1.q.5. presentium. Arg. contra 24. dist. c. vlt. Sed ibi timore probationum est confessus: hic sponte.

i ¶ Facili.] Idest, sponte, vt extra de homic. later.

Miror.]

MIror.] CASVS. Quidam episcopus volebat cũ quodam sacerdote homicida dispensare & persuadebat dño Papæ, vt ei post perpetratũ homicidium concederet ministrare. Sed Io. Papa eu reprehendit, dicens hoc fieri non posse post quantamcunque pœnitentiam: sed

¶ Post perpetratum homicidium sacerdotale officium ministrari non potest. C. IIII.

Iuo p.6.c.114 & par.10.c.51 Pann.l.3.c.135

MIror [a] minus doctam scientiam tuam sacerdotẽ putare post perpetratum homicidium [b] posse in sacerdotio ministrare, imò (quod est ineptus) nobis suadere [c] velle,vt ipsi tali præsumptioni præberemus assẽsum. Quis enim tam demens,tamque peruersi sensus, tale quid æstimaret, vel post quantamcunque pœnitentiam concedendum, cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium? Debet ergo sacerdotio priuatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus saltem remedijs curatus,salutis possit inuenire suffragium.

Item Nicolaus Papa.

¶ Ad maiorem gradum clericus prouehi non potest, qui Paganum occidit. C. V.

Iuo p.6.c.110.

CLericũ,qui paganũ occiderit [d], non oportet ad gradũ maiorẽ prouehi,qui carere etiam debet acquisito: homicida enim est. Nã cũ discreti sint milites sæculi a militibus ecclesiæ,non conuenit militibus ecclesiæ militare [e] sæculo,per quod [f] ad effusionem sanguinis necesse sit peruenire.

Item Osbaldo choriepiscopo Quadrantino.

¶ Qui defendendo se paganum occiderit, sacerdotali careat officio. C. VI.

DE his [g] clericis,pro quibus consuluisti,scilicet qui se sed diluat tam immane flagitium lachrymis; ut possit inuenire suffragium salutis.

a Scilicet in ordine,sed bene scientes fec. ext. de cler. pugn. in du. Hericus. in fra. c. presbyteros. & ca. fludeat. Dici põt q̃ hoc ca. miror. loquitur in homicida noto rio, siue manifesto, & vonitario. de lectore. leg. & hoc, inf. eo. d his vero Ar.

a ¶ Miror.] Hic habes quòd epꝰ non põt dispensare cum homicida: item nec cum simoniaco, vt 1.q.1.erga. nisi quandoque,ut 1.q.5.c.1. & vlt. Ioan. De simoniaco est expressum extra de elect. cum dilectus. vbi dr. q̃ si aliquo ignorante fit commissa simonia, epꝰ cum eo potest dispensare,si in simplici beneficio fit commissa simonia: secus si in prælatura. si aut eo sciente fit facta. episcopus non potest dispensare cũ eo. ext. de simo. nobis. B. Item nec cum depositio fm quosdam,vt 2.q.6. ideo. Item nec cum eo qui excõicatus celebrat. vt 11.q.3. si quis epꝰ. & 7.q.1. si quis presbyter, licet sit arg. contra 2.q.5. quãto. Sed illud de mandato Papæ. Item nec cum eo qui accedit ad iudicium sæculare, vt 21.q.5. si quis epꝰ. Item nec cum bigamo. vt ext. de big. c. de bigamis. & 34. dist. & vt ext. de fil. presby. c. pen. vbi scilicet ministrauit pater immediate. B. Dispensat autem in plerisque criminib. ut notaui 1.q.7.§. nisi rigor. & generaliter vbi non prohibetur epꝰ dispensatio, semp dispensare põt, vt extra de sentẽ. excom. nuper. licet quidam dicant, q̃ in illis solis casibus dispensabit vbi a iure ei permittitur; quia cum in quibusdam criminib. ei conceditur dispensatio, ut extra de iud. arsi clericis. ergo in alijs ei prohibetur. arg. 25. dist. qualis. & C. de procu. maritus. Et licet dispensatio sit ius quod peti non potest: tamen q̃que epꝰ tenetur dispensare, vt infra. ex. vt constituerentur. in fi. &c. si quis diaconus. & cap. domino sancto, & 1. quæst. 2. di-

Imputantur multa pp vnum delictũ

Homicidiũ vtrum impediat promouendos, & deijciatum promotos.

2 Scilicet de mis, ut not. ext. de hom. sicut vbi plenè de hoc.

3 Vel dic q̃ ibi fuit casus fortuitꝰ, vt no. inf. ea. de his clericis. in glo. 1. in fi. Arch.

CLericũ. CASVS. Clericus quidã occidit paganum: postea volebat ad ordines promoueri maiores. quæsiuit quidam episcopus an posset? Et inuenit Papa, quòd non: imò carere debet etiã acquisito. Nam milites ecclesiæ non debent sęcularem militiã exercere, per quam necesse sit ad sanguinis effusionem peruenire.

d ¶ Occiderit.] Spõte. B.

e Militare.] Per hoc patet q̃ loquitur de illo, qui in bello fuit. hortari tamẽ potest clericus aliquos ad defensionem suæ ecclesiæ. 23.q.8. vt pridem. arg. ff. de his q̃ not. inf. ea. ob hæc verba. §. vlt.

f ¶ Per quod.] Arg. quòd ratione vnius delicti imputantur omnia delicta, quæ sequuntur ex illo, ut 15.q.1. si quis insanies. 22.q.4. inter. ff. quod met. cau. si mulier. Arg. contra ext. de spon. veniens.

ADDITIO. Et facit qd̃ not. inf. ea. quantum. in gl. hic pater, ibi dicam. Sed Per. contra loquitur in matrimonio, in quo licet quis sua culpa cadat in metum, non nocet, ut extra quòd metus cau. Abbas Arch.

Dh his.] CASVS. Quidam clerici defendendo se, paganum occiderunt: quare quæsiuit Quadrantinus episcopus, an peracta pœnitentia possint ad pristinum gradum redire, uel ascendere ad altiores? Et respondet q̃ non: quia Papa non dat eis licentiam aliquem hominem occidendi: & ideo melius est illis in gradu inferiori irreprehensibiliter famulari. quàm alta indebite appetendo in profundum inferni demergi.

g ¶ De his.] Circa illos, qui cõmittũt homicidiũ, distingue sic: q̃a aut committit homicidiũ ex necessitate, aut ex casu, aut ex voluntate. Si ex necessitate: aut illa necessitas est euitabilis: aut ineuitabilis. Si est euitabilis, ad superiores ordines non potest ascendere: sed in iam susceptis toleratur 2, ut inf. ead. de his clericis. Si fuit ineuitabilis necessitas, sine omni dispensatione potest ministrare in ordine iam habito. sed ad superiores habendos petet dispensationem, vt extra de homicid. suscepimus. & c. 2. Nec obst. ext. eod. Iator. ubi dr. q̃ ad superiores talis licitè promouetur. q̃a hoc intelligo ex dispensatione 3. Ioan. Sed certè quidquid dicat Ioan. de necessitate ineuitabili, capitulum videtur expresse dicere q̃ talis necessitas in nullo obsit, ut inf. ea. quia te quasi ob noxium. De hoc notaui in quæstionibus. B. Si uero committitur homicidium: aut dedit operam rei licitæ, aut non. Si dedit operam rei licitæ, et non imputatur. sed potest ministrare in susceptis, & ascendere ad

Homicidiũ vtrum impediat promouendos, & deijciatum promotos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Et c.hi qui & ca.si duo. nisi forte grande stan dalum inde oriretur: ga tunc inducitur ei purgatio.ext. eod. ex litteris 1. & no.ext.de homic. cum dilec.q in gl. qui tñ, &c. q fuit gl. Vin.

superiorem, vt extra eo.c.vlt.& inf.ea.sæpe 1. & ext.eo. Ioannes. Sed si illicitæ rei operam dedit, tunc nec in sacro potest ministrare, nec ad superiorem ascendere, vt inf.ea.clerico.& c.si quis voluntate. Si vero voluntate occidit nunquam dispensandum est cum eo secundum quod loquitur ca. maior. H. tamen cum suo rigore dixit q in nullo casu pōt homicida promoue ri: quia potius debet quilibet permittere se occidi, quam aliū occidere, vt 32.q.5. ita ne. & dicit quod hoc verbum, & consulendi, ponitur pro verbo præcipiendi, vt 28.q.1. sic enim. Item secundum H. etiam si crimen homicidij sit occultum: tñ post pœnitentiam non pōt exequi suū officiū. secus est ſm eū in quolibet crimine alio, vt inf. ea.de his. nisi in simonia. Io. Ex hoc expresse dī ext.de temp.ord. ca.vlt. & ita duo crimina tñ excipit: scilicet simoniam, & homicidium. Argū. ext.de accus. inquisitionis.B. Alij autem pleriq; dicūt q siue sit homicidium, siue aliud crimen, dummodo sit occultum, post pœnitentiam bene exequitur officiū suum sine omni dispensatione licet nō possit promoueri. Sed in simonia post nullam pœnitentiam potest exequi officium suum. 1.q.1.ergo. Hodie autē obtinet opinio H. circa crimen occultum, vt ext. de accusationis.B.

a ¶ Defendēdo.] Incaute fine moderamine. cuilibet em̄ licitū est se defendere cū moderamine, ut su.di.1. ius naturale.

defendendo [a], paganum occiderunt, si postea per pœnitentiam emendati possint ad gradum pristinum redire, aut ad altiorem conscendere, scito nos nullam occasionem dare, nec vllam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum si contigerit, vt clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occiderit, multum sibi consulit, si ab officio sacerdotali recesserit; satiusque est illi in hac vita Domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quam alta indebite appetendo damnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathensi, c.50.

¶ Cadat ab officio episcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen. C. VII.

SI episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam [b] falsauerit, aut falsum testimonium [c] dixerit, ab officij honore depositus in monasterium detrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

Item ex concilio Martini Papæ, c.26.

¶ Qui homicidij, facto, aut præcepto, aut consilio post baptismum conscius fuerit, clericus non ordinetur. C. VIII.

Apud Mar. Brac.

SI quis [d] viduam, aut ab alio dimissam † duxerit, non admittatur ad clericatum. Quod si irrepserit, deijciatur. Similiter, si homicidij aut facto [e], aut præcepto [f], aut consilio [g], aut defensione «[h] post baptismum [i] conscius fuerit, & per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, deijciatur, & in fine vitæ suę † laicam communionem tantummodo recipiat.

Ansel.7.c.11. Ex cā.18.Apost. † *al.relictam.*

† *al. suæ cōmunionem recipiat.*

« ¶ Defensione.] *In codice Lucensi Regio, (in quo sunt etiam hæc capitula à Martino Bracarensi episcopo collecta) & apud Anselmum, & in editione conciliorum tribus tomis in margine legitur,* assensione: *cui lectioni conuenit quod legitur in concilio Triburiensi, c.11. circa finem.*

Item Gregorius Ianuario episcopo Calaritano, libro 3. epist.26.

Confitium facit vt quis puniatur. Homicida ante baptismum an pro moueri possit.

1 Quæstio vtrum talis est de qua habuit ius. di. in pri. & ibi de hoc & 51. dist.in fin.& 26.d. deinde Arc.

a ¶ Aut chartam.] Dic vt sup.19.dist. in memoriam.

c ¶ Testimonium.] Inf.a 5.q.6.presbyteri 2.

d ¶ Si quis viduam.] CASVS 1. Statutum fuit in concilio Martini Papæ, q si quis duxerit in vxorem viduā vel relictam: aut homicidium commiserit facto præcepto, consilio, vel defensione, post baptisma promoueri non potest: & si irrepserit, deponatur & ejiciatur, & in fine suæ vitæ communionem accipiat.

e ¶ Aut facto.] Vt miles.

f ¶ Aut præcepto.] Vt iudex.

g ¶ Aut consilio.] Vt assessor. & ita ex consilio punit aliquis, contra illud ff.man.l.2. in fi. & l.denique. Sed nunquid addi debet de voluntate? arguitur quod sic j.q. 4. quia præsulatus. in fine, quod non concedo, licet antequam fiat, vellet illud factum esse: vel post factum, gratum habeat.

h ¶ Defensione.] Euitabili.B.

i ¶ Post baptismum.] Ergo si ante baptismum, potest. Bazianus dixit: si ante baptismum occidit non peccando, vt iudex, non potest promoueri, quia non tollitur irregularitas: sed si occidit peccādo, toll tur totum Ioā. Et sic melioris conditionis est peccans, quàm non peccās. De hoc quid iuris sit, notaui in quæstionibus. 36. dist. in gl. videtur. B. 3.

Perue-

PEruenit.] CASVS. Episcopus Caralitanus restituebat clericos lapsos in crimen fornicationis ante pœnitentiā, vel post. prohibet Greg. dicens q tales carere debent sacris ordinibus: & ad altaris ministerium nunquam accedere.

a ¶ Fuerit.] De quo fuerit conuictus vel confessus. & hoc 1 verum est nisi episcopus cum eo dispensasset, vt extra de iudi. at si clerici. Sed nōne canonista prohibet indiscreta dispensatio, vt dixi extra de præb. de multa.

ACcedens.] CASVS. Hoc cap. loquitur de quodam presbytero Saturnino, & de quodam diacono abbate, & de quibusdam subdiaconis. presbyter Saturnus propter suum delictum depositus fuit: & tamē post depositionem Missas celebrauit. Diaconus vero abbas & subdiaconi mortaliter peccauerant, crimen fornicationis cōmittendo. Vñ Lunen. epūs quæsiuit quā pœnā isti pati deberent. Et ñdet Greg. q Saturninus presbyter careat communione corporis & sanguinis Christi donec vixerit. in fine tamen viaticum accipiat: nisi antea episcopo visum fuerit ei esse miserendum. & in scriptis caueat, vt de cætero Missam non cātet: & gerat curam monasteriorum in ſsula Gorgonia & Capraria sine præiu dicio alicuius. Diaconus vero abbas sp ab ordine sacro depositus erit: qui tñ poterit inter alios monachos priorem locum obtinere. si eius conuersatio meruerit: sed ordinem non obtinebit, in cuius loco dēbit alius ordinari. Subdiaconus vero irreuocabiliter deponetur: laicam tamen communionem accipiat.

b ¶ Presbytero.] Ergo clericus degradatus non retinet ordinem arg.4. distin. ex anti: 95. & 11.q.3. episcopus. & 15.q. vlt. si qs presbyter. & 23. q.vl. clerici. & idem videtur p hoc quod dicitur inf. inter laicos communionem. Sed tñ iō q characterem semper retinet. per id quod habes 1. q.1. quod quidā. & 32.q.7. licite. arg 81. dist. dictum. Vnde q percutit ipsum incidit in canonem: saltem in memoriam pristinæ dignitatis, vt ff. de decur. l.vl. & ff. de quæst. vnius. §. seruus. & de consecr. dist.4. ostenditur. Io. quod nō credo cum careat omni priuilegio clericali 2: nec credo q conficiat 3: quia omnē potestatem amisit. B.

Degradatus percutiens incurrit excommunicationem.

2 Adde quæ no. in addit. c.2. de pœn. lib.6. & cap. dominus in glos. in vers. sacrilegium. inf.93.dist.

3 Hæc fuit opin Rayn. quam rec. Goff. & B. extra de cle. excom. mi. cap.2.

c ¶ In tuæ.] Ergo episcopus potest remittere pœnitentiam iniunctam a Papa. fic. 33.q.2. latorem.

ADDITIO. Vel de hoc vt ibi. Argu. contra 15.dist.c.2.in fi. ibi videas. De hoc etiam not.26.q.7. tempora.

Abbas quē ordinem debeat hēre.

4 Verū est dispensatiue: & sic loquitur decr. tuam. ibi: ex tua. &c.

d ¶ Abbatem.] Ergo abbas potest esse diaconus: quia abbas potius est nomen officij, quàm dignitatis. 18 q. 2. c.1. immo in minoribus omnibus constitutus potest esse 4. abbas. extra de ætate & quali. tuam.

e Veneris.] Existentem.

f ¶ Cecidisse.] Per crimen.

g ¶ Priorem.] Id est, vt sit monachus, vt prius fuit: non tamen erit abbas.

h ¶ Obtineat.] non ordinem, vel dignitatem.

i ¶ Solicitudinē.] Vt sit procurator loci, licet sit infamis: quia infames non excluduntur à ciuilibus muneri-

P 2 tibus,

Poly.l.4.tit.39. Antel. l.8. c.20. Iuo par.6.c.78. Pann.l.3.c.133

¶ De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt. C. IX.

PEruenit ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post pœnitentiam, vel ante, ad ministerij sui officium reuocari: Quod omnino prohibemus, & in hac re sacratissimi quoq; canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit [a]; sacro ordine ita careat, vt ad altaris ministerium vlterius non accedat.

Item Venantio Lunensi episcopo, lib.4. epist.5. seu cap.49.

Polyc. ibidem. Ansel. l.8. c.21. Iuo par.6.c.83.

¶ De eodem. C. X.

ACcedēs ad Gorgoniam insulā fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero [b] perlatum est. Peruenit namque ad nos, quia postquā pro crimine lapsus sui, à sacerdotij ordine est deiectus, ad explendum ministerium sacerdotij præsumit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra repererit; eum sacri corporis, & sanguinis Dominici participatione priuatū in pœnitentiam redigat: ita vt vsque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem eum fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognouerit, vt ei iustè ad recipiendā inter laicos communionem, & ante exitum debeat misereri: hoc in tuæ [c] fraternitatis ponimus potestate: *& infra.*

Eodē li.4 epist. 16.seu c.60. Pann.l.3.c.132.

¶ Præterea ad fraternitatis tuæ consulta respondentes statuimus, diaconum, & abbatem [d] de portu Veneris [e], quem indicas cecidisse [f], ad sacrum ordinem non debere, vel posse vllo modo reuocari. Quē quidem sacro ordine priuatum in pœnitentiam deputarē te conuenit: cuius si postea actus, conuersatioque meruerit; priorem [g] inter alios monachos, (vbi tu tamen decreueris) standi locum obtineat [h]. Subdiaconi quoque, quos similis culpa cōstringit, ab officio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris, loco lapsi diaconi, alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum vero presbyterū, vt nunquā ad sacri ordinis ministeriū prætumat accedere, scriptis cauere decreuimus: sed eū i insula Gorgona, atq; Capraria solicitudinē [i]

a Scilicet q canones cōtradicunt in hac re, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus 1, sed honorib. Argu. C. de his qui non imple. sti. sacra. fuluti sunt. l. 1. lib. 10. & extra de æta. & qualit. tuam, & sic procurator monasterij potest esse infamis: sed non procurator epi. 5. q. 3. quia eps. q non requiritur summ. i in eis per fectio integritatis, vt 16. q. 1. legi.

de monasterijs gerere, & in eo, in quo est statu, sine cuiusquam aduersitate manere permittimus.

a ¶ Presbytero.] *In vetustio ex ice epistolarum B. Gregorij, & aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur*, expresbytero; *itemque inferius in hoc eodem capite:* Saturninum vero expresbyterũ. *siue vt in impressis B. Gregorij*, ex presbytero. *Depositos enim presbyteros, expresbyteros, & eos, qui monasteria deseruerant, exmonachos appellabant, sicut illi qui consulatum, aut quæstur gess erant, exconsules, aut exquæstores vocari soliti fuerant.*

Idem Mariniano episcopo Rauennati, lib. 6. epist. 39. seu. c. 203.

¶ Loco lapsi alius ordinandus est. C. XI.

POstquam quemquam criminaliter abscedentem †, in locum, de quo lapsus est, nulla permittit ratio reuocari; & vltra tres menses [a] ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum canonum nõ permittunt: ne cadente pastore dominicum gregem antiquis (quod absit) hostis insidiando dilaniet; fraternitas vestra deprecationi eorum consentire, & in loco lapsi debet episcopum ordinare.

Ansel. l. 8. c. 25. †al. cadentem.

dist. 75. quoniã.

Item Martinus P. in epistola ad Amandum.

¶ Qui post ordinationem suam in lapsum ceciderit, sacra mysteria non debet tractare. C. XII.

SI post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & præuaricationis peccato fuerit †deprehensus] Job nõxius, omnimodo prohibendum est, eum manibus lutulentis, atque pollutis mysteria nostræ salutis tractare.

†al. deprehendatur] orig.

2 *Econtra* [b] *exemplis, & auctoritatibus probatur, post actam pœnitentiam proprios gradus licite posse administrare, & ad maiores conscendere. Maria enim soror Aaron postquam lepra percussa est, quia in Moysem murmurauerat, acta pœnitentia à peccato mundata, & sanata est, & pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron* [c] *autem post conflatum vitulum, etiam in summum sacerdotem consecratus est. Dauid* [d] *post adulterium, & homicidium spiritum prophetiæ recepit, & in proprio † gradu permansit. Achab quoque post mortem Nabuthæ viri sanctissimi per pœnitentiam humiliatus in regia sede remansit. Et vt præcreamus multa exempla veteris testamenti, Petrus negauit Christum, & tamen postea princeps Apostolorum factus est: Paulus Stephanum lapidauit* [e]*, & tamen à Deo in Apostolum electus est. Multi quoque ab hæresi ad vnitatem catholicæ fidei reuertentes in suis ordinibus sunt recepti: alij vero ad episcopalem etiam gradum sunt promoti, vt pote Augustinus* [f]*, & alij complures.*

33. q. 2. c. hoc ipsum.

Num. 12.

Exo. 32.

2. Reg. 11. & 12.

†al. pristino

3. Reg. 21.

Matth. 26.

Ioan. 21.

Act. 7. & 9.

¶ De eodem. PALEA. C. XIII.

IOannes Chrysostomus à duab[o] synodis orthodoxorũ

Burc. l. 1. c. 233. Iuo in ꝓlogo. Pann. in prologo, c. 32.

†al. iudicatus

episcoporum fuit dijudicatus †, sed iterum fuit restitutus. Marcellus episcopus Ancyræ Galatię depositus fuit; sed postmodũ propriũ recepit episcopatũ. Asclepius dijudicatus a synodo, ecclesiam suam postea recepit. Lucius episcopus Adrianopolites damnatus a Papa Iulio recepit ecclesiam sui episcopatus. Cyrillus episcopus Hierosolymitanus depositus fuit, postea reconciliatus est ecclesiæ suæ. Simili modo Polychronium eiusdem ecclesiæ Hierosolymitanæ pontificem Sixtus Papa damnauit, & iterum ipse eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinum episcopũ damnauit, sed postea eum in proprium locum restituit ecclesiæ suæ. Misenum * episcopum a Fęlice Papa damnatũ Gelasius Papa successor illius reconciliauit †, & ecclesiæ suæ restituit. Leontius dum esset presbyter, depositus fuit, sed postea in Antiochia Patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodosium, quem Eugenius eius antecessor presbyterij honore priuauerat, sanctæ ecclesiæ Signinæ consecrauit episcopum. Ibas namq; episcopus dijudicatus fuit, sed sancta synodus canonica suã illi restituit ecclesiam. Rothadum vero episcopum sanctæ Suessionensis ecclesiæ a synodo, cui Carolus interfuit, condemnatũ, & Sophronium † Placentinum episcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.

Sixt. Papa iij.

35. q. 9. c. Gre. †al. & communicauit.

†al. Sessrenũ vel Sessredũ, vt inf. 6. q 3. denique Sufredus.

¶ *Caput hoc a vetustioribus codicibus abest: in vulgatis scribebatur,* Item ex Epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: *quæ inscriptio sublata est, quoniam quæ in hoc capite tractantur, ex variis historijs sunt collecta, & aliqua longe post Cyrillum & Hierosolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Nec quæ apud Burchardũ,* & ¶ Misænum.] *Antea legebatur,* Nicænum, *Emendatum est ex Burchardo, Iuone, & c. Gregorius infra 36. q. 9 Atque in Pontificali Romano manuscripto in vita Nicolai primi hæc leguntur:* Sicut Beatus Papa Felix Vitalem, & Misenum episcopos, qui in Petro Alexandrino hæretica fæce coinquinato coacti consenserant, sacerdotali gradu, ecclesiastica immo communione priuauit.

Præterea Calixtus Papa I. de huiusmodi scribit, epis. 2. ad episcopos Galliarum.

Tob 4.

¶ Clerici post lapsum in suis ordinibus reparari possunt. C. XIIII.

Burc. l. 19. c. 42. Iuo par. 6. c. 48.

POnderet [a] vnusquisq. sermones suos, & qđ sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene sacra ait scriptura: [Quod tibi [b] nõ vis fieri, alteri ne facias.] Nos enim tempore [c] indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia, & opera nostra, neque ordinem corrumpamus. ¶ Sed si aliquis lapsus quocũq; modo fuerit portemus † eum, & fraterno corripiamus affectu: sicut ait Beatus Apostolus: [d] Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.] § Porro sanctus Dauid [e] de criminib. mortiferis egit pœnitentiam & tamen in honore permansit. ¶ Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando Dñm negasse pœnituit: sed tamẽ Apostolus per-

Gal. 6. †nõ perdamus eum, sed fra.] orig.

Dauid prohibitus est ædificare.

Ponderet. CASVS. In hoc c. ostendit Calixtus Papa, q; clerici post lapsum peracta pœnitentia possunt in pristinum statum restitui. Et hoc probat auctoritatibus & exemplis xij. Prima est in principio capituli. Secunda probatio in cipit ibi. [Sed si aliquis lapsus.] Et ad hoc inducit auctoritatem Apostoli: Si præoccupatus, &c. Tertia ibi, [Porro si eius Dauid.] Quarta ibi, [Beatus quoq;.] Quinta ibi, [Peccatoi.] Sexta ibi, [Erant itaq.] Septima ibi. [Nunquid q dormit.] Octaua ibi, [Redde mihi.] Nona ibi, [Vade, & amplius noli peccare.] Decima ibi, [Nõ ergo. [Vndecima ibi, [Sniam.]

a ¶ Ponderet.] Grauis erit gliber in verbis, ut 4. q. 3. 5. item in criminalib. ver. in testib. & qui cito fatur ad pœnam properat, ut dicit Seneca: & potest quis in proprio facto petere inducias ad respondendũ, ut ff. de interrog. act. q interrogãt. an hæres fit: nam testis repentinus, &c. 5. q. 5. 5. sed aliud.

b ¶ Quod tibi.] In Tobia.

c ¶ Tempore.] Nã ratio temporis mutat constitutionẽ, ut 34. dist. fraternitatis.

d ¶ Apostolus.] Ad Galatas.

e ¶ Dauid.] Hoc exẽplum non competit, nã nihilo minus fuit dictum ei: Non ædificabis mihi domum: quia vir sanguinum es. inf. de consec. dist. 1. c. 1 & 1. q. 7. si quis omnem.

a ¶ Mini-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Miniſtrare.] diſpenſatione, ſi crimen eſt manifeſtum: vel ipſo iure, ſi crimen eſt occultum. extra de tempor. ord. c. vlt.
b ¶ Qui dormit.] In peccato.
c ¶ Non adijciet.] i. non conabitur bene operando.
d ¶ Vt reſurgat.] Per pœnitentiam.
e ¶ Docuit.] i. docturum ſe promiſit: & ſic eo ipſo quis promittit ſe uelle docere, Deo obligatur. ſic. 21. diſt. in nouo, vbi ſimiliter arguit Anacletus ex illa auctoritate: Dabo tibi claues. i. do in corpore mortali: & ſic futurum ponitur pro præſenti, vt de conſecr. di. 2. in Chriſto. ſt. de ver. ſig. uerbum erit. B. ſimile 23. q. 5. §. hic notandum ibi. da. &c.
f ¶ Miam.] Si enim eſt potis cir ca miam, quam circa crudelitatē. ¶ crudelitatis. 35. q. 9. veniā. & ſi. 26. q. 7. alligāt & 11. q. 2 nemo. ſi. 86. di. nō ſatis. inf. j. q. 7. exigunt. ſu. diſt. 9. ſana quippe.
g ¶ Expurgabit. Verba Malachię ſūt: Ecce veniet Dñs exercituū, & quis poteſt cogitare diem aduētus eius, & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe eñ quaſi ignis cōflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans, & emundans quaſi aurū, & argentū, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurū, & argēū, & erūt offerētes Dño iuſta ſacrificia, & placebit Domino ſacrificiū Iuda & Hieruſalem ſicut dies ſaculi, & anni antiqui.
h ¶ Tempus. n. &c.] Verba Petri in epiſtola canonica.
ADDITIO. Primæ Petri 4.
i ¶ A domo.] Ideſt, ſacerdotibus. Omnia enim * mala a ſacerdotibus proceſſerunt. 24. q. 3. transferunt.
K ¶ Et alibi.] In Ezechiele. c. 9.

Docere ſe velle promittens, Deo obligatur.

Excedendū ſ ¶ Miam.] Si enim eſt potiꝰ cir ca miam, quam circa crudelitatē. ¶ crudelitatis. 35. q. 9. veniā. & ſi. 26. q. 7. alligāt & 11. q. 2 nemo. ſi. 86. di. nō ſatis. inf. j. q. 7. exigunt. ſu. diſt. 9. ſana quippe.

manſit. Et Dominus per prophetam peccantibus pollicetur, dicens: [Peccator in quacunque die conuerſus ingemuerit omnium iniquitatum illius non recordabor amplius:] Errant enim qui putant Domini ſacerdotes poſt lapſum, ſi condignam egerint pœnitentiam, Domino miniſtrare [a] non poſſe, & ſuis honoribus frui, ſi bonā deinceps vitam duxerint, & ſuum ſacerdotiū cōdigne cuſtodierint. Et ipſi, qui hoc putant, non ſolum errant, ſed etiam contra † traditas eccleſiæ claues diſputare, & agere videntur: de quibus dictum eſt: [Quæcunque ſolueritis in terra, erūt ſoluta & in cęlo.] Alio quin hæc ſententia aut Domini nō eſt, aut vera nō eſt. ¶ Nos uero indubitanter tā Domini ſacerdotes, quam reliquos fideles poſt dignam ſatisfactionem poſſe redire ad honores credimus, teſtante Domino per Prophetam: [Nūquid * qui dormit [b], non adijciet [c] ut reſurgat [d]?] Et Propheta Dauid pœnitentiam agens dixit: [Redde mihi lętitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali cō firma me.] Ipſe namque poſt pœnitentiā, & alios docuit [e], & ſacrificiū Deo obtulit, dans exemplum Doctoribus ſanctæ eccleſiæ, ſi lapſi fuerint, & condignā pœnitentiam Deo geſſerint, vtrumque facere poſſe. Docuit enim quando dixit: [Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.] Et ſacrificium Deo pro ſe obtulit; dum dicebat: [Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus:] Videns enim Prophera ſcelera ſua mundata per pœnitentiam non dubitauit prædicando, & Domino libando curare aliena, *& infra.* ¶ Mundatur ergo homo a peccato; & reſurgit gratia Dei lapſus, & in priſtino manet officio iuxta prædictas auctoritates, Videat, ne amplius peccet, vt ſententia Euangelij maneat in eo: [Vade, & amplius noli peccare.] Vnde ait Apoſtolus: [Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.] *& infra.* ¶ Sententiam, fratres, quæ miſericordiam [f] vetat, non ſolum tenere, ſed & audire refugite, quia potior eſt miſericordia omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificijs.

Ezechiel 9.

Ezech. 18

Poly. 4. tit. 33. Pann. l. 3. c. 148.

† al traditas ecclęſiæ claues de ſpicere videntur] infra ex Aug. c. ut con ſtitueret.

Matt. 18

Greg. l. 7. epiſt. 53

Pſalm. 40.

Pſalm. 50.

Ioan. 8.

Rom. 6.

α ¶ Nunquid.] *In epiſtola Galiati, & apud collectores indicato legitur:* nunquid, qui cadit, non adijciet, ut reſurgat? & qui auerſus eſt, non reuertetur? *& alibi:* nolo, iniquit Dominus, mortem peccatoris, ſed ut conuertatur, & viuat. *Quę duę ſententiæ habentur Hier. 8. & Ezech. 33. Sed ob gloſſam nihil eſt mutatum.*

Item Hieronymus ad c. 3. Malachiæ.

¶ In priſtinum per gradum pœnitentiam reuocari poſſunt ſacerdotes. C. XV.

ET purgabit h filios Leui: tempus h eſt enim ut iudiciū incipiat a domo [i] Dei. [& alibi [k] ſcribitur.] A ſan

Malach. 3.
1. Pet. 4.

a ¶ Omnem.] Arg. quod de vno dicitur, de omnibus intelligitur, vt 61. diſt. miramur & 24. quæſt. 1. quodcunque.
b ¶ Antiqui.] Id eſt, patres ſancti.
c ¶ In principio.] Id eſt, ante peccatum. arg. inf. prox. c.
d ¶ Sic poſt peccatum.] Immo plus. infra ead. cap. ſi delior.

Q Via ſāctitas tua.] CASVS. Secundinus inueniebat cōtrarias auctoritates de reparatione lapſorū, quare ſupplicauit Greg. vt ſolueret ei has contrarietates: & ſcriberet ſibi de clericis lapſis, vtrū poſſint poſt pœnitentiā reparari. Greg. vero ei ſatisfaciens oſtendit lapſos peracta pœnitentia poſſe in ſtatū priſtinū reduci, ſequens concilia & antiquos patres. & hoc probat exemplis & rationib. ſex, Prima rō eſt ibi.] Quid enim. Secōdum exēplū vel ratio eſt ibi, [Aut domum.] Tertia ibi, [Gaudent,] Quarta ibi, [Et ouem.] Quinta ibi, [Sicut in Apocalypſi.] Sexta ibi [Quid enim grauius.
e ¶ Quatuor.] Scilicet Conſtantinopolitana, Epheſina, Chalcedonenſi, & Ancyrana, de qua habes infra ea. domino 1.
f ¶ A capite.] Id eſt, epiſcopo.
g ¶ Vſq. ad quartū.] Ideſt, ſubdiaconatū.
h ¶ Ita & in crimine.] Infr. 24. q. 1. nō afferamus.
i ¶ Triticum.] Id eſt, pœnitentiam.
K ¶ Et fructum.] Id eſt, reſtitutionem.
l ¶ Gaudēt.] Ideo dicit, gaudēt. quia poſt pœnitentiam fortior reſurgit homo, vt infra ea. hoc lior 2.
m ¶ Nonagintanouē.] Per hunc numerū deſignātur noue ordines Angelorū, & qb. habes. 11. d. de pœ. diſt. 2. principium.
n ¶ In deſerto.] Id eſt, i cęlo: qđ diabolus p casū deſeruit.
o ¶ Et prima.] Arg. q̄ reſtituti poſſunt accuſare & teſtificari. ar. ff. ea. ferū. &c. domino ſancto.
p ¶ Pauci.] difficile enim eſt cōtinere, vt 28. d. de his. & 33. q. 5. qui ſicti: nec tamē ideo minus delictū eſt, vt 2. q. 1. multi. in fi. & 32. quæſt. 7. flagitia, & licet ſtud ſit naturale, non tamen excuſat, vt ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi fornicarius.

Ezechiel 9.

cl. u. 15.

† in deſerto] abeſt ab ori.

Apoc. 2.

Rab. in pœ. c. j. Burc. l. 19. c. 43. Iuo par. 6. c. 85. Pann. l. 3. c. 147

tis meis incipite] In filijs autem Leui omnem [a] ſacerdotalem intellige dignitatem. Si autem ſacerdotes purgādi ſunt, & colandi, vt purum aurum remaneāt & argentum; quid de cęteris eſt dicendum? Qui cum emundati fuerint, & colati; tunc offerent Domino iuſta ſacrificia, & placebit ſacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda, & Hieruſalem, hoc eſt pro ijs, qui Dominum confitentur, & pacem eius mente conſpiciunt [ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui [b]:] vt quomodo in principio [c] placuerūt Deo, ſic poſt peccatum [d], & pœnitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum ſorde purgati.

Item Gregorius Secundino, lib. 7. epiſt. 53.

¶ Lapſi reparari poſſunt. C. XVI.

Q Via ſāctitas tua hoc à nobis requiſiuit, vt ſibi de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgēdi auctoritates ſcriberemus; dū ſe dicit de hoc canones diuerſos legiſſe, & diuerſas ſententias inueniſſe, aliās reſurgendi, aliās nequaquā poſſe: Ideo nos * generales ſynodos à Nicæna incipiētes, hāc cū reliquis quatuor [e] veneramur; quia ipſam ſequentes cæteræ in cunctis canonicis ſententijs vnanimiter concordant. Nos veo præcedentes patres ſequi debemus, qui auctore Deo à ſacra doctrina illorum non diſcordamus. A capite [f] itaque incipientes vſque ad quartum [g] altaris miniſtrum, hanc formā ſeruandam cognoſcimus, vt ſicut minorem maior præcedit in honore; ita & † in crimine [h], & quem maior ſequitur culpa, maiore plectatur vindicta; & ſic poſtea † pœnitentia credatur eſſe fructuoſa. ¶ Quid enim prodeſt triticum [i] ſeminare, & fructum [k] illius non colligere? aut domum conſtruere, & non illic habitare? Poſt dignam igitur ſatisfactionem credimus poſſe rediri ad honorem. *& inf a.* ¶ Ad fontem miſericordiæ recurrentes Euangelij proferamus ſententiam. [Gaudent [l], inquit, ſuper vno peccatore pœnitentiā agente, magis q̄ ſuper nonagintanouem iuſtis, qui nō indigent pœnitentia.] Et ouē perditam, nonagintanouē [m] non errantibus relictis in deſerto [n] †, humero pij paſtoris ad ouile reportatam Dominus ipſe teſtatur. Si ouis perdita errans poſt inuētionē ad ouile humero reportatur; cur poſt pœnitentiam ad eccleſiæ miniſterium lapſus non reuocetur? Sicut [o] in Apocalypſi dicitur de miniſtro eccleſiæ. [Memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima [o] opera fac. Quid enim eſt grauius, aut carnale delictum admittere, ſine quo pauci [p] inueniuntur, aut Dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipſum beatum Petrum apoſtolorum principem, ad cuius ſacrū corpus indigni ſedemus; lapſum eſſe cognoſcimus. Sed poſt negationem pœnitentia ſecuta eſt, & poſt pœnitentiam miſericordia data eſt; quia poſtea ab Apoſtolatu eum non expulit, qui ante quidem ipſum ſe negare prædixit.

1 De iſtis habēt 15. d. c. 1.

2 Secundum hunc intellectum iſtud, magis, quod eſt in textu tenetur comparatiuè, & legitur de veris iuſtis & loquitur quadam ſimilitudine vulgari. Archid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVid est.] CASVS. Probat Greg. in hoc ca. qꝙ prælati post lapsum peracta pœnitentia, ex officio suo prædicare possunt. & hoc probat exemplo Ezechielis pheræ, q cum staret & videret similitudinẽ quatuor animalium, & quatuor rotarum, cecidit in faciẽ suam, & Dñs dixit ei: Fili hominis, sta supra pedestuos & loquar tecum. Iacenti ergo in pctõ prophetæ dr, vt resurgat p. pœnitentiã. & post pœnitendam mittitur. prælati similiter in peccato iacentes prædicabũt, sicut fecit pphera. Nam cũ stant in peccato superbiæ prælati, dignum est, vt ad bona opera cõ surgant per pñiam. Et no. qꝙ in prædicta auctoritate stare dupliciter sumitur. Nã primo accipit in mala significatione, postea in bona.

a ¶ Prophetæ.] Ezechieli, Ezechie. 2.

Iura vario modo possũt exponi.

b ¶ Stans.] Hic stans accipitur in mala significatione, & pri⁹ i bona, & ita est hic arg. qꝙ aduocatus variis modis põt iura exponere, sicut hæc auctoritas, Verbum caro factum est, vel illud: veritas de terra orta est. quandoque exponitur, id est, Christus de virgine natus est, vt 25. q. 1. o. c. 1 quandoque exponitur, id est, cõfessio de pœnitente. de pœ. d. 1. quicunq; arg. contra 23. q. 7. quod autẽ. Sed hæc diuerso respectu.

ADDITIO. Ad idẽ ext. de ap. solicitudinẽ. in fi. vbi de hoc. c ¶ Timore.] Seruili. s. cum quo charitas dedignatur habitare. inducit tamẽ iste timor filialem sicut seta filum, vt inf. de pœn. d. 2. fi quis tãtã.

Timor est duplex.

FErrũ.] CASVS. Legit In Iob, Habet argentũ venarũ suarum principia. & locus est auro, in quo cõsiatur. ferrũ de terra tollitur, & lapis calore solutus in æs conuertitur. Per hanc auctoritatẽ vult Greg. probare qꝙ postquam prælatus separatus est per pœnitentiã a peccatis, debet lucidus reputari: nec debet cõspici in eo id quod fuit, sed quod modo est ad instar ferri, quod donec est sub terra, obscurum est: sed postquam separatur à terra, fit lucidum, & vtile ad secandum. Sic prælatus ad prædicandum, & ad verba diuina declarandum.

d ¶ Ferrum.] In Iob continetur ita: habet argentũ venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur: ferrum de terra tollitur. & lapis calore solutus in æs conuertitur.

e ¶ Incipit.] Arg. qꝙ post pœnitentiam reuertitur q̃s ad priores r actus si. 32. q. 1. c. cum renunciatur. & q. 5. præceptum. in fi & 6. q. 1. illi qui. & sup. eo. c. ga sanctitas tua. in fi.

1 Ad hoc sup. eo. quia tua. ver. sicut in. vbi de hoc. & 23. q. 6. vides, iuxta fi. vbi etiam de hoc.

& ¶ Ideo nos.] *In duabus editionibus epistolarum B. Gregorij legitur*, ideo generalissima, quæ à Nicæno concilio incipiunt cum reliquis quatuor inuenimus concordantia. Nam & nos præcedentes, &c. *In vno manuscripto codice est*, generalissime: *reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Iuonem, Pannormiam.* Nam nos generaliter; *cæteroqui parum à Gratiano discordant.*

ß ¶ Sicut.] *Hinc vsque ad vers.* Quid enim. *in aliquot codicibus epistolarum exensi, & duabus manuscriptis, Burchardo, Iuone, & Rabano non habentur.*

Item super Ezechielem, hom. 9. ad c. 2.

¶ Post acerrimam pœnitentiam lapsi reparantur. C. XVII.

QVid est hoc, quod prophetæ [a] iacenti dicitur: [Sta supra pedes tuos, & loquar tecum.] Qui enim iacenti loquebatur, cur non se, nisi stanti promittit esse loquturum? Sed sciendum, quia alia sunt, quæ iacentes; alia, quæ stantes audire debeamus. Iacenti enim dicitur, vt surgat; stanti autem præcipitur, vt ad prædicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cum iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare cœperimus, dignum est, vt ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans [b] ergo propheta visionem spiritalem vidit, & cecidit: cadens vero iam monitionis verbum suscepit, vt surgeret: surgens autem præceptum audiuit, vt prædicaret: Nam qui adhuc ex superbiæ vertice stamus cum iam de æternitatis timore [c] aliquid sentire cœperimus, dignum est, vt ad pœnitentiam cadamus. Et cum infirmitatem nostram subtiliter cognoscentes, humiliter iacemus, per diuini verbi consolationem surgere ad fortiora opera iubemur.

Ezech. 2.

Item lib. 18. moralium c. 16. ad c. 28. Job.

De eodem. C. XVIII.

FErrum [d] de terra tollitur, cum fortis propugnator ecclesiæ à terrena, quam prius tenuit, actione separatur. Non ergo in eo debet despici, quod fuit; quia iam incipit [e] esse, quod non fuit [f] †.

Item Hieronymus ad c. 3. Michææ.

† Concor. text. in fi. in l. 1. §. in summa. ff. de aqua plu. arce. & in le. proxime. ff. de verb. sig.

homicidam qui est homicida. 23. q. 5. si homicidium. similiter fingit aliquẽ nõ trãsisse q trãsiuit, vt 7. q. 1. mutationes. & non esse eũm qui est eps, vt 2. q. 7. non omnes. & c. qui nec. & esse virginem, quæ non est virgo, vt 32. q. 5 proposito. & non esse matrimonium quod est, vt 30. q. 5.

¶ Post condignam pœnitentiam pristina recipiuntur officia. C. XIX.

CVm exaudiero [a] eos, dabo eis virtutem spiritus mei, & implebo eos iudicio meo, & fortitudine.] Animaduerte in præsenti loco posse docere aliquem post peccatum; si tamen vitia pristina, pœnitentia digna diluerit. Vnde Dauid post adulterium, & homicidium loquitur in psalmo. [Asperges me hyssopo, & mundabor; lauabis me, & super niuem dealbabor.] Nec sua tantum puritate contentus est; sed infert: [Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.] cumq; hoc feceris, [docebo, ait, iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.

Psalm. 50.

Item Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum.

¶ De eodem. C. XX.

IEsus filius Iosedech sacerdos magnus, quamquam in typo [b] præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenã sibi ex gentibus copulauit ecclesiam; tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus [c] inducitur, & stat diabolus [d] à dextris eius: & candida [e] illi deinceps vestimenta redduntur.

inf. de pœn. d. 2. c. si eũm. §. Iesus.

Item ex concilio Agathensi, cap. 2.

Et capitular. l. 7. c. 321.

¶ Per pœnitentiam clerici correcti gradum suum, & dignitatem recipiant. C. XXI.

Iuo p. 6. c. 363.

COntumaces clerici, prout dignitatis ordo [f] permisedus elati superbia, communionem [h] fortasse contempsere neglexerint [i], peregrina [k] eis communio tribuatur; ita, vt cum eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula [l] gradum suum, dignitatemque [m] recipiant.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 17.

Apud Martinũ Bracarensem. 30. q. 5. aliter. Sed nunquid per tales fictiones præiudicabitur iuris veritati: ita vt nõ admittatur probatio in contrarium? Vr qꝙ sic, vt extra de regularibus, viduam. non est verisimile. & vna præsumptio per aliã præbreuiter, qꝙ contra oẽm præsumptionem admittit. ꝓbatio. nisi vbi ius de iure alicuius non tũ psumit, sed ẽt certũ qd statuit 1. nec multũ appretio illam distinctionẽ quorundã. qꝙ est qdã psumptio iuris, qdam hominis q. 4. lex dicit. qꝙ per fictionẽ iuris veritas non confunditur, nec deletur, vt C. de iure dotium. in rebus. in princ. Plarus fi diluat peccata sua per pñiam, docere pót sicut prius. Et hoc probat auctoritate Esaiæ, quæ est in principio c. & exemplo Dauid.

Probatio vr fi contra psumptõ admittat.

a Alias se. ff. de re. qui duos. 3. & 4. ff. Plur. q hãc fidem tenet Io.

a ¶ Cum exaudiero.] CASVS. Probat Aug. in hoc ca. qꝙ sicut prius. Et hoc probat auctoritate Esaiæ, quæ est in principio c. & exemplo Dauid.

IEsus.] CASVS. Iudæi venientes de Ægypto qꝙ deserti, cũ viderẽt vxores suas valde squalidas ex labore ꝙd fecit Iesus filius Iosedech sacerdos magnus: à quo alienigenis compellebantur idolatrare, quas postea admonitionem fidæ dimiserunt. De isto Iesu Zacharias propheta vidit visionem quandam, quam recitat sic: Ostendit mihi Dominus sacerdotem magnum Iesum corã angelo Dei, & Satã, id est, vxor idololatra, stabat a dextris ei⁹, & Ies⁹ erat idutus sordidis vestibus. Dixitq; angelus ad eos q corã se stabãt: Auferte ei sordida vestimenta, & date ei cãdida vestimẽta, & posuerũt super caput eius cidarim, indueruntq; eũ candidis vestib.

b ¶ In typo.] Quia duxit alienigenam: sicut Christus ecclesiam.

c ¶ Sordidat⁹.] Quia dimisit vxorem.

d ¶ Diabol⁹.] Id est, vxor, quæ idola coluit.

e ¶ Candida.] Quando ad consilium fidæ reliquit illam, 28. q. 1. §. 1. & 2.

CAPITVLA.

CAPITVLA.

CAPITVLA

Universidad de Deusto
Biblioteca

quen.c.vt ꝙ eps possit dispensare cum depositō. Nam & Senatus restituit.ff.de postu l.1.§. de qua autē. & Senatus æquiparatur principi. ff.de aqua plu.arcen.quod principes. & ecclesia habet suū senatum, vt 16.q.1.ecclesia.argu.ad hoc 11.q.3.episcopus & C.de episc. & cler. placet. Argu. contra extra de cler. non resident. ex tuæ. in fi. & dixi. de hoc 2.q.6.ideo. Ioan.Solu. cum depositō solenniter. solus Papa dispensat, vt de pœn. d.6.c.1. in fi.B.

Papa solus est solenniter depositō dispensat.

SI quis.] CASVS. Quæsitum fuit in cōcilio Martini Papæ quam pœnam deberet pati presbyter vel diaconus, q̄ in casu illicito calicē vel librum ecclesiæ alienat: & respondet q̄ non debet haberi in ordine clericorū: vel debet ab administratione causæ remoueri ī iudicio.n.epi dimittitur, si cum eo voluerit dispensare.

Epūs in hæresi dispensat.

a ¶ Iudicio tñ episcopi.] Hic ergo permittitur episcopo dispēsare in sacrilegio, sic & in hæresi, vt infra ead.presbyteros qui. & in occultis etiam magnis. infra, de his vero. & hoc verum est nisi sit enorme sacrilegium, vt 12.q.2. de viro.

† Ex isto tex. infertur q3 plura fiũt necessitatis causa: quæ alias nõ herent. conc.l. non solum. §.ff. de excu.tut.

Papa à quitus & quando est eligẽdus.

1 Et inf. ea. cap.1.

Electio Papæ haber aliqua specia lia.

2 Vt 61.dist. nullus.

3 Vt 63.dist. metropolita nus.

4 Vt 75.dist. c. vlt. in fi.

5 De hoc ſſ. ſi quis pecunia. Arch.

Postolicus.] Hæc dist. diuiditur in sex partes: in quarum prima dicitur, q3 nullus debet eligi in ecclesia Romana nisi à Cardinalibus: nec ante mortem Papæ aliquo verbo, vel facto de Papatu dẽt promitti. Et hoc probat per sex auctoritates. Secunda ibi,] Nullus Pontifice.] Tertia ibi, [Sed quæritur.] Quarta ibi, [Hoc autem.] Quinta ibi, [Electio.] Sexta ibi, [Sicut supra.] Ioan.de Fan.

CASVS. Supra in 23.dist.c.1. tractatum est de electione & confirmatione Papę: nunc vero in hac 79.distin. idem repetit, vt aliquid addat. Continet enim hæc dist. quatuor articulos. In primo dicit, q3 Papa non debet eligi nisi à Cardinalibus. In secundo dicitur quid iuris sit si duo apostolici eligũtur. In tertio dicitur q3 electio successoris debet fieri eũ deliberatione ꝓdecessoris. In quarto dicitur q3 electio Apostolicorũ soli Deo reseruatur. quæ omnia per suos §§. patebunt.

c ¶ Apostolicus autem.] Hic depingitur quando & quam 76.dist. in qua ipse dicit magister. dus.

git de electione sũmi Pontificis, oftendens à quibus dẽat eligi: & dicit q3 à Cardinalibus, & qñ. quia die tertia post depositionem defuncti, vt inf.ea. nullus. subdit etiam quid iuris fit, cũ duo malo zelo eliguntur, vt inf. ea. si duo. vel cũ simoniace aliquis eligitur, vt inf.ea. si qs pecunia 1. & dicit quòd à solo Deo potest deijci. de ordinatione eius non tractatur hic, quia de ea dictum est su. 23. dist. in nomine.

ADDITIO. Illud c. si quis.] CASVS. Statuit Nicolaus in hoc c.q3 si quis sine concordi & canonica electione Cardinalium & aliorum religiosorum clericorum fuerit electus, vel inthronizatus, nõ habeatur apostolicus, sed apostaticus.

d ¶ Et canonica.] Quam electionem vocas canonicã? nunquid dicens idem esse quod in aliorum electionibus, saltem quo ad hoc, vt debeat esse de eadem ecclesia 2, vel vt mel or eligi debeat 3, vel etiam prior 4, vel vt non sit aliquo modo irregularis? Sed breuiter dico, q3 si est electus à duabus partibus, a modo nulla admittitur contra ipsum exceptio, nec de vitio eligentiũ vel electi: q1 nõ esset corã quo iuste exceptiones illæ præponentur. vñ si tertia pars vellet probare electionem esse simoniacam 5, non audiretur, vt extra de elect. licet q3 tñ sic eligũt, peccant: & electio talis vitiosa est.

e ¶ Sequentium.] Hi consentire debent: non tamen vocandi sunt de necessitate.

f ¶ Religiosorum.] Sup. dist.23. c.1.contra. sed ibi dicit religiosos viros præduces, non respectu Cardinalium, sed respectu laicorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SI quis Papæ.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte dī, q̄ ille debet deponi qui Papa vitio & incolumi prælitterit fauorem carnalem pro Romano Pontificatu: vel qui eo inconsulto subscriptionē fecerit: vel sacramentum dederit alicui: vel suum suffragium polliceatur propter hoc: vel qui hac de causa priuata cōuenticula facit. In secūda parte dicitur quōd quicunq; huiusmodi coniurationes & insidias patefecerit & probauerit, indulgētiam promerebitur, & præmiū. Secunda pars incipit ibi, [Propter occultas fraudes.]

a ¶ Pro Romano.] maximè: aut infra. nullus Pontifex.

b ¶ Aut subscriptionem.] Alias subscriptiones.

c ¶ Pyctacia.] Pyctacia hic dicuntur scripta obligatoria. 30. q 3. pyctacium. & secundum hoc dicitur pyctacium à pingendo, vel dicuntur munera quædam: & secundum hoc dicitur à petendo.

ADDITIO. Quidā dicunt q̄ est generis fœminini vnde in q̄busdam libris inuenitur hæc pyctacia: sed dico esse litterā corruptam: vel esse accusatiuum pluralem: & quod dicitur pyctaciolas. inf. q. 7. non obseruetis. dico non esse verum: sed debet esse pyctaciola. Hug.

d ¶ Districtionis.] Id est, districtæ cōstitutionis sententia.

e ¶ Perueluerit.] Arg. in simonia aliquem de se cōfessum audiri contra socios eiusdem criminis 1. Sed est arg. contra 15. q. 3. nemini. sed subintelligendum est ibi cum simonia: & ita per hoc ca determinatur & suppletur illud. vnde colligitur q̄ crimen simoniæ, & crimen læsæ maiestatis æquiualent, & æquis passibus ambulant, vt 15. q. 3. sanè. & quidem quæcunque personæ recipiuntur in accusatione in crimine læsæ maiestatis, recipiuntur in crimine simoniæ: & cum ibi recipiantur soci, inire factionis cōtra se, similiter & hic. Ité hic habetur q̄ aliquis illi cū quo simoniā cōmisit, de simonia pōt accusare: & ille punietur, & iste non: quod Hug. intelligit vbi res non processit ad actū: scilicet ad donationē, vel receptionē pecuniæ. Tunc. n. vterq; decedat ad instar criminis læsæ maiestatis, vt 15. q. 1. sanè. in quo si socius criminis probat crimen, remuneratur, vt 6. q. 1. si quis 2. Bern. arg. extra de resti. veniens. Dicunt tñ quidam, q̄ nunquam in simonia socius socium accusat. 15. q. 3. nemini. nisi qñ simul committitur crimē læsæ maiestatis, vt hic. Et ad c. sanè, respondeo q̄ quo ad quædā, non quo ad omnia simoniæ æquis passibus ambulat cum crimine læsæ maiestatis. Sed vt q̄ ille qui accusat illum quem dicit fuisse socium in crimine, non esset Papa, vel apostolicus, sed apostaticus habeatur.

» Adde tex. cū. ibi no. in l. qñ. C. de relit.

2 al. §. verū. Simoniacus an sociū accusare possit.

α ¶ Si quis.] *Verba Nicolai in epistola, quæ in voluminibus conciliorum impressis post decreta Nicolai primi habetur, hæc sunt.* Primo namque inspectore Deo est statutum, vt electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium episcoporum sit, ita vt si quis Apostolicæ sedis sine præmissa concordi & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum, clericorum, & laicorum consensu intronizatur, &c. *Idem fere habetur ad finem illius synodi, & refertur infra c. si quis pecuniæ.*

Item Symmachus Papa in synodo Romana prima, c. 3. & 5.

¶ Papa superstite, eo inconsulto, de electione futuri Pontificis nemo audeat loqui. C. II.

Burc. l. 1. c. 225. Iuo p. 5. ca. 336. Poly. l. 1. titu. 4. Anſl. l. 6. c. 1.

SI quis Papa α superstite, pro Romano[a] Pontificatu cui quam quolibet modo fauorem præstare conuincitur; loci sui honore, vel cōmunione priuetur β. Si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem[b] pro Romano pontificatu commodare, aut pyctacia[c] promittere, aut sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certè suffragiū polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare, atq; decernere, loci sui dignitate, atque † communione priuetur. *& infra.* ¶ Propter occultas fraudes, & coniurationum secretas insidias, quas huius sententia districtionis[d] consequitur †, si quis ad ecclesiasticam pertulerit[e] notitiā consilia eorum, qui contra hanc synodum de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit; particeps actionis huiusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione[f], quæ non indigna sit subleuetur. Vniuersa synodus, &c.

† al. vel C. 5. Poly. ibidem.

† al. perſequitur

α ¶ Si quis Papa.] *Initium hoc vsque ad versiculum.* Si quis presbyter. *est caput secundum suggestionis Fulgentij archidiaconi Romanæ ecclesiæ: quod vna cum tribus aliis capitulis in tomis conciliorum, præcedit primam, vel secundam synodum sub Symmacho, cum hac inscriptione:* Capitula primæ synodi Romanæ sub Symmacho Papa. *In codice vero canonum præmittuntur his verbis:* Tituli decretorū Papæ Symmachi numero quatuor. & ¶ Si quis presbyter.] *Hæc sunt propria verba capitis tertij ipsius synodi; quod est secundum in codice canonum.*

Item ex Concilio Stephani Papæ 777. [Deusdedit addit, habito in basilica Constantiniana, act. 3.]

¶ In apostolatus culmen nullus, nisi ex Cardinalibus promoueatur. C. III.

Deusdedit p. 1. Anſl. l. 6. cap. 25. Poly. l. 1. titu. 4.

OPortebat, vt hæc sacrosancta domina nostra Romana ecclesia (iuxta quod à beato Petro, & eius successoribus institutum est) rite ordinaretur; & in Apostolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris, aut diaconis consecraretur.

Item ex eodem.

¶ De eodem. C. IIII.

S. Ant. t. 1. 6. ca. 4. Deusdedit ibi. Polyc. ibidem. Anſl. l. 9. cap. 24.

NVllus vnquam laicorum, neque ex alio ordine præfumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoueri.

¶ *In Pontificalibus manuscriptis vno Vaticano, & altero Cardinalis Sirleti in vita Stephani Papæ III. referendo synodum ipsius tempore habitam, hæc leguntur ad caput hoc pertinentia.* Tunc allatis sacratissimis canonibus, eisque liquido perscrutatis, prolata est sententia ab eodem sacerdotali concilio, sub anathemate interdicētes, ne vllus vnquam præsumat laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorē promoueri: & alia plura, quæ canonica indigebant correctione, in eodem cōcilio statuerūt emēdanda.

Item ex eodem.

¶ Anathematizetur episcopus, monachus, vel laicus Romanam ecclesiam inuadens & in gradum filiorum eius prorumpens. C. V.

Deusdedit ibi. Anſl. l. 6. c. 26. & 27. In Pontificali Rom. manuſc.

iij SI quis ex episcopis, vel presbyteris, vel monachis, vel laicis contra canonū, & sanctorum patrū statuta prorumpēs, in gradum filiorum sanctæ Romanæ ecclesiæ, id est presbyterorum[a] Cardinalium, & diaconorum ire præsumpserit, & hanc Apostolicam sedem inuadere quilibet ex supradictis tentauerit, & ad summum Pontificalem honorem ascendere voluerit; ipsi, & sibi fauentibus fiat perpetuum[b] anathema. *& infra.* ¶ Si quis resistere præsumpserit sacerdotibus, atque primatibus ecclesiæ, vel cuncto clero ad eligendum sibi Romanum Pontificem secundum canonicam † traditionem, anathema sit.

† al. hanc canonicam.

¶ Deusdedit presbyter Cardinalis tituli Apostolorum in Eudoxia, par. 2. c. 131. refert multa ex synodo habita à Stephano tertio; in quibus caput integrum continetur.

Item ex Concilio Leonis Papæ IIII.

¶ Anathema sit, qui canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere præsumpserit. C. VI.

Deusdedit ibi. Anſl. l. 6. cap. 28.

iiij SI quis ex sacerdotibus, seu primatibus[c] nobilibus, seu cuncto clero sanctæ Romanæ ecctesiæ, electioni Romani Pontificis contradicere præsumpserit; sicut in concilio Bonifacij, & Stephani Papæ legitur statutum, anathema sit.

Item ex concilio Bonifacii Papæ III.

OPortebat.] CASVS. Hoc cap. & sequens idem dicūt: scilicet quōd nullus debet eligi in Papā nisi de Cardinalib⁹ presbyteris vel diaconis. dummodo inter eos idoneus inueniatur.

SI quis ex episcopis.] CASVS. Hoc c. & sequens fere eūdem habent casum. Dicitur enim hic, q̄ si q̄s clericus vel laicus electioni Cardinalium contradixerit, vel sedem apostolicam voluerit vsurpare, anathema sit: & nō solum ipse, sed etiam oēs ei fauentes. In sequēti c. dicitur, q̄ si quis contra dixerit eligentibus Romanum Pontificem, anathema sit.

a ¶ Presbyterorū.] Arg. Cardinales psbyteros maiores esse diaconis 1: & ex illis primo debere eligi, & postea ex diaconis, si in illis nō inueniatur idoneus: arg. sup. d. 13. in nomine. Arg. contra. sup. cap. proxi. quia ibi prius dicit diaconus, &c. Sed ordinilitterę nō est standum. ff. de ſolu. nec enim.

ADDITIO. Et videas, qd̄ de hac materia not. 63. d. c. metropolitano. Archid.

b ¶ Perpetuū.] Donec pœniteat. 10. q 1. q̄ sacerdotes. simile. extra de const. ex litteris. & ist. locati. §. adeo. Aliter sumitur. ff. p ſo. l. 1. & 10. q 2. perpetua. ex. de iureiu. veritatis.

ADDITIO. De hoc no. 70. distin. sanctorum. in l. gl. & 1. q. 1. reperiuntur. in fi. Archid.

c SI qs.] ¶ Seu primatibus.] Primates appellat quosdam forte nobiles, qui interſunt, vt populum arceāt 2, qui si iuste mouerentur, exaudiretur. Nullus.

1 Adde no. per Alb. de Ros. in rub. C. de sum. trin. Spe. infra. de li. cōte. § iā nunc videndum. ver. si vero omnia.

2 Ad hoc ar. 63. dist. quia sancta. 64. c. quia p ambitiones. Archid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NVllus.] CASVS. Mortuo Apostolico vel epo aliquo, Cardinales vel Canonici intantũ festinabant q̃ nihil curabant de sepultura defuncti: quare statutũ fuit, quòd nec Papa nec episcopo viuente, nec etiam eo defuncto electio fiat successoris, nisi tertia die post sepulturam.

a ¶ Viuente.] Idem dicitur extra de elec. bonæ. Sed nunquid mortuo Papa, ecclesia erit mõstrũ sine capite vel nunquid vniuersitas Cardinalĩũ erit caput? Si hoc dicas Cardinales tũc tẽporis possũt deponere episcopum: eadem ratione canonici mortuo episcopo possũt deponere clericũ aliquẽ: Dic ergo, & ecclesiam tũc viuere, & tamen carere capite. Arg. tamẽ est, q̃ Cardinales suppleãt defectũ mortui Papæ if. eod. si quis. Io. melius extra de maior. & obedient. his, quæ. & c. cum olim, B.

Cardinales an suppleãt defectũ mortui Papæ.

SED QVÆRITVR. CASVS. Hic est secundus articulus, vbi quæritur qd iuris sit, si duo Apostolici eligantur temeritate certãtiũ: & quis alteri sit preferẽdus: & quid ⁊ hoc sit, legitur sequẽti c. b ¶ Honorius.] Sed quid spectat ad Imperatorẽ statuere aliquid de electionib. contra id 96. dist. bene? Sed istud fecit rogatu ecclesiæ. Et est arg. ad quæstionẽ illam q̃ laicus de re b⁹ ecclesiasticis vel spiritualib⁹ possit iudicare. Arg. contra su. distin. 96. denique. sed ibi intelligitur præter auctoritatem ecclesiastici prælati. De hoc dixi extra de arbi. contingit.

Laicus an possit de rebus ecclesiæ iudicare.

SI duo.] CASVS. Bonifacius Papa rogauit Imperatorẽ Honoriũ vt concederet legem, qua doceretur qd esset faciendum, si duo Apostolici temeritate certantiũ eligantur. Constituit ergo Honorius, quod neuter illorum duorum sit Papa, sed noua electione communi cõsensu tertius eligatur.

c ¶ Cõtra fas.] Et ideo neuter obtinet, vt extra de ele. consideranimus. nec priuantur Cardinales hoc casu potestate eligendi, contra id, extra de elec. cum in cunctis. Sed quis erit Iudex de hoc, an electio sit contra fas? Non ipsi Cardinales: quia si sic, essent iudices in proprio. nam nullus superior potest inueniri, vt extra de elect. licet. in fin. Dicit ibi c. locum habere quando neuter est electus à duabus partibus. Vel dic quod concilium conuocãbitur.

Electio facta per Cardinales si dicat cõtra fas esse, quis erit iudex.

d ¶ Nullum.] Supra dist. 63. si forte contra. Sed quod hic dicitur, fit cum vtraque pars ducitur malo zelo. ibi cum vtraque pars bono zelo ducitur & hoc patet per hæc verba, contra fas.

HOC AVTEM. CASVS. Dicit nũc Gratianus, quòd q̃ si quis pecunia, vel alio modo illicito vsurpet sedem apostolicam: nõ apostolicus, sed apostaticus habetur: & licet Cardinalibus eũ anathematizare, & laicorum auxilio eum repellere: & si electio successoris intra vrbem fieri non potest, fiat extra: & electus habeat plenã potestatem disponendi res in vtilitatem ecclesiæ, & faciendi omnia quasi esset intronizatus.

a ¶ Non apostolicus.] Videtur per principium istius c. q̃ Papa de simonia possit accusari: quia non est apostolicus, sed apostaticus, & quia simonia hæresis est 1. q. 1. eos qui. & ca. fertur. & ea. liqueat. & per primum cap. huius. dist. quod, nõ credo. & loquitur hic de eo qui per simoniã electus est ab illis, qui non habebãt potestatẽ eligendi, nõ à Cardinalibus. Simonia autem large dicitur hæresis, non ſm q̃ Papa vel alius de hæresi potest accusari. cum scilicet errat aliquis in articulis fidei, sed antequam eligatur Papa, exceptione cuiuslibet criminis repelli poterit. Sed pone q̃ aliquis accusat Cardinales, quòd simoniace elegerint Papam (hoc enim licite potest fieri, vt inf. cap. proxi.) nũquid si probata fuerit simonia, Papa deponetur? Non argum. 2. quæst. 2. interrogatum. ff. de adulte. denũciasse. Sed quid si dum vxor tua creditur mortua, eligeris in Papã & consecraris, & vxor

Papa virum possit accusari de simonia.

Simonia dicitur hæresis.

¶ Nullius episcopi fiat electio, nisi post diem tertiũ depositionis alterius. C. VII.

2 NVllus, Pontifice Romano viuente [a], aut episcopo ciuitatis suæ præsumat loqui, aut patres sibi facere; nisi tertio die depositionis eius, adunato clero, & filijs ecclesiæ: & tunc electio fiat.

In Pontificali Rom. manusc. Ansl. 7. c. 11. Deusdedit p. 2.

3 *Sed quæritur, si duo cõcertantium temeritate electi fuerint; quis eorum alteri præferendus sit?*

De his ita scribit Honorius [b] *Augustus ad Bonifacium Papam.*

In tomis conciliorũ inter epistolas Bonif.

¶ Si temeritate concertantium duo fuerint ordinati. C. VIII.

SI duo forte contra fas [c] temeritate concertantium † fuerint ordinati, nullum [d] ex his futurum penitus sacerdotem; sed illum solum in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum, nouæ ordinatione diurnum iudicium, & vniuersitatis consensus elegerit.

† certantium

inf. dist. 77. c. vi Victor Honorius test. Ansl. 6. c. 17.

4 *Hoc autem capitulum non de eo intelligendum est, qui vno per apostasiã ordinato, à Cardinalibus, & religiosis clericis Apostolicæ sedi inthronizatur; etiã si ille apostaticus ita cathedram beati Petri violenter tenuerit, vt canonica electio intra Vrbem fieri non valeat.*

Vnde Nicolaus Papa II. in concilio Romano statuit dicens.

In fine:

¶ De eo, qui per pecuniam, vel populari tumultu, nõ canonica electione ordinatur. C. IX.

5 SI quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium episcoporum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum, fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, non Apostolicus [e], sed apostaticus habeatur, liceatque Cardinalibus episcopis,

fu. fere idẽ dist. ea. c. si q̃s Apostolicæ. Ansl. 6. c. 16. Poly. 1. 1. tit. 4. Ino p. 4. c. 8.

Ino p. 5. c. 238.

vxor tua te repetit, an ei reddendus es; vel si tu neges eam tuam vxorem esse, apud quem cognoscetur, cum Papa iudicari non possit, nisi de hæresi? Resp. si reuocetur in dubiũ, nõ est cogẽdus stare iudicio alicuius, imo excipere potest, Dominus est qui me iudicat. 9 q. 3. alio- in quo non sufficit altera pœna. 23. q. 5. cap. quid ergo.

b ¶ Inthronizatus.] Si 23. dist. in nomine.

ELECTIO. CASVS. Hic est tertius articulus, vbi dicitur q̃ electio successoris debet fieri cum deliberatione antecessoris.

SI transitus.] CASVS. Symmachus Papa statuit, vt si mors inopinata cõtingat, ita vt antecessor non possit ante decernere de electione sui successoris, si quidẽ ab omnibus fuerit canonice electus, consecretur. Si autem (vt fieri consueuit) duo eligãtur, electus à plurib. præferatur, nisi fuerit simoniace electus.

Papa an de suo successore possit cũ Cardinalib. deliberare.

c ¶ Non possit.] Inf. 8. q. 1. episcopo non. cõtra. Solutio. aliud est de sui successoris electione cũ fratrib. deliberare. q̃ posset fieri, vt hic pmittitur, & aliud est ex testamento quasi dignitatis suæ hæredẽ substituere, q̃ ibi penitus prohibetur, quia nec Papæ licet. 35. q. 9. hoc nec Moyses potuit. 8. quæst. 1. Moyses. nec est trahendũ ad consequẽtiam factũ Petri Clementẽ substituentis sibi. 8. q. 1. c. 1. quia & ad eius vmbra curabantur infirmi. de hoc dici conuenit. 1. q. 1. Petrus.

d ¶ Sententia pluriorum.] S. duarum partium. extra de elect. licet.

e ¶ Careat.] Accusabitur ergo ille de simonia, nec præiudicabitur Papæ. arg. 2. q. 5. interrogatũ est.

3 Sed nunquid Papa possit dare licentiam alij vt eligat sibi successorem? certe fic. 7. q. 1. petitti. quare ergo nõ potest sibi eligere? Rñdet H. q̃ multa sunt q̃ alijs indulgemus licite, nobis tñ talia idulgere non licet. Eps em sæpe cum alijs dispeat fac priuilegiũ vel honorem dat alijs. Sed nunquid talia possit sibi impẽdere? nõ: quia nemo assumit sibi honorem 8. q. 1. in scriptu- ris. ſm H.

SICVT.] CASVS. Hic est quartus articulus, i quo dicitur, q̃ electio summorũ Pontificum soli Deo reseruatur, licet electio à Cardinalibus fiat, Quod probatur sequenti c. cuius casus planus est.

¶ Summorum.] *sequebatur*, Pontificum vel sacerdotum, *Sublatæ sunt duæ priores voces, quia neque in originali, neque apud Iuonem, neq; in vetustis Gratiani exemplaribus leguntur.*

DISTINCTIO LXXX.

1 pars

OCa vero.] Hæc distinctiones, i quarum prima quæritur vbi debeat fieri sedes patriarchalis, vel primatum vel metropolitanorum, vel episcoporum, vel aliorum minorum. Secunda ibi, [Sedes autem. ſo. de P. CASVS. Supra ostendit quando & à quibus clerici debeant ordinari: nunc vero in hac 80. distin. ostendit in

Coniugatus in Papa electus, an debitũ reddere debeat.

1 Aliàs pro hinc in a ¶ Laicis.] Infra d. 96 c. 1. contra. Sed illud generaliter malis, hoc prohibetur in alijs q̃ specialiter cõtra inuasorẽ Apo. specialiter, sedis permittitur, vel singulis referẽda sunt singula: li- &c. cet clericis anathematizare, & laicis humano auxilio

2 De hoc à sede Apostõ. pellere. Et sic aliquis puniturꝰ simul pœ- 86. q. 1. Ita na canonica & ciuili 2, contra id extra vt lit. non con- cuimus, tenit, quoniam. in fi. Sed hoc speciale est in intruso,

f ELectionem. Et ita fallit regula, ad quem spectat institutio, & destitutio. 16. q. 2. visis. qui benedicere potest, & maledicere, qui ligare, & absoluere potest, vt 21. dist. inferior, & c. denique.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus locis debeāt ſpōni Patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, & presbyteri. Patriarchæ debēt poni in capitibus prouinciarum, vt inf. 99. d prouinciæ. archiepi in ſingulis prouincijs, vt inf. 6 q. 3. ſcitote. epi vero in ciuitatibus, Presbyteri per caſtella & villas, vt ii. eo. epi.

a ¶ Loca.] Hic intitulatur ſc. d. ſupra magiſter oſtendit à quib. & quando ſint ordinādi clerici, nūc ſubdit in quibus locis ordinādi debēāt ordinari. & quidem primates ibi conſtituūtur, vbi olim ponebātur protoflami les gētiliū. archiepiſcopi vbi archiflamines. epiſcopi vbi eorū flamines. & hoc ex maxima parte factum eſt inſtitutione beati Petri: vt inf. eod. cap. 1 & 2.

Protoflamines. Archiflamines. Flamines.

V Rbes.] CASVS. Hoc. c. loquitur de primatibus gentilium & Chriſtianorum. Eſt ergo caſus. Lucius cōſultus fuit in quibus locis primates Chriſtianorū ſunt collocandi: qui reſpondet dicens, q̄ multo tempore ante aduentum Chriſti vrbes ſunt ſtatutæ, in quibus erant primates gentilium, ad quos ipſi gentiles p̄ maioribus negotijs appellabāt, & in eiſdem locis poſt aduētum Chriſti Apoſtoli & eorum ſucceſſores poſuerunt primates Chriſtianorum, ad quos (Salua apoſtolica auctoritate) epiſcoporum maiora negotia ſunt referenda.

b ¶ Statutæ.] A gentibus: & ita eſt arg. q̄ conſtitutiones gētilium ſunt authenticæ. arg. 99. d. cap. 1. Nec eſt contra 13. q. 1. cap. 1. nam illud de parochijs, hoc de ciuitatibus.

c ¶ Appellabant.] Ergo bene dicitur. appello Papam, appello ſedem Apoſtolicam. & Apoſtolus dixit, Cæſarem appello.

Primas, & patriarcha idem.

d ¶ Patriarchas.] Repetitio eſt eiuſdem, quia idem eſt primas & patriarcha. 99. diſt. c. 1. ſicut. & dicit lex differentia tantum nominis eſt inter pignus & hypothecam. ff. de pign. res hypothecæ. §. inter pignus.

IN illis.] CASVS. Gentiles habebant tres ordines ſacerdotum, ſcilicet primiflamines, archiflamines, & flamines. Loco primiflaminum Petrus tuſſit poni patriarchas, qui de maioribus aliorū eporum cauſis cognoſcunt. Loco archiflaminū, archiepos. Loco flaminū epos, qui in ſingulis ciuitatibus ſingali eſſe debēt.

e ¶ Petrus.] Arg. a tempore Petri eſſe limitatas prouincias.

ca a vero, in quibus primates, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, presbyteri ſunt ordinandi; hæc ſunt ſecundum Lucium Papam, & Clementem, atque Anacletum.

Extat apud Stephanū 1. epiſt. 2. c. 5.

Ait enim Lucius Papa.

¶ In quibus locis primates, vel patriarchæ debeant ordinari. C. I.

Anſl. 6. c. 118.

VRbes & loca, quibus primates præſidere debent, nō à modernis, ſed etiam multis ante aduentum Chriſti ſunt ſtatutæ b temporibus; quarum primates etiam gentiles, pro maioribus etiam negotijs appellabant c. In ipſis vero vrbibus poſt Chriſti aduentum, Apoſtoli & ſucceſſores eorum, patriarchas d, vel primates poſuerunt, ad quos epiſcoporum negotia (ſalua in omnibus Apoſtolica auctoritate) & maiores cauſæ, poſt Apoſtolicam ſedem ſunt referendæ.

Item Clemens Papa ad Iacobum, epiſt. 1.

¶ De eodem. C. II.

Leo 9. epiſt. 3. Poly. l. 2. tit. 22. Burch. 1. c. 155. Anſl. 6. ca. 13. † al. archiflamines.

IN illis vero ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi † flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, epiſcoporum primates poni vel patriarchas B. Petrus e præcepit, qui reliquorum epiſcoporum cauſas †, & maiora, quoties neceſſe foret, negotia in fide f agitarent. *& paulo poſt.* ¶ In illis autem ciuitatibus, in quibus dudū apud prædictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant g, quàm memoratos primates, archiepiſcopos inſtitui præcepit. *& infra.* ¶ In ſingulis vero reliquis ciuitatibus † ſingulos h, & non binos, vel ternos, aut plures, epiſcopos conſtitui præcepit, qui non primatum, aut archiepiſcoporum, aut metropolitanorum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, ſed epiſcoporum tantum vocabulo potirentur: quoniam nec inter ipſos Apoſtolos par k inſtitutio fuit: ſed vnus omnibus præfuit.

† Adde qui ſit ciuitas, quid villa, & quid caſtrum. post Panor. in 1. 1. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. & 5. ff. de no. op. nunc. & in l. hactenus. ff. de legib.

Idē eſt Clemētis in epiſt. pro xime citata. Burc. l. 1. cap. 4. Iuo p. 5. ca. 58. & 98.

Item Anacletus epiſt. 3. c. 2.

¶ De eodem. C. III.

EPiſcopi

f ¶ In fide.] Inf. 24. q. 1. quoties contra. ioſ. 16. q. 1. ſtater noſter. contra vbi dr, q̄ tantum ad Petrum eſt referenda quæſtio fidei, ſed expone hoc in fide id eſt, fideliter. Vel poſſunt agitare cauſas fidei, ſed non procedere ad ſententiam. vel diſtingue qui ſint qui dubitant: nam ſi laici, videtur, q̄ epiſcopi poſſint determinare extra de hære. ad abolendam. ſi clerici, Papa. extra eodem tit. cum Chriſtus.

Fidei quæſtio eſt referenda ad ſedem Petri.

g ¶ Tenebant.] Id eſt, reputabant.

h Singulos.] Arg. in vna ciuitate non plures eſſe debere epiſcopos 1, de Auguſtino & Valerio fuit ſpeciale, vt inf. 7. q. 1. non autem. Sed quid de Venetijs, qui patriarcham & epiſcopum habent? Sed dic q̄ non eſt patriarcha Venetorum, ſed Gradenſis, qui locus differt multum à Venetijs.

1 Adhoc ff. de cens. l. 1. & de off. ord. quoniā. 22. q. 2. ſi.

i ¶ Vocabulo.] Nam olim, &c. 95. diſt. olim.

K ¶ Par.] Sup. diſt. 21. in nouo. contra. 24. q. 1. loquitur. contra. Sed par fuit quo ad conſecrationem, non quo ad adminiſtrationem.

Leges vbi debent legi. 1 Concor. l. 1. C. de ſtu. li. viba. Ro. l. 11. 2 To. diſtin. ſanctorum.

EPiſcopi.] CASVS. In hoc cap. notatur duplex differentia inter epos & presbyteros. Prima eſt, quia habent epiſcopi

epiſcopi non debent poni in ciuitatibus, quin etiam ſint magnæ, & non paruæ. presbyteri vero per caſtella. Secunda differentia eſt, quia epiſcopus non poteſt conſecrari ab vno epiſcopo, ſed presbyter ſic.

a ¶ Non in caſtellis.] Quandoque tamen epiſcopus eſt

non in caſtellis a, aut modicis b ciuitatibus debent conſtitui: ſed presbyteri per caſtella, & modicas ciuitates, atque villas debent ab epiſcopis ordinari, & poni: ſinguli c tamen per ſingulos titulos ſuos: Et epiſcopus non ab vno ſed à pluribus debet epiſcopis ordinari, & vt dictum eſt, non ad modicam ciuitatem, ne vileſcat d nomen epiſcopi: ſed ad honorabilem vrbem titulandus, & denominandus eſt. Presbyter vero ad qualemcunque † locum, vel eccleſiam in eo conſtitutam eſt præficiendus.

† quemcūque] orig.

Item Leo Papa ad epiſcopos Africæ, epiſt. 85. cap. 1.

Poly. l. 2. tit. 23. Burc. l. 1. c. 32. Iuo p. 5. c. 107. 143.

¶ De eodem. C. IIII.

ILlud ſanè, quod ad ſacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum ſtatuta ſeruari, vt non in quibuslibet locis, neque quibuslibet caſtellis, & vbi e ante non fuerunt, epiſcopi conſecrentur f: cum vbi minores ſunt plebes, minoresque conuentus, presbyterorum cura ſufficiat: epiſcopalia autem gubernacula non niſi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat præſidere; ne, quod ſanctorum Patrum diuinitus inſpirata decreta vetuerūt, viculis, & poſſeſſionibus, vel obſcuris, & ſolitarijs municipijs tribuatur ſacerdotale faſtigiū.

ext. de priuil. cap. 1.

d ¶ Vileſcat.] Quantum ad vulgi opinionem. nam propter hoc non eſt vilior epiſcopus. vt 93. di. legimus. Similiter ſponſa non eſt ſtatim tradenda, ne vileſcat deſiderantī. vt 27. q. 2. inſtitutum eſt. ſimile in fide ſuſcepta per vim, vt 45. diſt. de Iudæis. Sic epūs non erit ſolus ne vileſcat per hoc. 93. diſt. diaconi, qui. Id eſt in pœnitentia non iteranda. de pœni. diſt. 3. quamuis. 50. d. quamuis.

Epiſcopus non debet eſſe ſolus.

Item ex Concilio Laodicenſi, c. 57.

¶ De eodem. C. V.

† al. caſtellis

NOn debere in vicis, & villis † epiſcopos ordinari; ſed viſitatores g ⁊, id eſt, qui circumeant, conſtituī: hos autem, qui ante hac ordinati ſunt, nihil agere cenſemus ſine conſcientia epiſcopi ciuitatis. Similiter etiā preſbyteri h nihil ſine præcepto † i, & conſilio epiſcopi agant.

† ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου.

⁊ ¶ Sed viſitatores.] *In codice Græco impreſſo legitur, ἀ περὶ τῶν τοιούτων, in tribus autem manuſcriptis, ἀλλὰ περὶ τούτων.*

2. Sedes autem epiſcoporum non longo interuallo debent diſiungi, vt ad conſecrationem ſui comprouincialis ſine difficultate poſſint occurere.

Unde Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, reſponſo octauo.

¶ Epiſcopales ſedes non longo interuallo à ſe debent diſiungi. C. VI.

Pann. l. 3. c. 16.

FRaternitatem tuam ita volumus in Anglia epiſcopos ordinare, vt ipſi ſibi epiſcopi longo k interuallo mini-

Præcepit Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, vt ordinaret epiſcopos non longo interuallo inter ſe diſtantes, vt leuiter poſſint conuenire ad epiſcoporum ordinationem faciendam: quæ ad minus cum tribus epiſcopis, vel quatuor fieri debet, & conuenit.

K ¶ Longo.] Dāt quidam longo, vt xx. miliariū. arg. ff. de

3 Idem & in alio caſu 7. q. 1. temporis. 12. q. 2. abbatibus.

4 Sic etiam not. 75. diſt. cap. 1. & hoc ratione oſtij eccleſiaſtici. ſecundum H.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de verb.sign. l.3. melius hoc relinquitur arbitrio boni viri, ideſt, iudicis. ar. ff. de iure delibe. l.1. extra de oſſ. iudi. dele. de cauſis. Vnde ſi multum diſtant ciuitates illæ inter ſe, in locis intermedijs debet poni epſ, conuenienti ergo interuallo debet diſtingui, habita conſideratiõe ſitus & qualitatis regionis ipſius, & difficultatis viarum. ſic 16.q.1 & temporis.

Diſtinguendi interuallo conuenienti.

a ¶ Tribus.] Ad minus. ſu.d.51. c.vlt. ſu. diſt.64. epiſcopum.

b ¶ Hæc de ordinãdis.] In hac d. 1 incipit pars ſexta partis tractatus diſtinctionẽ, & protenditur vſq; ad 93. d. Et diuiditur hæc diſt. in quatuor partes: in quarum prima probat qualiter intelligiẽ illud verbum, [Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine.] Secunda ibi. [Quolibet.] Tertia ibi, [Clericus.] Quarta ibi, [Oportet.] Io. de Fa.

CASVS. Egit ſupra Gratianus de ordinationib. & officijs ſingulorum. Ab hoc vero loco vſque ad 91. diſt. breuiter epilogat quædam c. apoſtolicę regulę, vt addat quæda quæ prætermiſerat. Et continuans dicta dicẽdis. primò ponit de primo c. apoſtolicæ regulæ: ſ. oportet epm eſſe ſine crimine, ideſt, ſine peccato mortali: quod verum eſt non ſolum de epiſcopo, ſed etiam de quolibet prælato: quod probat per ſeq. cap.

me diſiungantur: quatenus nulla ſit neceſſitas, vt in ordinatione alicuius epiſcopi conuenire non poſſint. Nam epiſcoporum ordinatio ſine aggregatis tribus [a], vel quatuor epiſcopis fieri non debet.

DISTINCTIO LXXXI.

Hæc de ordinandis [b] & ordinationibus, atque de ſingulorum graduum diſtinctionibus, & officijs dixiſſe nos ſufficiat. Verũ quia aliquantulum diffuſius in his immorati ſumus, quædam præcedentibus cohærentia ſub epilogo [c] ad memoriam ſubijciamus. Debet ordinandus in epiſcopum (vt Apoſtolus ſcribit) eſſe ſine crimine, id eſt ſine peccato mortali: quod non ſolum de epiſcopo, ſed etiam de quolibet electo ad aliquam præpoſituram eccleſiæ oportet intelligi. Ad Titum. 1.

Vnde Auguſtinus ſcribit tractatu 41. ad c.8. Ioannis.

¶ Sine crimine, & graui peccato debet eſſe, qui ordinatur epiſcopus. C. I.

A Poſtolus Paulus quando elegit [d] ordinandos vel presbyteros, vel diaconos, & quicunque ordinandus eſt ad præpoſituram [e] eccleſiæ; non ait, ſi quis ſine peccato eſt (hoc enim ſi diceret, omnis homo reprobaretur [f], nullus ordinaretur g:) ſed ait: [ſi quis ſine crimine eſt.] ſicut eſt homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus [h], ſacrilegium, & cætera huiuſmodi. *Item.* ¶ Crimen autem eſt peccatum graue accuſatione, & damnatione [i] digniſſimum.

Beda ad Ti. 1.

Ad Titum. 1. & 1. Tim 3.

Aug. ibid. ſup. d.25. c.vnũ orarium.

2 Quolibet itaque horum implicatus ordinari non debet; vel ſi iam ordinatus, ante tempus, vel poſt tempus ſuę ordinationis aliquod eorum admiſiſſe conuincitur, ſuſcepti gradus officio priuabitur.

Ex libello Ennodij ad defenſionẽ Romanarũ.

Vnde Symmachus Papa ait.

a ¶ Tribus.] Hoc verum eſt, cum fraudi dolus ineſt. nam omnis dolus eſt fraus: ſed non conuertitur. ff. de pact. iuriſgentium. §. dolo. & ſic ſumitur extra de reſcript. cæterum. quando largè ſumitur fraus. ff. de regu. iur. fraudis.

Fraus eſt ſpecies doli.

b ¶ Hæc de ordinandis.] A 25. diſt. vſque ad 50. tractauit magiſter xiij. cap. apoſtolicæ regulæ. Sed quia q̃dã omiſit, ideo ab hac 81. diſt. vſque ad 93. diſt. nouem ca. apoſtolicæ regulæ repetit: non ordine. illo quo illa executus eſt in hac exequitur illud: oportet epm eſſe ſine crimine addit: etiam de incontinentibus: in quo includitur ſecundum c. apoſtolicæ regulæ. & q̃ qui priuatur officio, debet priuari beneficio 1. & quod archidiaconus ſolus non debet accedere ſub prætextu humilitatis tabernacula matronarum 2.

c ¶ Sub epilogo.] Id eſt, breuiter petitione ſuperiorũ. ADDITIO. Et dicitur ab epi, quod eſt ſupra: & logos. Archid.

d ¶ Poſtolus.] CASVS. Paulus apoſtolus docuit, quòd quando eligitur aliquis ad ordines, vel ad aliquam dignitatem, debet eſſe ſine crimine, quod fit dignum actuſatione, & depoſitione, vt homicidium, & adulterium, & huiuſmodi. Sed non ait ſine peccato: quia ſi hoc dixiſſet, omnis homo repelleretur.

e ¶ Ad præpoſituram.] ideſt, ad quodcumque eccleſiaſticum officium. & ita patet, q̃ criminoſus etiam à minimo ordine prohibetur, vt hic, & 33. diſt. cap. 1. & 2. 34. diſt. cognoſcamus. 24. diſt. c. vlt. hoc hodie terminatur. extra de temp. ordi. c. vlt.

Criminoſus etiam à minimo ordine prohibetur.

f ¶ Reprobaretur.] inf de pœn. d.3. ſepties. §. Niniuitæ.

g ¶ Ordinaretur.] Simile de pœn. diſt. 3. ca. pen. & diſt. 2 ſi enim.

h ¶ Fraus.] Hoc verum eſt, cum fraudi dolus ineſt. nam omnis dolus eſt fraus: ſed non conuertitur. ff. de pact. iuriſgentium. §. dolo. & ſic ſumitur extra de reſcript. cæterum. quando largè ſumitur fraus. ff. de regu. iur. fraudis.

i ¶ Et damnatione.] Solet quæri propter quæ crimina quis deponi 3. debet. non enim pro quolibet deponitur. 5.q.4. in loco. Et eſt ſuę hoc duplex opinio. Quidam dicunt, q̃ pro quolibet crimine deponitur, niſi expreſſum ſit in contrarium, q̃ pro eo deponi non debet. alij dicunt, q̃ nunquam deponi debet pro aliquo, cum non niſi expreſſum ſit. pro quo ego dico, quod pro quolibet crimine, in quo quis eſt incorrigibilis, deponi debet: ſed ſtatim tamen nõ deponitur aliquis pro prima contumacia, vt 45. diſt. licet. & 74. diſt. honoratus. illud autem non eſt crimen. 5. quæſt. 4. in loco. nec illa quorum exempla poſui 68. diſt. cap. 1. & multa exempla de hoc poſui. 15.q.8. in ſumma.

Crimina dignã depoſitione ſunt.

Ad hoc ex ſe non ſunt de iure deponendus.

QVOLIBET. Hic incipit ſecunda pars huius diſtinctionis, in qua probat per 16. auctor. ſanctorum patrum, q̃ ſi clericus ceciderit in lapſum criminis poſt ordinationẽ debet deponi.

CASVS. Supra dictum eſt in c. Apoſtolus, q̃ ordinandus dẽ eſſe ſine crimine, vt homicidio, & adulterio, & ſimilibus. Nunc autem dicit, q̃ ſi his criminibus aliquis eſt obnoxius, promoueri non debet nec ordinari. & ſi eſt ordinatus & talia cõuincitur cõmiſiſſe ante ordinationẽ, vel poſt, dẽt deponi, vt probatur per ſeq. ca.

NEmo.] CASVS. Dicit Symmachus in hoc cap. q̃ nullus debet aſſumere prædicandi officium, niſi qui ſuis actibus errata condemnat: & amorem innocẽtiæ ſuæ conuerſatione demonſtrat.

a ¶ Monitoris.] Id eſt, prædicatoris.

b ¶ Errata.] Id eſt, maiora 1.68.d.c.1. aliàs contradicere poſſito Gratia. ſic 25.d.c.vlt. & 3.q.7. iudicet.

TAntis.] CASVS. Daniel cum eſſet electus in epiſcopum, accuſatus fuit apud Cyrillinum de multis criminibus, & præcipue de inceſtu cum monialibus: propter quæ crimina inueſtiganda citatus fuit vt Romam venire; qui contemptis litteris Papæ, in epiſcopum eſt promotus. committit igitur cauſam quibuſdam Cœlitinus: & præcipit eis, vt de his cognoſcant, quæ ſi vera eſſe inuenerint, ipſum, & ordinatorem ipſius deponãt: quia qui talem ordinat, oſtendit ſe eſſe ſimilem illi.

c ¶ Litteris.] & ita res iam erat liti goſa. extra de offi. iudi delegati.

d ¶ Obrepſit.] Ex quo autem ſe promoueri fecit, lite pendente deponendus eſt, etiã ſi innocens inueniẽ. extra de acco. Deus omnipotẽs, 3. ff. de li. cauſa. qui de libertate. Io. quod falſum credo, prout notaui in quæſtionibus. B. de hoc notaui. 8.q.4. nonne. Ioan. ſi autem

Accuſatus lite pendente, ſi promotus, an ſit deponendus.

Cum iſta gl. conco. gl. non in. 1. reus.

Ibi not.

accuſator per annũ tacuerit, poſtea poteſt promoueri electus, vt ff. de mune. & hon. reus. ſed in epiſcopatu tãtum tres menſes dantur, vt in auth. de ſanct. epiſc. §. 3. collat. 9. niſi iudex breuius tempus fuerit moderatus, vt 5.q.5. q̃ quis. arg extra de fide inſt. accepimus. extra de appella. q̃ſonas, in ſi.

Gloſa quis pendẽte accuſatione vel denũciatione poſſit promoueri debet, quãuis innoxius ſit. & re mil. q̃ſtatu. & l. qui cũ vno. §. reus.

e ¶ Cõuicto.] De crimine: vel quod poſt accuſationem fuerit ordinatus.

f ¶ Sociabitur.] Sic ergo ſententia lata contra ordinatũ præiudicat ordinatori, vt hic, & 59. diſt. ordinatos. & hoc videtur propter cauſæ cognitionem, vt dixi 3.q.6. hæc q̃ppe. Vel dic quod tunc præiudicat ordinatori ſententia lata contra ordinatum, quando præſens eſt, & ſcit cauſam agi ordinati cum enim quaſi ſua cauſa agi videtur, & tacet; nec defendit cauſam, ſibi præiudicat, vt extra. & ſentẽ. & re iudi. quãuis. & ff. de regu. iur. ſæpe.

Epiſcl. ericos ſine examinatione ordinantis, punitio.

4 Et ſic intelligitur extra de filijs ꝓbyt. veniens ſm Lau.

5 Licet ita habeatur in antiqs apparatibus: tamen ſm iſtã correctionẽ B. Brix. non eſt de gl. ſed ita debet eſſe vt hic eſt poſita cum additione Bar. Brix. ſed Ioan. de Fãt. hoc ponit in ſuo apparatu ſicut iacet.

SI qui.] CASVS. Quidam presbyteri promoti ſunt ſine examinatione. & poſtea cũ examinarentur, ipſi in iudicio cõfeſſi ſunt oia peccata ſua. Aliãte ordinationem cũ examinarentur, cõfeſſi ſint peccata ſua & tamẽ epiſcopi promouerũt eos, quę ſitum eſt in Nicæno concilio, vtrum iſti debeant recipi & defendi in ſuis ordinibus? Et reſpondet quod non. Sic ponit caſum Beneuen. H. vero intelligit de eiſdem perſonis caſum ſic. Aliqui ſine examinatione in presbyteros ſunt promoti: poſtea examinati in iure, confeſſi ſunt peccata ſua, nihilo minus tamẽ promoti ſunt ad epiſcopatum, vel ad aliam dignitatẽ; quæritur eſt in concilio. vtrum tales debeant recipi? Et reſpondet quod non.

g ¶ Sine examinatione.] Sed quid de epiſcopo, q̃ ſine examinatione tales ordinat? Dicit lex & canon eum deponendum in auth. quomodo opor. epiſc. §. oportet. & 1.q.1. ſi qui epiſcopi. & ſu. diſt. 24. §. vlt. ſu. diſt. 50. de his vero. & c. ex pœnitentib. Item quid ſi dicat epiſcopus ſe diſpenſaſſe cum eis? non eſt, ei credendum, niſi probet ſe cum eis diſpenſaſſe: vel niſi ſibi bonas litteras dederit. nam hæc res commiſſa eſt epiſcopo quęredã, non negligenda. ff. de tranſac. cum hi. §. ſi prætor. 4. debet ergo probari diſpenſatio, vt eſt expreſſum extra de ſchiſma. c.3. maxime cum epiſcopus diſpenſare nõ debeat ſine conſenſu capituli vel maioris partis: aliàs poſt errores ſuos ſemper mentiretur epiſcopus ſe cum eis diſpenſaſſe: quod verum credo etiam circa notum. hoc tamen §. non nego, quin circa notam perſonam ſolo facto diſpenſat epiſcopus, vt dixi ſup. diſt. 51. c. vlt. punitur tamen epiſcopus ſi indiſcrete diſpenſat.

h ¶ Examinati.] cum ad maiora promoueantur, ſcilicet ad epiſcopatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

confessi fuissent, contra regulam [a] venientes homines eis manus imposuerunt: hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehensibile est, sancta † defendit ecclesia.

† al. catholica

sic in epi. 1. Cali. 1.

Item eisdem concilij, c. 10.

¶ Lapsi per ignorantiam, aut contemptu ordinantium, ordinati deijciuntur. C. V.

QVicunque ex his, qui lapsi sunt, per ignorantiam [b] sunt ordinati, vel contemptu [c] eorum, qui eos ordinauerunt; hoc non præiudicat [d] regulæ ecclesiasticæ. Cum enim compertum [c] fuerit, deponuntur.

a ¶ Contemptu.] *Græce est in concilio vulgato,* καὶ προπετῶς τῶν προχειρισαμένων. *Id est,* vel etiam ijs antea scientibus, qui ordinauerunt.

Item Innocentius ad Maximum, & Seuerum, epist. 5.

¶ Alienus fiat ministerio, qui illud, viuendo illicite, polluit. C. VI.

MAximianus † [f] filius noster agens in rebus huiusmodi, qualem [g] querelam detulerit, libelli [h] eius series annexa declarat. Qui zelo fidei, & disciplinæ ductus, non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponerem, nisi nossem veltram prudentiam legis totius habere notitiã. Et ideo, fratres charissimi, libelli, qui subiectus est, tenore perspecto [i], eos, qui talia perpetrasse dicũ tur, iubebitis in medio collocari; discussisque obiectionibus, quę ipsis presbyteris impinguntur, si conuicti fuerint à sacerdotali remoueantur [k] officio (quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt, atque alieni efficiantur à ministerio, quod viuendo illicite, polluerunt. [l].

Poly l. 4. tit. 39. Anſl. 8. c. 15. Iuo par. 6. c. 96. † al. Maximianus.

Item Eugenius Papa.

¶ Cuilibet ab ordine deposito, episcopi prouidentia, locus pœnitentiæ deputetur. C. VII.

SAcerdos, aut quiuis alius in ordine ecclesiastico prohibitus, si in eo [m] scelere inuenitur, quo abijciendus comprobatur; depositus, prouidentia episcopi, bene prouiso [n] loco constituatur; vbi peccata lugeat, & vlterius non committat.

Anſl. 5. ſprim.

a ¶ Contra regulam.] Quæ interdicit tales ordinari.

Q Vicunque.] CASVS. Quidam criminosi ordinati sunt ignoranter ab episcopis, quidam vero scienter. Quæritur an debeant deponi? & respon. quòd sic.

b ¶ Per ignorantiam.] Ordinantium: & dic ignorantiam iuris vel facti, secundum Hug.

c ¶ Vel contemptu.] id est eis scientibus.

d ¶ Nõ præiudicat.] Factu enim prætoris iuri publico non derogat. ff. de fer. l. 1.

e ¶ Compertũ.] Arg. q̃ quãdocunque de veritate constat, sequenda est. 8. dist. q̃ contempta. nam diuturnitas tẽporis, &c. extra de simo. nõ satis. inducit tamen dispẽsationem. 35. qõ. 8. de gradibus 1. &

1 Aliqui habẽt hoc extra qui ma. accus. posſ. per tuas.

MAximianus.] CASVS. quidã presbyteri ex concubinis filios habuerũt; quos Maximianus zelo Dei accensus, coram Apostolico accusauit. cõmisit ergo causam Innocentius quibusdam, & pcepit eis, si hæc vera inuenerit, remoueant eos ab officio sacerdotali.

f ¶ Maximianus.] inf. 3. q. 2. quia ea.

g ¶ Qualem querelam.] subaudi criminalem. nam clericus erat ille. nõ. n. laicus posset istos accusare 2. q. 7. per totum: nisi forte patronus prælatũ de dilapidatione: quia tũc sua interest. ar. 16. q. 7. filijs. aliàs laicus non audit de hoc crimine, vt 28. dist. consulendum.

Patronus prælatum de dilapidatione accusare potest.

h ¶ Libelli.] Per hoc q̃ dicit, libelli, & postea presbyteris. argumentatur, q̃ quis in eodẽ libello plures accusare possit. Ioã. Quid iuris sit d̃ hoc no. plene. 2. q. 1. prohibentur in glo. quę incipit, quæritus.

Accusari possunt plures simul.

h ¶ Libelli.] Idest, charę, q̃ Papa misit 30. q. 3. Pyacũsiũ. B.

i ¶ Perspecto.] Videtur ergo, q̃ non sufficiat si authẽtice ipsum exhiberet; sed vt etiam teneatur exhibere libellum quem porrexerat Pape, vt 6. q. 1. præsentium. & 15. dist. præcepta. & maxime vbi procurator impetrauerat litteras, & dubitatur an ille de hoc habuit speciale mandatum. vt extra de rescrip. nonnulli, vel an fuerit excommunicatus, vt extra de proba. cap post cessionem.

K ¶ Remoueantur.] Ergo presbyter propter simplicẽ fornicationem deponitur, vt 27. q. 1. vt lex. contra. & if. 82. dist. cap. presbyter. & 34. dist. fraternitatis. Io. Commuiter autem dicitur, q̃ pro simplici fornicatione quis deponi non debet, cum pauci sine illo vitio inueniantur.

presbyter an pro simplici fit fornicatione deponẽdus.

DIctum.] CASVS. Dicitur hic, q̃ si sacerdos q̃ dictum vel negligentiam suã fuerit degradatus, detrudi debet in monasterium, vel canoniam regularem ad paiam agendam, nec debet amodo viuere sæculariter, & si contra facere præsumpserit, excõicari debet.

a ¶ Negligentiam.] No. q̃ aliquis æquè deponitur q̃ negligentiam, sicut q̃ dolum. 86. dist. cap. 1. & 11. q. 3. placuit. & 100. dist. qm. & extra de statu monã. cum ad monasterium. in fi. & C. de offi. præfe. ori. si quos. & ff. de cust. & exhib. reo. l. carceri. & l. milites. quod intellego cum crassa est negligentia, vt 1. q. 1. quidquid. & ff. de verb. signifi. magna.

Arg. cõtra 1. q. 1. quod quidam. versi. sed forte.

b ¶ Gradu.] Arg. pro illis qui dicunt exauctoratũ primi fine sacrilegio. arg. est ad hoc 50. dist. accedens.

In conc. Cabilonensi, c. 40. Burc. l. 2. c. 191. Iuo p. 6. c. 236.

¶ Retrudantur in monasterium presbyteri, qui pœnitentiam agere contemnunt. C. VIII.

DIctum est nobis presbyteros propter suam negligentiam [a] canonicè degradatos, & sæculariter gradu amisso viuere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Vnde statuimus, vt gradu [b] amisso, agendæ pœnitentiæ gratia, in monasterium «, aut in canoniam regularem mittantur. ¶ Si vero hoc fieri causa quælibet prohibuerit, vbicumque sint, pœnitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu sæculariter [c] viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab ecclesiæ communione seperentur.

« ¶ In monasterium.] *In concilio Cabilonensi, vbi hic canon habetur (licèt Burchardus etiam & Iuo ex Moguntino citent) & apud cæteros collectores legitur,* in monasterio, aut canonico, aut regulari: *in vno autem peruetusto Gratiani codice,* in monasterio iuxta canonicam regulam.

Item Isidorus, sentẽtiarum de summo bono, lib. 2. c. 10.

¶ Mutatio loci aliquando valet conuersis ad pœnitentiam. C. IX.

VAlet [d] interdum [e] conuersis pro animæ salute mutatio loci. Plerumq; enim dum mutatur locus [f], mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quisque illecebris deseruiuit. Nã locus, vbi quisque praue vixit, hoc in aspectu [g] mentis apponit, quod sæpè ibi vel cogitauit, vel gessit.

Item ex tertia Synodo Aurelianensi, c. 7.

¶ Clericus adulterasse conuictus, vel confessus, in monasterium detrudatur. C. X.

Iuo p. 8. c. 285. Mann. l. 3. c. 143.

SI quis clericus adulterasse aut confessus, aut cõuictus fuerit, depositus ab officio, communione [h] concessa, in monasterium, toto vitæ suæ tempore detrudatur.

Item Pelagius Papa Constantino defensori.

Pan. l. 3. c. 144.

¶ De eodem. C. XI.

ROmanus ecclesiæ Thæanensis clericus pro crimine adulterij, quod admisisse perhibetur, à clericatus ordine depositus, in monasterium hic in vrbe Romana [i] ad agendam pœnitentiam ex nostra iussione detrusus est.

Item ex canone Apostolorum 25.

c ¶ Sæculariter.] Hic patet, q̃ depositus sm regulã ecclesiasticam tenetur viuere. arg. ad hoc. 32. distinct. si quis. 20. q. 3. eos. vnde verberans eos incidit in canonem: & ecclesia eos tueri debet, nisi sint incorrigibiles, vt extra de iud. cũ non ab homine. Io. quod falsum credo, cũ sit exauctoratus, & nudatus oi priuilegio 2. B. Sed nũquid q̃ hoc modo detruditur in monasterium, ibi cogitur esse pperuo, qđ videtur d. 50. c. 1. in fi. ea. si q̃s clericus. Sed dic hoc esse in arbitrio iudicis, & sm qualitatẽ delicti; nã q̃nq; ad tempus detrudit, vt 2. q. 1. in primis. q̃nq; iubet peregrinari per orbẽ, vt de pœ. d. 6. sacerdos. q̃doq; traditur curiæ sæculari, vt 11. q. 1. statuimus: aliàs nunquã cogitur quis inuitus ingredi monasterium, nisi propter delictum, vt 20. q. 1. sicut & 55. d. si euangelica. Ioan.

VAlet.] CASVS. Statuitur hic, q̃ si aliquis de crimine fuerit conuictus, debet separari à loco ĩ quo cõmisit delictũ ad pnãm peragendã. Nã interdum valet loci mutatio cũ affectus mentis sæpè cũ loco mutet, cũ nõ videat vbi malè gessit. Sequentia duo c. plana sunt, q̃ de hac materia loquuntur.

d ¶ Valet.] Gratia cooperante.

e ¶ Interdum.] Interdum nocet. vt sup. d. 74. quorũdam. & C. quomodo, & quãdo iud. l. 5. sed valet si fiat ex charitate.

f ¶ Mutatur locus.] if 35. q. 6. ab illo die. inf. d. 86. fraternem.

g ¶ In aspectu.] Memoria delictorũ, quę est cõcupiscẽtia, detestabilis est 32. q. 5. mulier, quę autem est ad cõpunctionẽ, illa bona est. Nullũ enim tale delictorũ remedium est sicut eorum continua memoria. de pœn. dist. 3. fudas de pœ. dist. 1. §. his auctoritatibus. ver. non tibi dico. & versi. nunc autem. & quandoque bona est memoria rei ad terrorem. vt 7. q. 1. denique, in fi.

Clericũ deposituũ verberans incidit in canonem.

2 Argu. ad hoc 54. dist. ca. 2. in fin. vbi de hoc.

Detrusus in monasteriũ an cogatur ibi perpetuo e.

h ¶ Communione.] cf. fidelium & sacramentorum. H. Alij dicunt, cf. fidelium, non autem fratrum. arg. infra eod. si diaconus. Archid.

i ¶ Romanus.] Sed qua ratione detrudi tur ibi, cum aliunde esset? quia ibi fortè commiserat, vt in Auth. vt nulli iudi. §. si vero.

Delictorum memoria an sit bona.

3 Ad hoc 32. q. 7. non solũ. in princ. vbi de hoc.

Presbyt

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, sed sancti patres in Gangrensi concilio congregati hunc rigorem temperarunt, statuentes, vt si presbyter sponte confiteatur delictum suum, & velit pœnitere, decem annis pœniteat iuxta modum, qui in hoc ca. exprimitur: postea poterit in honorem pristinum reuocari. Eadem pœnitentia erit sacerdotibus imponenda pro singulis delictis, quę de positionem inducút. a ¶ Presbyter.] Hoc c. intelligút quidam de dispẽsatione, alij de iure: qa eps post peractam pœnitẽtiã tenetur dispensare: arg. 50. d. dño sancto. &c. vt constitueretur. vnde dicũt hodie pro fornicatione neminem deponendum. nisi in ea perduret. & ideo quia hodie fragiliora sũt corpora nostra, quã olim erant. 34. dist. fraternitatis, licet eadem ratione debes dicere de quolibet crimine, vt inf. eo. c. vers. eadem quoque. & not. sup. prox. dist. c. Maximianus.

Fornicationis causa hodie nemo est deponẽdus.

b ¶ Apostolorum.] Hic concilium dispẽsat contra Apostolũ in pœnis, vt sup. dist. proxi. presbyter. sic sup. 24. d. cognoscamus. &c. lector.

Concilium contra Apostolum dispensat.

c ¶ Auctoritatem.] Hanc non habemus in corpore canonũ B. Siluestri.

d ¶ Decẽ annis.] Alibi dicitur, qp sacerdoti pro fornicatione imponitur pœna xij. annorũ, & episcopo xv. 30. q. 1. si quis sacerdos. &c. non dẽt. alibi. vij. vt 33. quæst. 2 hoc ipsum. Sed varietas delicti inducit varietatem pœnæ: scilicet cum fornicatio est simplex, vel incestuosa, poterit sacerdos mitigare pœnã pro quantitate criminise & qualitate personæ. 26. q. 7. tempora.

Sacerdotis fornicarij pœnitentia.

ter [a], si fornicationem fecerit, quamquam secundum canones Apostolorum [b] debeat deponi; tñ iuxta auctoritatem [c] beati Papæ Siluestri, si in vitio non perdurauerit, sed sua sponte confessus adiecit, vt resurgat; decẽ annis [d] in hunc modum pœniteat; tribus quidem mensibus priuato loco à cęteris remotus pane & aqua à vespera in vesperã [e] vtatur; tantũ aũt diebus Dñicis, & præcipuis festis modico vino, & piscículis, atq; leguminibus recreetur sine carne, & sagimine, ouis, & caseo ß: sacco indurus humi adhæreat; die ac nocte iugiter misericordiã Dei omnipotẽtis imploret: finitis tribus mensibus continuis exeat: tñ in publicũ non procedat; ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Nec eñ † debet sacerdos publice pœnitere [f], sicut laicus. Postea aliquãtisper resumptis viribus, vnum annum, & dimidiũ in pane & aqua expleat, exceptis Dominicis, & præcipuis festis, in quibus vino, & sagimine g †, ouis, & caseo iuxta canonicam mensuram vti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis & sãguinis Domini, ne indurescat, particeps fiat, & ad pacem veniat; psalmos cum fratribus in choro [h] vltimus cantet; ad cornu altaris non accedat; iuxta beati Clementis vocem [i], minora gerat officia. Deinde vero vsque ad expletionem septimi anni, omni quidem tempore, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas ferias [k] in vnaquaq; hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto [l] septimo anni circulo, si sui confratres, apud quos pœnituit, eius condignam pœnitentiam conlaudauerint; episcopus in pristinum honorem, iuxta beati Calixti Papæ auctoritatem, eum reuocare poterit. Sanè sciendum est, qp secundam feriam vnum psalterium canendo, aut vnum denarium [m] pauperibus dando (si opus † est) redimere [n] poterit. Finitis autem septem annis, deinde vsque ad finem decimi anni, sextam feriam [o] (nulla interueniente

†al. etiam

†al. sanguine

Epist. 2.

Epist. 2.

†al. operari?] Poly.

a Adde not. Simonis & glos. & Bar. in l. Barbarius. ff. de offi. præt. & in l. 1. glo. 1. ff ad leg. Iulia. de ambi. Ieiunari potest p aliũ.

2 Ad hoc facit quia iurando per aliũ, vt not. 63. dist. tibi. argu. contra ext. de offic. deleg. ca. fin. cum similibus Archi. Pœnitentia imposita auctoritate Papæ multa non pũt.

3 Adde bonum text. in l. plerumq; ff. de iudic. & in l. 2. ff. de li. le.

4 Videtur innuere, quod fit secus in ieiunijs indictis ab ecclesia. Sed potest dici fm Inno. q licet ieiunia indicta ab ecclesia non debeãt commutari, vel redimi ad causam, ea possunt commutari secundum ferentum, quod obtinet in diœcesi Tusculan. & dicitur qp in quibusdam locis Franciæ fœbi sunt ecclesiæ sancti Quintini non ieiunatur in vigilia omnium sanctorum, sed tertia præcedenti die secundũ Inn. Archi.

enim de vna negatur, de alia concedi videtur. 23. dist. qualis.

a ¶ Iiadem.] Non tamen eadem dispensatio est in omnibus: quia in aliquibus prohibetur. 50. dist. miror. Proui.

redemptione) obseruet in pane & aqua. Eadem [a] quoque pœnitentia erit sacerdoti, de omnibus alijs peccatis, & criminibus, quæ eum in depositionem inducunt. Neque hoc cuiuslibet videatur onerosum, si sacerdos post lapsum, digne, vt supra dictum est, pœnitens, ad pristinos redeat honores.

« ¶Et caseo.] *In vulgatis, sequebatur,* vtatur: *quæ vox sublata est auctoritate & omnium fere exemplarium Gratiani manuscriptorum, & Polycarpi, & liori manuscripti in superiore notatione indicati.*

DISTINCTIO LXXXIII.

In libello Ennodij.

Rouidendum [b] quoque est, ne is, qui ad ordinãdum eligitur, & si à proprio vitio videatur alienus, consentiẽdo alienis inquinetur. Vt enim Symmachus Papa ait; non est grandis differentia, an lethum inferas [c], an admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possit, non excludit.

Hinc Gregorius VII. ait in reg. lib. 6. c. 12. Romanæ synodi celebratæ Anno Domini 1080. *al.* 1078.

¶ Suspendatur episcopus ab officio, clericorum suorum fornicationi consentiens. C. I.

In 6. c. 177.

SI quis episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum [x], vel crimen incestus in sua parochia, pretio [d] interueniente, vel precibus consenserit vel commissum, sibique compertum auctoritate officij sui non impugnauerit; ab officio suspendatur [e].

« ¶Subdiaconorum.] *Additum hoc est ex originali, & Anselmo; quemadmodum & paulo post verba illa,* sibique compertum. *Notum autem est à tempore Gregorij primi subdiaconos eadem lege continentiæ, quæ presbyteros, adstrictos fuisse.*

Item Gregorius prima parte pastoralis, c. 2.

Poly. l. 4. tit 31. Burc. l. 1. c. 209. Iuo p. 5. c 325.

¶Maxime ecclesiam lædit, qui sub nomine sanctitatis delinquit. C. II.

NEmo quippe in ecclesia nocet amplius, quàm qui

b De hoc not. 1. q. 1. qui studet. ibi videas.

2 Adde ar. ad hoc bonum in l. non tantũ. ff. de app. & ff. de reli. & sump. fu. l. at si quis. §. Labeo.

3 Si est coniuncta persona videtur donasse, nisi protestetur, secus si esset extraneus. in fine eodem modo distinguitur, ff. de relig. & sũ. fu. si quis. §. sed interdũ. Archid.

4 Adde ad hoc not. in l. soluendo. in glos. 2. ff. de neg. gest. & in l. solutionem. ff. de solu.

PRouidendum.] Hęc dist. diuiditur in duas partes: in quarum prima punit negligẽtes prælatos, & qui gaudent adulationibus: & hoc probat per 7. auctorit. Secũda ibi, [Quamquam.] Ioan. de San. CASVS. Hucusque tractauit Gratianus, qp oportet prælatum esse sine crimine, quod in faciendo consistit. sed quia cõsentiens malo aliorum dicitur cõmittere crimen, ideo subiungit hãc 83. d. in qua ostendit, qp prælatus etiã consentire non debet peccatis alienis: quia parum differt vtrum quis homicidiũ cõmittat propria manu, vel facienti consentiat? quia mortem probatur inferre, qui hanc cum potest non excludit.

b ¶ Prouidendum.] In duabus superioribus distinctionibus tractauit magister, quòd ordinandus debet esse sine crimine proprio. In hac distinctione ostendit, qp non debet alienis criminibus consentire.

c ¶ Inferas.] Simile est inf. 86. d. pasce. & extra de sent. excommu. quantæ. & patet hic, qp medicus gratis tenetur curare pauperem infirmum: quia plus debet valere apud eum vita illius, quàm propria pecunia, vt 86. dist. teneor ei dare vt me liberem à morte? ita videtur, per hoc quod hic dr, & 86. distin. non satis. in princ. Dicunt tamen quidam, solos prælatos ad hoc teneri, vt 12. q. 2. gloria. & 16. q. 1. c. vlt. Alij dicunt, qp quilibet teneatur redimere vitam alterius. Vtrum autem quilibet teneatur defendere alium, dixi 84. q. 3. non in inferenda.

Si quis eps.] CASVS. Quidam episcopi pretio interuenientibus, vel precibus consentiebant clericis suæ diœcesis in fornicatione stare, vel incestu: & eos nõ puniebant. Quæsitũ fuit à Gregorio quã pœnam pati debeãt? Et rñdet qp suspendi debẽt ab officio & bñficio.

d ¶ Pretio.] De hac materia inuenies 16. q. 7. decimas. & 1. q. 1. c. vlt. & cap. nullus episcopus. infra. 23. q. 4. c. si is qui. & cap. si illic.

e ¶ Suspendatur.] Id est deponatur. 1. q. 3. si quis episcopus. alias esset contra 11. q. 3. Teugualdum.

ADDITIO. Vel dic qp ponit pœnam solus consensus secundum L. cuius etiam fuerunt verba, quæ præcedunt. De hoc legit & not. sup. 12. d. eos. in fi. ibi videas.

NEmo.] CASVS. Dicitur hic, quòd nemo magis in ecclesia nocet quam prælatus delinquens: quia nullus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullus audet eum redarguere propter ordinis reuerentiam : & alij sumunt ab eo exemplum delinquendi : & ideo episcopus qui tales non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quàm episcopus.

a ¶ Redarguere.] Sup.dist.40. si Papa.6.q.1.oues.quia

Delicta maiorum alios corrũpunt.

peruerse agens nomen,vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namq. hunc nemo redarguere [a] præsumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur [b]; quãdo pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Episcopus ∝ itaque, qui talium crimina non corrigit [c], magis dicendus est canis impudicus, quàm episcopus.

b ¶ Extenditur.] Delicta enim maiorũ trahuntur ab alijs in exemplum, vt 11.q.3. præcipuè.

c ¶ Nõ corrigit.] Cũ est clamor de talib. ext.de fi.licet Heli.

Burc.l.1.c.203. Iuo p.5. c.317. ex Gregorio.

∝ Episcopus.] *Hæc non sunt ibi apud B.Gregorium. Similia citantur infra 2.q.7. c. qui nec regiminis, ex Augustino (cui etiam reliqua huius capitis antea tribuebantur) & ex eodem à Burchardo, & Iuone citantur, Cæterum ijdem collectores, Burchardus quidem lib.1.c.13. Iuo autem parte 5. c.67. referunt aliqua ex Origene, quæ cum his aliquantulum conueniunt.*

Item Innocentius.

¶ Qui non resistit erroribus, consentit. C. III.

Denisedit p.8. Eluterius Papa ad Gallię quincias, & orientales in epi.ad Iulium, & Ægyptij in epist. ad Felicem II.

ERror cui non resistitur, approbatur; & veritas, cum minimè defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cum possis [d] deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret scrupulo societatis [e] occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiasse,

Item Pius, epist.1. ad omnes Christi fideles.

¶ Non prodest suo errore non pollui, qui alieno consentit. C. IIII.

QVid enim prodest illi suo errore non pollui [f], qui ꝙ consensum [h] præstat erranti?

Item Gregorius. ∝

¶ Qui non occurrit, consentit erranti. C. V.

Poly.l.4.tit.31.

COnsentire videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi [i] debent, non occurrit [k].

d ¶ Negligis.] Supra 38.dist.ignorantia.

e ¶ Societatis.] Impropriè sumitur hoc nomẽ societatis: ga inhonestarũ rerum societas nulla est. ff. pro socio. nec prętermittendum.

f QVid enim.] ¶ Nõ pollui.] directæ. nam occasione alterius bene polluitur, si ei consenserit.

g ¶ Qui.] Infra 22.q.5. si quis.

h ¶ Consensum.] De triplici consensu dr 2.q.1. notum. in fi.

i COnsentire vr.] ¶ Corrigi.] inf. 11.q.3. qui cõsentit. inf.23.q.3. oste dit.& 24.q.3. qui. aliorum.

K ¶ Non occurrit.] Si.ff.de iure pat. adigere. ff. de noxa. si seruus. in fin. ff. de ijs qui no. insa. quid ergo.§.1.

SICVT AVTEM. CASVS. Hucusque ostendit, ꝙ aliquis peccatis alienis consentire non debet. Nunc vero ostendit, ꝙ laudib. malorum aliquis gloriari non debet, nec gratulari.

NIhil.] CASVS. Quidam prælati gloriabantur laudibus malorum. Sed dicit Anacletus, ꝙ ex hoc facto maxima pernicies oritur circa subiectos, quia prælatus qui laudibus gloriatur, timet corrigere delinquentes: & sicut nouerca odit priuignum, ita negligentia, correctionem & disciplinam.

i ¶ Luporum.] Id est laicorum : qui quandoque dicuntur oues, vt 2.q.7.oues.

l Scilicet malorũ: qui sunt in ecclesia sine videntur cũ non sint, & cum possint nos iofensis de consc.d. 4. quoniodo. ver. non ob aliud. in fi. secundum L.

a ¶ Placere.] Sic 21.q.1.ca.1.simile extra de cleri.con iug.ca.diuersis. simile ff. de oper. libet duorum.

b ¶ Labiorum.] Id est, prædicandi: vel etiam redarguendi.

c ¶ Obligata.] Si.infra.8.q.2.c.vlti.& c.dilectissimi.

d ¶ Negligentia.] Supra 38.dist.ignorantia.

SOlicitum.] Hæc dist. diuiditur in quatuor partes: quarum prima reprehendit desides episcopos. & hoc per duo c. Secunda, ibi [Quod autem:] Tertia ibi, [Similiter] Quarta ibi, [Presbyterorum]. Io. de Fan.

CASVS. Supra ostẽsum est, ꝙ prælatus debet esse sine crimine. Nunc vero supponit 84.dist.in. in qua ostendit Gra. quòd prælatus debet habere solicitudinem circa subiectos. Et habet hæc dist.4. articulos. In primo dicitur quod episcopus. debet esse solicitus circa tuitionem pauperum & monasteriorũ. In secũdo agit de mũditia sacerdotũ. In tertio, ꝙ eps debet esse monogamꝰ. In quarto vnde dicatur presbyter.

e ¶ Solicitũ.] Tria.c. apostolicæ regulæ hic breuiter tãgit, ꝙ episcopus debet esse prudens 1. cõtinens monogamus.

1 Prudentia consistit in scientia litterarum: sed non videtur esse astutus qui in his q̃ debet agere per vigil nõ est, & solicitus. & ita patet ꝙ eẽ solicitum refertur ad esse prudentem fm Hug.

PEruenit ad nos.] CASVS. Paschasius eps in duobus delinquebat scilicet ꝙ nõ curabat defendere monasteria & pauperes & oppressos; & præterea consilia sapiẽtum audire nolebat. Scribit ergo Greg. Anthemio subdiacono reprehẽdendo cũ, ꝙ talia ꝓmittebat, & mandat ei, vt eum corrigat coram alijs episcopis, vel coram quibusdã de nobilibus subiectis, ꝙ si se non corrigat, Romam est trãsmittendus: vbi sciat qualẽ cõuẽiat esse sacerdotẽ, vel ꝑlatum ecclesiasticũ.

f ¶ Pauperes.] Quorũ curã nõ ꝙ se, sed per archipresbyterũ vel archidiaconũ gerunt. C. de repu. l. 3. cum etiam. cõsilio cleri-corũ debeat eps disponere de rebus ecclesię extra & ijs quę fi. à prælato. fine cõse. cap. nouit. & iste nõ excusat qm nõ potuit scire, sed noluit. 38.dist. qui ea. nec iudici licet deuiare à responsis prudentum. instit. de iure nat. §. responsa. & dicit lex: quòd tunc non prodest alicui ignorantia, qã potuit scire per se vel per alium. ff. de bono. posl.

2 Ad hoc. 37.dist.in. §. vlt. c. nõ om nis. Ignorantia illũ qui scire potuit ꝙ alium.

Doctrina est ab oib. accipiẽda. Cõsilio bono ẽ acquiescendum.

Sicut autem aliorum vitia palpare non debet, ita nec malorum laudibus delectari.

Vnde Anacletus Papa epist.1. episcopis omnibus.

¶ Miserrimus est episcopus, qui malorum laudibus gloriatur. C. VI.

Anf.l.4.c.154. Iuo p.5.c.237. in fine.

NIhil illo est pastore miserius, qui luporum [l] laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum, placere [a] lupis, & gregibus ouium potest. Perdit enim labiorum [b] ∝ memoriam meus terrenis obligata [c] carceribus. Sicut † artium in suo quoque opere inuenitur mater instantia; ita nouerca eruditionis est negligentia [d].

† al. Sicut autem.

∝ Labiorum.] *In epistola Anacleti legitur*, laboris: *apud Anselmum, & in vno ex vetustis codicibus Gratiani*, laborum; *vnde potuit irrepsisse mendum: quod tamen ob glossam non est sublatum.*

Burc.l.1.c.204. ex dictis. Hier. Iuo.p.5.c.318.

2 *Quamquã sacerdotem tam à suis, quàm ab alienis criminibus oportet esse immunem; tamen si aliorsum sese habuerit, non ideo verba suæ prædicationis debent cõtemni. Sicut enim Hieronymus ait, vt lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, & nõ lauatur; ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentium lauat à sordibus peccatorum.*

DISTINCTIO LXXXIIII.

1 ps

SOlicitum[e] quoque, & vigilantem oportet esse episcopum circa defensionem pauperũ, releuationẽ oppressorum, tuitionem monasteriorum. Quod si facere neglexerit, aspere corripiendus est.

Vnde Gregorius Anthemio subdiacono Campaniæ, lib.9.epist.29.

¶ Corripiatur episcopus, qui circa officium suum negligens extiterit. C. I.

PEruenit ad nos, fratrem, & coepiscopum nostrum Paschasium ita desidem, negligentemque in cunctis existere; vt in nullo, quia est episcopus, agnoscatur: adeo vt neque ecclesia ipsius, neque monasteria, siue filij ecclesiæ, vel oppressi pauperes † [f] eius erga se dilectionis studium sentiant; nec aliquam supplicantibus sibi † in quibus iustum est, opem defensionis, accommodet; & (quod adhuc dici est grauius) consilia & sapien-

† al. vel pauperes.

† his] orig.

e ¶ Solicitum.] Hæc secunda pars huius dist. in qua dicit, licet mali sacerdotes sint culpandi: tamen non despiciendi. Io. de. Fan.

ADDITIO. Est nota. hic malum prælatum lixiuio comparari: alibi lapideo canali, vt in prædic. cap. si fuerit. Alibi monetario. 1.q.1. quod quidam. & vide quod dixi. 44.dist. cap. 1. & in summa. & dic, lauat, scilicet conditionaliter, secundum Hug.

CASVS. Dictum est supra, ꝙ prælatus debet esse immunis à suis peccatis & alienis. sed quamuis sit peccator: non tamen eius doctrina debet contemni: quia sicut lixiuium per cinerem fluens lauat sordes, & nõ lauatur: sic doctrina per malum sacerdotem ministrata lauat auditores à sorde delictorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

posſ.in bonorum.ff.de iuris facti ign. regula.

a ¶ Sapientum.] Prima q.r.eſtote.

b ¶ Ab altero.] Supra,diſt.38.c.vlt.

c ¶ Poſſit.] Nam omne artificium,&c.ff.de leg.3.ſeruis legatis.§.ornatricibus.

d ¶ Diſtuliſti.] Hoc ideo, quia iſte erat legat⁹ iſtius prouincię.

e ¶ Sacerdotalis.] Id eſt,epiſcopalis.

ADDITIO. Hoc ideo vt magis verecundetur. H. & hoc ſi publice peccauit. 45.diſtinct.ſed illud. alias ſecus, vt in gl. ſeq.alleg.15.q.5.c.1. ſecũdum Io.de Fan.

f ¶ Diſcere.] 15.q.5. c.1.

g ¶ Dei timorẽ.] 28. diſt.quia ſunt.

Vigilantibus iura ſcripta ſunt.

NVnciatũ.] CASVS. Epiſcopi Cãpaniæ negligentes erant circa eccleſias & monaſteria, & circa pauperes & oppreſſos. Scribit ergo Greg Antemio ſubdiacono, vt epiſcopos in vnum conuocet, & eos ſuper his reb⁹ita corrigat & emendet,q⁹ & cætero apud Papã que rela iterari ñ poſſit. quòd ſi negligentes fuerint,Romam trãſmittantur,vt ibi per diſtrictionẽ ſentiãt quàm grauе ſit a prauis non corrigi.

h ¶ Vigilãtes.] Nam vigilantibus iuscuile ſcriptum eſt. ff. de ijs quę in trau.credi. pupillus in fine.

i ¶ Aliqua excuſatione.] Argu.in hoc caſu nõ licere appellare 1.Arg.ff.27.q.1.ſi cuſtos.& c.ſi homo. arg.extra de appell. cũ ſit Romana. & c. reprehenſibilis.dic.in ſufficienti,ne fit contra.extra.de offic.de leg.c ex parte. K in ſe valeat.] Vt ſi ſtultus fuit in culpa, ſapiẽs ſit in pœna,vt 38.diſtinct. qui cap. & 27.q.1 ſi,cuſtos,& c.ſi homo.

QVOD AVTEM. Hæc eſt ſecũda pars huius diſtin. in qua probat duab⁹ auctoritatibus,q⁹ diaconi,presbyteri, & ſubdiaconi debent eſſe caſti. Ioan.de Fant.

CASVS. Supra in 82.diſt.oſtenſum eſt de munditia ſacerdotũ & diaconorum. Nunc vero dicit idẽ eſſe intelligendum de ſubdiaconis,& eſt iſte ſecundus articulus

CVm in præterito.] Hæc duo cap.intelligit H.& B.de matrimonio non contrahendo in tribus ſacris ordinibus,& in eccleſia orientali. Eſt ergo caſus.In primo concilio Carthaginen.conſtitutũ fuit,vt epi,presbyteri,diaconi,& ſubdiaconi abſtinerent à matrimonio cõtrahendo ſicut a tempore Apoſtolorum fuit obſeruatum. Poſtea ſecundo fuit congregatum concilium ab ipſis epiſcopis: & forte alij plures etiam prædictam cõſtitutionem confirmauerunt,& approbauerunt.

1 ¶ Cum in præterito.] Scilicet in primo concilio Carthag. 1 Hoc cap. & ſequens intelligit H. de matrimonio contrahendo, quod ſcilicet non liceat presbyteris, vel diaconis.

a Qui ſacramentis diuinis inſeruiunt.] Id eſt,ſubdiaconi. & quod dicit inf.ea.ab vxoribus abſtinendum,dicas de

diſt.31. c.aliter.

tum[a], & recta ſuadentium nulla patiatur ratione ſuſcipere, vt quod per ſe nequit attendere, ab altero[b] ſaltem poſſit[c] addiſcere. *& infra.* ¶ Quod ſi ita eſt, non ſine culpa tua eſſe cognoſcas, qui eum obligare, atque coercere,vt dignum eſt,diſtuliſti[d]. Quia ergo hoc totum non ſolum ipſum reprobat, ſed etiam ad ſacerdotalis[e] officij pertinere probatur opprobrium;volumus, vt eum coram alijs ſacerdotibus,& † quibuſdam de filijs ſuis nobilibus conteſtari pro hac re debeas,& hortari. Si vero(quod non credimus) poſt hanc adhortationem noſtram ſolito adhuc more negligens eſſe tentauerit; ad nos eſt modis omnibus tranſmittendus,vt hic poſitus diſcere[f] poſſit, quid, vel qualiter ſecundum Dei timorem[g] agere conueniat ſacerdotem.

Paulo. plenius apud B.Greg.

† vel]orig.

Ibidẽ pau⁹ inferius.

Idem ad eundem lib.epiſt.33.

¶ De eodem. C. II.

NVnciatum eſt nobis Campaniæ epiſcopos ita negligentes exiſtere, vt immemores honoris ſui, neq; erga eccleſias,neque erga filios ſuos paternæ vigilantiæ curam exhibeant,vel monaſteriorum ſolicitudinem gerant, ſeu in oppreſſorum,& pauperũ ſe tuitionem impendant. Ideo hac tibi auctoritate præcipimus;vt eis à † te conuocatis,ex noſtro illos mandato diſtricte commoneas; quatenus deſides vlterius eſſe non debeant:ſed ſacerdotalem ſe habere zelum, & ſolicitudinem opere doceant; atque ita in his, quæ eos iuſte ſecundum Deum agere conuenit, vigilantes[h] exiſtant, vt nullum nos de eis denuo murmur exaſperet. Si quem vero eorum poſt hæc negligentem eſſe cognoueris;ad nos eum ſine aliqua excuſatione[i] tranſmitte:vt quàm ſit graue,nolle ab his, quæ reprehenſibilia,& valde vituperanda ſunt,corrigi;regulari in ſe valeat[k] diſtrictione ſentire.

† al.ad.

2 *Quod autem de munditia caſtitatis ſacerdotibus imperatur,hoc etiam de quibuslibet altari ſeruientibus intelligendum eſt.*

Vnde in Carthaginenſi concilio 2.c.2. Aurelius epiſcopus dixiſſe legitur.

In Carthag.co dicis canon.c. 3.& 4.

¶ Qui ſacramentis diuinis inſeruiunt,continentiam in omnibus ſeruent. C. III

CVm in præterito[1] concilio de continentiæ,& caſtitatis moderamine tractaretur,& gradus iſti tres cõſcriptionẽ† quadam caſtitati per conſecrationes annexi ſunt. Epiſcopos,inquam,presbyteros,& diaconos ita placuit, vt concedet ſacroſanctos antiſtites, & Dei ſacerdotes,

† al. cõſtrictione caſtitatis per.

2 Vt contra ſent 2: Alij vero intelligũt ea de cõtracto: & quod dicit 31.d. aliter. infra.etiam ab vxoribus, dicut aut legitime ſibi copu

necnon & leuitas,vel qui ſacramẽtis diuinis inſeruiunt,[a] continentes eſſe in omnibus;quo poſſint ſimpliciter,quod à Deo poſtulant, impetrare: vt qđ Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas[b] nos quoq; cuſtodiamus. § Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt. Omnibus placet,vt epiſcopi,presbyteri,& diaconi,vel † qui ſacramenta contrectãt, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus abſtineant. Ab omnibus dictum eſt; Placet, vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altario deſeruiunt.

† al. &

a ¶ Docuerunt.] *In vulgatis edicibus ſequebatur*, exemplo, *quod eſt ſublatum: quia neque in ipſo ſecundo Carthaginenſi, aut impreſſo, aut manuſcripto, neque in vnico codice canonum, cum quo Græcus canon conuenit, neque in veuſtis Gratiani exemplaribus habetur: & ex gloſſa videtur tranſlatum in textum.*

§ ¶ Cuſtodiamus.] *In codice canonum cap. 5. vnici Carthaginenſis ſequuntur hæc*, Fauſtinus epiſcopus eccleſiæ Potẽtinæ prouinciæ Piceni, Legatus eccleſiæ Romanæ dixit, Placet vt epiſcopi,&c. *quæ in recentioribus Colonienſibus conciliorum editionibus adſcripta ſunt aliis characteribus. Verum in priſca Colonienſi,duabus Pariſienſibus, & codicibus Vaticanis legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

Item ex concilio Carthaginenſi 5.c.3.

In eod. cã. cap. 25. In Africa.c.17. diſt.32. cap.placuit.

† al. propria

¶ De eodem. C. IIII.

CVm de quorundam[c] clericorum,quamuis erga vxores[d] proprias,incontinentia referretur; placuit epiſcopos,& presbyteros, & diaconos[e] ſecundum priora † ſtatuta etiam ab vxoribus continere; quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico remoueantur[f] officio: cæteros autem clericos ad hoc non cogi; ſed ſecundum vniuſcuiuſque eccleſiæ conſuetudinem[g] obſeruari debere).

) ¶ Debere.] *In codicibus impreſſis hæc ſequebantur*, contra Martinum, Papa [ſi lector viduam duxerit,] vt ſupra legitur. Sed illud, vbi neceſſitas;hoc,vbi nulla neceſſitas vrget. *Quæ ſunt expuncta; quia in veuſtis codicibus, aut non habentur, aut ſunt adſcripta in margine.*

3 *Similiter, quòd Monogamus epiſcopus eſſe iubetur, etiam ad relictos ordines eccleſiaſticos deriuari oportet.*

Vnde Syricius Papa Himerio Tarraconen. epiſcopo, epiſt.1.cap.11.

Anſl.8.c.5. Luo p.6.cap.51.

¶ Laica ſit tantum communione contentus clericus viduam,aut ſecundum ducens vxorem. C. V.

QVisquis

eas de ducendis: & ſecundum hoc ſuppletur hic,qđ dicitur in c. ſeq. in quo non fit mentio de ſubdiaconis, q⁹ illud quod habemus 32.diſt. placuit. in quo ſunt fere eadẽ verba.& eſt ſimiliter Carthag.concil. & h c dicit H. q⁹ Apoſtoli nõ inſtituerunt de nõ vtẽdo ita cõtracto quia ſi Apoſtoli hoc inſtituiſſent, orientales hoc admiſſi-

1 Quod eſt 32.diſt. placuit. cui interſit Aug. vt 15 diſtin. c.ſecun. ver. ſeptima. ſecunda Ioã. de Faut.

* *Vide notata ſupra diſtin. 31. in verb. Græ.I.prime.*

exponũt ergo Apoſtoli docuerunt exẽplo & ope.& admonitione, ſecundum Hug: non inſtitutione, vel conſtitutione ſecundum a nos.

b ¶ Antiquitas.] A tempore Syricij hic vocat antiquitatem. 82.diſt plurimos.

CVm de quorundam.] CASVS. In cõcilio Carthag. 6. relatũ fuit,q⁹ quidam clerici continẽtiam non ſeruabant, & ideo ſtatutũ fuit, vt epi, presbyteri, diaconi,& ſubdiaconi abſtineãt ab vxoribus ducendis; & ſi duxerint, deponantur. Cęteri aut clerici ad hoc cogi nõ debent, ſed vniuſcuiuſque eccleſiæ cõſuetudo debet ſeruari. ſed ergo Barth. Brixien. latis credo, q⁹ hæc duo ea intelligi poſſunt i eccleſia occidentali. & de matrimonio iam cõtracto, quo vti non debent clerici in ſacris ordinibus conſtituti. Et ita formabis caſũ, vt ſupradicti nõ vtãtur matrimonio iam contracto promiſſa tam continentia cum vxoribus, & bene ẽt dixit quoſdam ſic intelligere.

c ¶ De quorũdam.] ordo. cũ referretur de incontinẽtia quorũdam clericorum, placuit.

d ¶ Vxores.] Cum quibus profeſſi erãt cõtinentiã ſeruare.

e ¶ Et diaconos.] Et ſubdiaconos. 32. d. placuit. vbi ſunt eadem verba.

f ¶ Remoueantur.] ſup. d. 81. miniſtri.

g ¶ Conſuetudinẽ.] 32.diſt.cap.placuit. & cap.quoniam in quibuſdam.

SIMILITER. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua probatur, q⁹ nullus bigamus poteſt eſſe clericus. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra 26.diſt.dictũ eſt, q⁹ eps debet eſſe monogamus. Nunc autem dicit Gratia. idem eſſe ſeruandum in aliis clericis,& iſte eſt tertius articulus.

QVisquis.] CASVS. Tarraconenſis epiſcopus quæſuit ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

suit à Syricio Papa quid debeat fieri de clericis, qui ducunt viduas, vel secundam vxorem. Et respondet, q̄ debent deponi, & inter laicos redigi.

a ¶ Clericus.] In minoribus ordinibus constitutus, quia de alijs non posset intelligi 1.

nongentis annis & amplius, nullus tamen dictus est presbyter, id est, senior, nisi Abraham, qui paucioribus annis legitur vixisse.

g ¶ Sapientiam.] inf. 35. q. 6. c. 2. sic 20. d. de quibus. ff. de iure immu. semper. ff. de fide instru. l. 2. & l. vlt. arg. con-

clericus [a], aut viduam [b], aut certè secundam coniugem duxerit [c], omni ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox nudetur; laica sibi tantum communione concessa. Quam [d] ita demum poterit possidere [e], si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.

4 *Presbyterorum vero nomen, quamquam à senectute sit sumptum, magis tamen maturitatem* [f] *indicat sapientiæ, quàm caniciem corporis.*

Vnde Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Presbyteri seniores dicuntur non tam ætate, quàm sapientia. C. VI.

PORro Moysi præcipitur, vt eligat presbyteros [† id est seniores.] Vnde & in prouerbijs dicitur [Gloria senũ canicies,] hæc † vero canicies sapientiam g designat, de qua scriptum est [Canicies hominum prudentia est.] Cũque nongentos & amplius annos ab Adam vsq; ad Abraham vixisse homines legerimus; nullus alius [h] prius appellatus est presbyter, id est senior, nisi Abrahã, qui multo paucioribus vixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem: sed propter sapientiam presbyteri nominantur.

Ansel. l. 7. c. 96. Burch l. 2. c. 5. Iuo p. 6. c. 25. *Prou.* 20. † *al. hic.* *Num.* 11. *Exod.* 29. † Absunt ista ab or. *Sap.* 4. ꝛ. apud. 70.

DISTINCTIO LXXXV.

OSpitalitas vero vsque adeo episcopis est necessaria, vt si ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo, lib. 12. epist. 6. Io. Dia. l. 3. c. 11.

¶ Hospitalitatem nesciens non fiat episcopus. C. I.

ARchidiaco-

Clericus cõtrahens cũ corrupta pdit oẽ priuilegiũ clericale. 1

Incorporalia dñr q̃que possidere.

2 Et iõ ius eligendi pscribitur, q̃ dic, vt plenè no. Goff. ext. de elect. humana. & hic adde q̃d not. 1. q. 1. nullus eps.

3 Vbi patet q̃ q̃ reprehenditur qui defectũ etatis. Archid.

contra. ff. de ædil. edi. præcipiunt ædiles. si. habes extra de elect. cum nobis olim. 3.

h ¶ Alius.] Ante Abraham Melchisedech enim fuit secundos contemporaneus Abrahæ.

ADDITIO Quidam opponunt textui de isto Melchisedech: sed dic secundum Lau. q̃ non legimus eum appellatum presbyterum, licèt sacerdotem. De hoc etiam no 63 dist. porro. Archid.

HOspitalitatis.] Hic ponitur 85. distin. in qua de hospitalitate tractatur, quam si quis non habuerit, ordinari prohibetur.

ARchidiaconum.] CASVS Vacante ecclesia Anconitana, tres fuerunt ibi electi, nõ temeritate cõcertãtiũ, sed bono zelo. Primo, archidiaconus eiusdẽ ecclesiæ, qui dicebatur Florentinus. Secõ, fuit electus Rusticus diaconus eiusdẽ ecclesiæ. Tertio, Florẽtius diaconus ecclesiæ Rauẽnatis: sed archidiacono Florentino tria obijciebãtur. ſ q̃ erat senex, & nullo mõ ad regimen assurgere posset; & q̃ fic erat tenax, q̃ in domo sua nunq̃ amicus ad charitatẽ itraret, & q̃a iurauerat se nunq̃ fore epm. Rustico vero, licet

ro, licet homo vigilans esset, obijciebant, quòd Psalmo diam ignoraret. Florentius vero Rauennatis ecclesiæ diaconus nesciebatur qualis esset, licet solicitus diceretur. Scribit ergo Grego. Ioanni episcopo, vna cum episcopo Armenio Anconitanę ecclesiæ visitatore, vt in-

hoc inquiti, si propter hoc non repelleretur? H. distinguit si iuraus hoc intellexit, q̃ nollet recipere episcopatum quæcunque necessitas instaret, iuramentum tale nullum fuit: nec tenetur illud seruare, vt 7. q. 1. scias. 8. q. 1. in scripturis 2. Sed si alio modo intellexit, venialiter peccauit, quia temere iurauit, vt 22. q. 4. ſ. si licitum. Semper autem intelligitur iuramentum esse temerarium cum nõ subest necessitas 3, vt extra de iureiur. & ſi Christus. Si autẽ ignoratur an generaliter intellexit, vel non: tunc p̃sumo, q̃ tantum de licitis iurauerit, licet generaliter iurauerit, vt extra d̃ iureiu ad nostrã. Sed nunq̃d tale iuramẽtũ excludit electũ? Nõ videt, vt extra d̃ renũ. cũ inter. in fine, extra de iureiurã. sicut nostris. Nec temerarium iuramẽtũ repellit a beneficio, vt extra d̃ testi. ſpo. solicite. nec a testimonio, vt extra d̃ testi. intimauit. extra de testib. cog. peruenit. cũ pœnitentia vnius anni imponat pro temerario iuramento, vt 22. quæst. 4. qui sacramẽto. Ex cõtra videtur, quòd nõ possit eligi vt hic patet: sicut nec eligere põt qui illud iurauit, vt extra quod me. cau. ad aures. Itẽ quia etsi esset illicitum, tamen pro

2 Ad idem 16. q. 1. ſ. nos autem secundum Laur.

3 Vel dicẽ emerarium rd est, de re illicita factũ vt not. 22. q. 4. distinitio. Arch.

† *al. Florentinum, al. Florentium archidiaconum*

num † Florentinum [a] ecclesiæ Anconitanæ, qui ad episcopatum fuerat electus, scripturæ quidem sacræ scientiam habere; sed ita ætatis senio [b] iam confectum accepimus, vt ad regiminis officium non possit assurgere: adijcientes etiam ita illum tenacem [c] existere, vt in domo eius amicus ad charitatem nunquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesiæ, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur; sed, quantum asseritur, psalmos ignorat. Florentium vero diaconum ecclesiæ Rauennatis, qui ab omnibus [d] electus dicitur, solicitum esse nouimus; sed qualis sit interius, omnino non scimus. Ideoque fraternitas tua vna cum fratre, & coepiscopo nostro Armenio sup raſcriptæ ecclesię Anconitanę visitatore illuc festinet accedere, & diligenter de moribus † singulorum [e] requirere, si de nullo sibi sunt crimine conscij, quod eos ad hoc officium veteret accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc, quod de præfato archidiacono dictum est, quia nunquam amicus domum eius ingressus est, si ita se veritas habeat, & vtrum ex necessitate, an ex tenacia † talis sit; aut si ita senex est, vt ad regendum non possit assurgere; vel si tactis sacrosanctis [f] Euangelijs (sicut nobis nunciatum est) iusiurandum præbuerit, nunquam se ad episcopatum accedere. Sed & de Rustico diacono, quantos [g] psalmos minus teneat, perscrutandum est. Florentio autem diacono Rauennati, si nullum, sicut diximus, crimen est, quod obsistat, apud episcopum [h] eius agi necesse est, vt ei debeat cessionem concedere: non tamen ex nostro mandato, vel dicto; ne contra suam voluntatem [i] eum cedere † videatur.

† *al. de vita, & moribus.*

† *al. senectitate.*

† *al. concedere* in recentioribus edi tionibus.

Senectus impedit p̃ mouendum.

Auaritia p̃mouendũ impedit.

1 Adde ad hoc q̃d le. & no. extra de prab. cũ iam nuncia. litteras. dudũ. 16. q. 7. & hoc. in fin. ver. & ar bitror.

Canonicus de gremio pfertur & extraneo.

Maiores minoribus in electione pferuntur.

Iurans ad episcopatũ nõ accedere an fit ab episcopatu repellendus.

inquirant ista, primo de archidiacono, & postea de Rustico: qui si inuenti fuerint indigni, confirment tertium, si crimen ei non obsistat. & hoc de voluntate archiepiscopi sui.

a ¶ Archidiaconum Florentinum.] Alias Florentium archidiaconum proprium nomen, vel quia inde fuit.

b ¶ Senio.] Ecce q̃ senectus impedit promouendum, sed non dejcit promotum, vt 7. q. 1. petisti. extra de re

c ¶ Ita tenacem.] Nota, q̃ auaritia impedit promouẽ dum, vt 42. dist. ſ. 1. 1. nam domus clerici erit omnib. communis. 16. q. 1 quoniam.

d ¶ Qui ab omnibus.] Id est a minori parte capituli. Vel dic, quod hic plures simul fuerunt electi, vt si quis reprobaretur, alter assumeretur, vt 16. dist. iudicij. & 59. dist. apostolica.

e ¶ Singulorum.] Item hic pater, q̃ primo examinantur electi de ꝓpria ecclesia, quam de extranea: & satis patet hic, q̃ licet extraneus electus sit a maiori parte, q̃ tamen præfertur ille qui est de gremio ecclesię, vt di xi 61. distin. ca. nullus inuitis. & ca. quid proderit. Itẽ hic prius examinatur archidiaconus tanquam maior, quam diaconus: quia maiores & seniores semper præferuntur in electione minoribus, vt 74. dist. episcoporum. & 75. dist. cap. vlt.

f ¶ Sacrosanctis. videtur ergo, q̃ propter tale iuramentum aliquis reppellitur ab epatu. quare esn iuberet de

pria auctoritate non potest venire contra illud, vt 22. q. 4. innocens. extra de electio. venerabilem. Item quia lex dicit, q̃ gratia ei facienda est, qui hoc iurauit. ſ. se ordini non interfuturum. vt ff. ad municip. Imperatores. non ergo est ius cummune. Sol. credo quod possit eligi dummodo pœnituit de tali delicto: quia temerarium iuramentum non irrogat perpetuam infamiam iudicio meo, sed tantum solenne. Ioa. Ego credo Ioannem benedicere. B.

g ¶ Quantos.] De iure debet totum psalterium scire. 38. dist. omnes. & 23. dist. qui episcopus. extra de elect. cum nobis olim.

h ¶ Apud episcopum.] Not. q̃ aligs ante potest eligi, quam postulari a suo episcopo 76. dist. dilectionis. & 63. dist. litteras, extra de renun. post tanſi a ionem.

i ¶ Voluntatem.] Arg. epm nõ debere cogi, vt cõcedat clericum suum siue voluntate sua. arg. dist. 63. litteras. 76. dist. dilectionis, nã nemo cogitur aliquẽ a sua potestate liberare. C. de emanci. nec auus nec cogitur quis inuitus mutare familiam. C. de adop. l. pen. ſ. 1. similiter nec abbas compellendus est monachum suum concedere 1. quæst. 1. quam pio. & 58. dist. c. 1. & 2. ita nec episcopus in Authen. de sanctis. episcop. ſ. nullũ autem episcopum. Item argum quòd mandatum Papæ sic est interpretandum, vt nulli faciat præiudicium 4, vt 9. q. 3. nunc vero. extra de offic. deleg. super eo. 99. distin. ecce. C. de emancip. nec auus.

Subditũ laxare non cogitur quis.

4 Scilicet multum. sic no. Io. & B. extra de verbo. signi. olim. in glo. vlti. in fin. Archi.

Docto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOctorem.] Hæc di.diuiditur in 8.partes; in quarum prima probat tribus auctoritatibus, q̃ epũs & q̃libet prælatus debet subditos corrigere benigne: sin autẽ, eorũ peccata imputantur illis. Secũda ibi, [Si aũt.] Tertia ibi, [In doctrina.] Quarta ibi, [Liberalẽ.] Quinta ibi, [In ipsa. Sexta ibi, [Similiter.] Septima ibi, [Vel percussor.] Octaua ibi, [Prohibetur.] Io.de Fan.

CASVS. Repetit hic Gratianus illud cap. apostolicę regulæ oportet episcopum esse Doctorem, vt inferiorum culpę in eum non refundantur: quod fieret si nesciret docere, vel negligeret.] Et habet hęc 86 distinct. 7 articulos, qui in suis locis distinguentur.

a ¶ Doctorem autẽ.] In hac dis. 86. repetit illud capitulum apostolicæ regulæ: oportet episcopũ esse doctorem. Hæc autem doctrina debet cõsistere in disciplina correctionis, & i sermone predicationis.

Doctrina epi in quo consistat.

In disciplina, vt corrigat ex charitate, & cũ lenitate: nõ ex odio: nec modũ excedat in correctione. sed si excesserit, veniã cogit à subditis postulare 1. In sermone predicationis: scilicet vt prædicet scientiã sacræ scripturæ, non humanę. infra ead. cum multa. Replicat etiã in hac distinctione capitulum, oportet episcopum esse hospitalẽ: sed verbis aliis: scilicet, oportet episcopum esse liberalem. Lau.

xvt inf.ea.c. quando.

ADDITIO. vt inf.ea.fratrem cum ca.seq. vsque ad §. similiter. vbi repetit cap. non parcus. sed alio modo. in c. fi. repetit cap. non cupidus. Archid.

INferiorum culpæ.] CASVS. Aquilegien. patriarcha non corrigebat vitia subditorum: vnde Leo ipsum reprehendit: & offendit, q̃ inferiorum culpæ prælatis negligentibus imputantur: & dum vitia corrigere negligunt, faciunt in populo pestilentiam.

b ¶ Inferiorum culpæ.] Nota quòd per culpam subditorum probatur negligentia prælati, vt 18. distin. propter. & cap. peruenit.

c ¶ Negligentesque.] Propter negligentiam ergo bene punitur aliquis, de consecra. distin. 1. nemo. 2. ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. si fornicarius. & 1. distt. dictum. Ioan.

ODio.] CASVS. Dicitur hic, quòd peccatores tumidi sunt corrigẽdi & infirmi, qui ex fragilitate peccant, tolerandi, & cum correctio fit, ex charitate fiat, non ex odio.

d ¶ Non homines.] 23 quæst. 4. duo ista. inf. de pœn. di. 1 quamobrem supra distt. 45. sunt namque.

e ¶ Non fæuientis.] Quia hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. &c. infra. de pœn. distt. 1. impotuna. & c. quia diuinitatis 24. q 3. cum sancti.

f ¶ Sed medentis.] Vt 23. q. 5. prodest, est etiam opinio similis in auth. de manda. prin. §. non permittas. 2. coll. 3. Laur.

DISTINCTIO LXXXVI.

DOctorem autem [a] episcopum oportet esse, ne inferiorum culpæ in eum refundãtur, qui docendi officium accepit, quod exequi nescit, vel negligit.

Vnde Leo episcopus scribit. Aquilegiensi episcopo, epist. 3. & 84. seu 86.

¶ Negligentiæ rectorum imputantur culpę inferiorum. C. I.

INferiorum culpæ [b] ordinum, ad nullos magis referendę sunt, quàm ad desides, negligẽtesque [c] rectores: qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem [a] differunt adhibere medicinam. Ansl. 1. 6. c. 155.

a ¶ Austeriorem.] *Sic legitur in epistola 84. Verum in epistolæ tertia eiusdem Leonis legitur*, necessariam. *Reliqua vbique eadem sunt.*

Item Leo episcopus Rustico Narbonensi episcopo, epist. 90. seu 92. in princ.

¶ Homines sunt diligendi, peccata odio habenda. C. II.

ODio habeãtur peccata, non homines [d]: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non fæuientis [e] plectatur animo, sed medentis [f].

Item Ioannes VIII.

¶ Qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet. C. III.

FAcientis [g] culpam proculdubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare [h]. Scriptum quippe est: [Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: participes iudicãtur. ¶ Et libat Domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Et negligere, cũ possis deturbare peruersos; nihil aliud est, quàm fouere. Greg. l. 7. reg. ep. 114. idict. 2. Pelagius. 2 ep. 3. Eleuterius su. Rom. distt. 83. c. error. 2. q 7. negligere & 23. q. 3. cap. qui potest. Iuo p. 6. c. 115.

f ¶ Sed medentis.] Aliàs incipit, culpam proculdubio faciẽtis. 3 Aliàs incipit, q̃ si delinquentes.

FAcientis.] CASVS. Quidam prælati in proprijs personis nõ delinquebant, sed delinquentes corrigere negligebant: sed dicit Ioan. Papa. Non sufficit prælatos non peccare in propria persona, si delinquentes non corrigant: ideo hortatur eos vt sint vigiles circa delinquentes corrigendos: ne prælatis culpę delinquentium imputentur.

g ¶ Facientis.] Hic Ioan. ligat arenas sine cæmento. & idem decies dicit. B.

Arenæ non sunt cæmento ligandæ.

h ¶ Emendare.] Culpam habent facientis qui negligit. hoc exaudi posit admonitionem: arg. 28. quæst. 1. si cuitos nam alias esset eadem pœna negligentiæ, & cooperationis: quod falsum est, 1. q. 1. quidquid.

a ¶ Et primus.] Nam tres sunt innocentiæ gradus. 23. q. 4. ita planè primus est, malum non facere; secundus est facientibus non consentire: tertius peccantes si potest corrigere. 45. distt. c. tria. & c. duæ.

Innocentiæ tres sũt gradus.

b ¶ Alieno.] inf. 6. q. 1. qui crimen. in fi. 37. distin. legantur

Nec caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Et probat odisse se vitia, qui condemnat errantes. Nec relinquit sibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus [a] innocentiæ gradus est odisse nefanda. Et latum pandit delinquẽtibus aditũ, qui iungit cum prauitate consensum. Et nihil prodest alicui nõ puniri proprio, qui puniendus est alieno [b] peccato.

¶ Caput hoc ex varijs sententijs hic inde collectis confectum est: quarum prima vsque ad ver. emendare sumpta est ex epistola B. Gregorij 114. li. 7. indic. 2. Theodorico, & Theoberto Regibus Francorũ.

2 Si autem in corripiendo quis modum excesserit, non à subditis, sed à Domino veniam petat.

Vnde Augustinus de vita & clericorum.

Iuo p. 6. c. 384. † inipsis] ori.

¶ Veniam à subditis non petat, qui in corripiendo modum excesserit. C. IIII.

OVando necessitas disciplinæ, minoribus coercendis dicere vos verba dura [c] compellit; si etiam ipsi† modum vos excessisse sentitis: non à vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis: ne apud eos [d], quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas [e]. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iusto forte corripitis, quanta benevolentia diligatis [f].

& ¶ De vita.] *Inter opuscula B. Augustini anno Domini 1481. Parmæ impressa. sunt tres sermones de communi vita clericorum; ex quibus in vulgatis tomis operum B. Augustini, tomo decimo referuntur duo sub nume. 52. & 53. ad fratres in heremo. Tertius autem cum epistola 109. omnino conuenit: sed quæ in epistola dirigũtur ad monachas, in sermone diriguntur ad viros. Ex istis tribus sermonibus de cõmuni vita clericorum multa capita accepit Gratianus (vt suis locis notabitur) & hoc quidem ex tertio*

3 In doctrina vero sacræ scripturæ, auctoritatẽ debet episcopus præferre, nõ sæcularium litterarum peritiam ostentare. Non enim episcopalis officij est grãmaticam exponere, ne laudes & Iouis personent ore pontificis.

Vnde Gregorius scribit Desiderio episcopo, lib. 9. epistola 47.

c ¶ Dura.] Nimiũ & tunc peccat prælatus venialiter. 23. q. 4. q. peccat. in fi. fic & c. q. pauperem exasperat importunè petẽtem 25. dist. §. criminis in fra 2. quæst. 7. nos si contra. Sed illud ex humilitatis leuitate: hoc ex auctoritate prælaturæ: vel subaudi, illud est causale & uolũtarium. hoc autẽ regulare & necessarium. Vbi autem prælat[9] ex odio modũ excedũ excessit, debet venia postulare: quia tenetur iniuriarum. dẽat à subff. ad leg. Aquil. d tis veniã quemadmodum. §. magistrat[9]. Ideo autem magis parcitur prælatis. supra in hoc casu, quàm in alijs: quia vix potest quis in cura rei familiaris peccatũ euitare. 25. d. qualis. Vel hoc exaudi vbi modum ignoranter excessit: quo casu nõ tenetur ff. vi. bo. rap. l. 2. §. si publicanus. officiatis enim facilius parcitur quàm alijs, vt ibi patet, vt extra de senten. excom. si verò. Prelatus modũ excedens in cornia postulare.

d ¶ Ne apud eos.] 2. q. 7. nos si incompetenter. contra.

e ¶ Frãgatur auctoritas.] Augere enim ex ingenio debet dignitatem: quia sæpe nimia familiaritas contemptũ generat. ff. d officio præfi. ob seruandum. ff. de officio proconsulis. ne quid quam. §. circa quod verum est inter fatuos, ita exponebat Azo, vt ab eo audiui. Io. illa ergo auctoritas, Vade prius reconcilari fratri tuo anteq̃ offeras ad altare, de prælatis non intelligitur, nisi quando ex odio procedunt. Familiaritas nimia parit contẽptum.

f ¶ Diligat.] Id est, diligere debeatis.

IN DOCTRINA. Hæc 3. pars dist. & tertius articulus, vbi continetur, quòd prælati debẽt proferre auctoritates diuinæ scripturæ in sua doctrina, & non grammaticam exponere: quia in ore pontificis non bene sonant laudes Iouis.

g ¶ Ne laudes.] Iupiter ex alto periuria ridet amantum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CVm multa. CASVS. Multa bona relata sunt Greg. de episcopo Desiderio: de quibus lætatus est Papa intantum etiam, ꝙ quicquid dignum peteretur ab eo, concederet. Postea fuit ei significatum, quòd Gramma ticam suo populo exponeret, propter quod intantum Gregor. est contrista tus, quòd totum gaudium quod prius habuit, conuertebatur in luctum. Scribit ergo ei Grego. & docet ne de cætero talia faciat: quia laudes Ionis cum Christi laudib. non conueniũt.

a ¶ Vt negare.] Arg. ꝙ si subditus honestus est, prælatus eius iustas preces eius debet exaudire. inf. 12. q. 2. religiosam & 35. q. 9 veniam.

Preces iustę sunt exaudiendę.

Fabulas poetarum prędicando, moraliter exponere non multum laudatur.

b ¶ Grammaticam.] Sed quomodo iste exponebat grãmaticã populo, quia fortę dicebat: cum ego dico homo, intelligatis tã de mare, quàm defæmina; quia communis generis est. ff. de verbo. sign. hominis appellatione. Sed melius dic ꝙ grammaticã hic appellat scientiam auctorum. Recitabat enim in ecclesia fabulas Iouis, & eas moraliter exponebat in prædicatione sua 1.

1 Et hoc patet ibi, cum laudib. Iouis, &c. La.

c ¶ verterem⁹.] Id est deberemus vertere.

d ¶ Laudibus.] su. distinct. 37. cap. 1. & 2. c. legimus. & §. cur ergo.

e ¶ Non capiũt.] Vnde Ouidius [Nõ bene conueniũt, nec in vna sede morantur Maiestas & amor, &c.

Ouidius.

f ¶ Cauere.] Laudes Iouis agmina Christi.

LIBERALEM. Hæc est quarta pars distin. & quartus articulus: vbi dicitur ꝙ episcopus debet esse liberalis circa egẽtes: alias vanum habet nomen episcopi.

g ¶ Liberalem.] Hic §. respicit illum §. proxi. supra d. 85. hospitalicas.

ADDITIO. Et scias, quòd hospitalitas dicitur in recipiendo & procurando secum in domo: liberalis est aliàs largus, & munificus, licet non hospitetur alios, secundum Hug.

FRatrem nostrum.] CASVS Marinianus de monacho factus est episcopus & nolebat aliud facere, nisi legere & orare, sicut in monasterio consueuit facere: sed de pauperibus & hospitibus nullam curam habebat. Vnde Greg. scribit Secundino seruo Dei, vt moneat eum quatenus habeat largam manum, & pauperibus prouideat.

h ¶ Marinianum.] Iste de monacho factus fuit episcopus: & tota die volebat legere, vt in monasterio faciebat.

i ¶ Mutet.] Supra d. 81. valebat infra d. 10. rationis.

k ¶ Vt remotus.] Infra. d. 88. episcopus nullam contra K Sed aliud est nulla necessitate faciẽte curã rei familiaris

¶ Sacram scripturam, non Grammaticam debet episcopus exponere. C. V.

CVm multa nobis bona de vestris fuissent studijs nunciata, ita cordi nostro nata est lætitia, vt negare [a] ea, quæ sibi fraternitas vestra concedenda popposcit, minimè valeremus. Sed post hoc peruenit, ad nos (quod sine verecundia memorare non possumus) fraternitatẽ tuam, Grãmaticam [b] quibusdam exponere. Quam rem ita molestè susc epimus, ac sumus vehementius aspernati, vt ea, quæ prius dicta fuerunt in gemitum & tristitiã verteremus [c]: quia in vno se ore cum Iouis laudibus [d] Christi laudes nõ capiunt [e]. Et quam graue, nefandumque sit episcopis, canere, [f], quod nec laico religioso conueniat, ipse cõsidera.

Burc. l. 1. c. 97 Iuo p. 4. c. 161. & p. 5. c. 199.

4 Liberalem & quoque necessitatem patientibus sacerdotem esse oportet: aliàs autem vacuum portabit nomen episcopi.

Vnde Gregorius scribit, lib. 5. epi. 29. seu. cap. 129. Secundino seruo Dei inter cætera.

¶ Sine liberalitate inane portatur nomen episcopi. C. VI.

FRatrem nostrum Marinianum [h] episcopum verbis, q bus vales, excita: qa obdormisse eũ suspicor, *& infra.* ¶ Dic ergo ei, vt cum loco mutet [i] & mẽtem. Non sibi credat solam lectionem, & orationem sufficere, vt remotus [k] studeat sedere, & de manu minime fructificare: sed largam manum habeat; necessitatem patientibus [l] concurrat; alienam inopiam, suam credat: quia si hæc non habet, vacuum [m] episcopi nomen [n] tenet.

5 In ipsa autem liberalitate modus adhibendus est rerũ, & personarum: rerum, vt non omnia, vni, sed singulisquæ dã præstentur: vt pluribus prodesse possimus: iuxtæ illud Prophetæ: [Dispersit, dedit pauperibus:] ꝓsonarũ, vt primum iustis, deinde peccatoribus: quibus tamẽ dare prohibemur, non quia homines sunt, sed quia peccatores.

Psal. 111.

ris suscipere, & lectionum atq; orationum studio tepide inhærere; quod interdicitur aliud in necessitate alijs subuenire: & propter proximos cõtemplationis studium temperare: quod hic præcipitur.

l ¶ Patientibus.] Magis tamen religiosis succurat. 16. q. 1. c. vlti.

m ¶ Vacuum.] Quo ad etymologiam: quia nõ est super intendens. 8. q. 1. qui episcopatum.

n ¶ Nomen.] Immo nomine & re priuandus est, vt dés dicitur 88. d. quæ ipsis. 68. d. chorie episcopi 2.

Episcopus superintendens.

1 Arg. 23. q. 3. duo ista. 21. q. 3. quotos. in fin. Citharistę, & alij varijs vitantes inhumanitatis an peccent.

a ¶ Subdiacono.] hic intitulatur 94. dist. in qua magister idẽ dicit & subdiacono qđ dictũ erat in superiori ca. de diacono. q̃ scilicet eriã legatus Papæ potest esse. Exponit tres. §§. & in §. singulis, mutat materia. In primo dicitur quod dixi. In secũdo q̃ si quis impedit legatum dñi Papæ, excõicãdus est. In tertio, quòd archidiaconus vltra suum statum exigere non debet. Ioan.

VAlde.] CASVS. Symmachus itra Siciliam prouinciã cõmisit vices suas Petro subdiacono. Vnde pcipit Symmachus vt de eo nõ dubitẽt quem ipse præuidit præferendum, sed eum recipiant.

b ¶ Omnia.] Supra dist. 89. singula. contra. sed dic, omnia quo ad cognitionem causarum, non quo ad dignitates vel officia ecclesiastica, vt ibi.

c ¶ Præsentes.] Arg. q̃ præsentia non exhibetur per alium. arg. contra. 65. dist. c. 2.

d ¶ Præcipimus.] Arg q̃ Papa etiam laico causam spũalẽ cõmittere possit. 32. dist. §. verũ. & §. ad hoc.

e ¶ Repræsentetur.] Nam idem ipse videtur cognoscere qui dedit iudicem, vt extra de off. deleg. Iunẽ. C. vbi & apud quem restitutio petit debet. 1. 3. C. de iud. l. vlti.

f ¶ Auctoritas.] No. q̃ delegatus non hẽt plus iuris, q̃ delegans, siue par sit aliàs delegatus. ar. ff. de dam. inte. q̃ bona. §. vl. siue sit maior. ff. de off. eius cui man. est iu. & si prætor. qñq; tñ habet minus quis si ex delegatione cognoscat, §. si ex iure suo. extra de cõsti. deleg. super quæstionum. §. si vero. arg. C. de procu. maritus.

g ¶ Dubitare.] Arg. q̃ si Papa ex certa scientia dat iudicem, q̃ ille non potest recusari. ff. de offi. præfe. prætor. l. vnica inf. 17. q. 4. §. qui autem. extra de rerum permut. cum olim. & extra de appe. nouit. Sed contra extra de app. cum speciali. & cap. postremo. Ioan. Solu iudex potest semper recusari nulla causa intercueniente 1. ẽt si esset legatus Papæ, vt ext. de offi. leg licet. cum legitimę exceptiones cuilibet reseruentur, vt extra de officio delegati ex parte. B.

Præsentia non exhibetur per aliũ.

Papa laico causa spũalẽ cõmittere potest.

Delegatus nõ hẽt plus iurisdictionis, q̃ delegãs.

Delegatus & Papa põtest cutari.

1 Ad hoc ext. de off. deleg. cum olim magister. vbi de hoc. Arch.

1 LEGATVM. Hæc est secunda pars huius distinctionis, in qua dicit, q̃ nullus debet impedire legatos Romanæ ecclesiæ, & si fecerit, excommunicetur, vt in ca. sequen. Ioannes de Fant.

CASVS. Hic est secundus articulus, vbi dicitur, q̃ qui impedit legatum Apostolicæ sedis, excõicari debet.

h ¶ Patrocinium.] Ergo Sicilia est de patrocinio B. Petri. vt ar. 10. q. 3 relatum. 11. q. 1. peruenit.

Sicilia est de patrocinio Petri.

Si quis.]

DISTINCTIO XCIIII.

SVbdiacono[a] etiam summus patriarcha vices suas committere valet.

Vnde Gregorius a ad episcopus Siciliæ lib. primo, epist. 1. ait.

a ¶ Gregorius.] *Restituta est inscriptio ex Polycar. nam antea legebatur*, Symmachus Papa.

¶ Etiam subdiaconis vices suas Apostolica committit ecclesia. C. I.

VAlde necessarium esse perspeximus, vt sicut prædecessorum nostrorum fuit iudicium, ita vni, eidemq; personæ omnia [b] committamus, vt vbi nos præsentes [c] esse non possumus, nostra per eum, cui præcipimus [d], repręsentetur [e] auctoritas [f]. Quamobrem Petro subdiacono Ie dis nostræ, intra prouinciam Siciliam vices nostras, Deo auxiliante, commisimus. Nec enim de eius actibus dubitare § possumus, cui Deo auxiliante totum nostræ ecclesiæ noscimur patrocinium† [h] commisisse.

Poly. l. 1. tit 14. Anſ. l. 1. c. 26.

† al. patrimonium.

2 Legatum vero Apostolicæ sedis quicumque impedierit vsque ad satisfactionem excommunicetur.

Vnde Alexander Papa 1. epist. 2. omnibus episcopis.

Conc. Triburiẽ se, c. 9.

¶ Excommunicetur, qui legatum sedis Apostolicæ impedire tentauerit. C. II.

SI quis autem legationem[1] impedit, non vnius, sed multorum [k] profectum auertit †. Et sicut multis nocet [l], ita à multis arguendus est; & bonorum societate priuandus †. Et quia Dei causam impedit [m] & statum conturbat ecclesiæ; ideo ab eius liminibus [n] arceatur †. Ab omnibus

Burc. l. 15. c. 37.

† al. euertit.

† al. arcendus.

SI quis.] CASVS. Dicit Alexander in hoc c. q̃ quicũque legatum impedit, non vnius, sed multorum ꝓfectũ turbat, & ideo à multis est arguendus, & à limi nibus ecclesiæ arcendus donec resipiscat.

i ¶ Legationem. Immo qui legatum hoium impedit, tradendus est hostibus, vt ff. de lega. l. vlt.

K ¶ Sed multorum.] Arg. q̃ qui peccat in multos, grauius peccat. extra de testi. ficut. 22. q. 5. qui compulsus. ficut qui circa eandem personam multis modis peccat, grauius peccat. 23. q. 5. relegantes. Sed nũquid qui eum capit, potest ab eo absoluiꝛ sic, extra de sent. excõ. ad eminentiam. Et no q̃ legatus huiusmodi nõ potest episcopum deponere, nec mutare de loco ad locum, nec in eius manibus potest episcopus resignare, nisi ad hoc haberet speciale mandatum. extra de offi. leg. c. q̃ translationem. ar. ff. de offic. eius cui mand. est iur. l. 1. Bar. legebat hoc c. trufando. si quis impedit legatum, non auertit profectum vnius tantum. f. Cardinalis: sed multorum, id est familiæ suæ & parentum. & sicut multis nocet ille, f. Cardinalis, ita à multis est redarguendus: & ita vsque in finem.

Pontifex.

l ¶ Nocet.] Ergo quicumque aliquid nocumenti sentit, admittitur ad agendum vel accusandum, vt 12. q. 2. non liceat.

m ¶ Impedit.] Nec legatus delegatum impedire debet extra de offi. leg. studuisti.

n ¶ Liminibus.] Arg. in quo quis delinquit, in eodem debere puniri. 12. q. 2. qui & humanis. 27. quæst. 4. frater. & coepiscopus.

ARCHI-

ARCHIDIACONVS. Hæc est tertia pars distinctionis, in qua dicitur, q̃ Archidiaconi non debent facere collectas in subditos; & hoc ꝓbat per c. seq. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic est tertius articulus, vbi dicit, q̃ archidiaconi nõ debẽt grauare clericos auferẽdo eis pecuniam & do.

† al. quoque

itaque† talis est cauendus, & non in communionem fidelium vsque ad sanctificationem recipiendus.

α ¶ Legationem.] *In epistola ipsa, cui alio Triburiense, & apud Burchardum additur*, vestram. *Ea enim legatio videtur significari, quæ Apostolos, & episcopos pro Christo fungi docuit beatus Paulus 2. Cor. c. 5.*

3 Archidiaconus vero, quamuis ex officio suo clericorum vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit, episcopo nunciare; tamẽ dominationẽ super eos exercere, & censum ab eis exigere prohibetur.

Vnde in Cabilonensi concilio, c. 15. legitur.

¶ Archidiaconi super presbyteros iurisdictionem non exerceant. C. III.

Iuo p. 3. c. 134.

DIctum est, quòd in plerisque locis archidiaconi super presbyteros parochianos quandã exercẽt dominationem, & ab eis censum exigunt. Quod magis ad tyrãnidem, quam ad rectitudinis[a] pertinet ordinem. ¶ Si enim iuxta Apostoli [b] sententiam episcopi non debent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo [c]; multo minus facere isti hoc debent; sed contenti sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram: & quod ab episcopis eis iniungitur [d], hoc per parochias suas exercere studeant, nihil per cupiditatem; & auaritiam præsumentes.

1. Pet. 5.

DISTINCTIO XCV.

QVòd autem[e] sacerdotes supra iubẽtur episcopis tanquam subditi obedire, non ita intelligendum est, quasi non liceat eis, præsentibus episcopis sacra misteria celebrare (sicut episcopali supercilio quidã ab his volebãt presbyteros prohibere:) sed quia presbyteri Pontificibus tãquam filii parentibus debent obedire. Baptizatos etiam chrismate[f] eis tangere conceditur.

Vnde Gregorius scribit Ianuario episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26. indic. 12.

De consec. dist. 4. presbyteri baptizatos. Pol. l. 3. tit. 10. Magister 4. sen. dist. 7. cap 1.

¶ Vbi episcopi desunt, baptizatos in frontibus presbyteri chrismate tangant. C. I.

PEruenit quoque ad nos, quosdam scãdalizatos fuisse, quòd presbyteros chrismate tãgere in frote eos, qui baptizati sunt, & dominationẽ in eos exercendo, licet quæ corrigenda viderint, debeant episcopo nunciare.

DIctum CASVS. Quidã archidiaconi dominationem exercebant in presbyteros, & parochianos suos, & ab eis cẽsum exigebant: quod ẽt episcopi facere nõ licet, iuxta Apostoli sũmi indeo prohibetur ne archidiaconi de cętero illã cupiditatẽ exerceant; sed teneãt apriã mẽsurã, & faciãt quod episcopi eis præceperint.

Archidiaconi multare possunt.

a ¶ Rectitudinis.] Sed nunquid de consuetudine præscripta possunt archidiaconi multare? videtur, q̃ non extra de pœn. licet. Sed dic, q̃ bene possunt, ex quo iudicare, possunt de consuetudine præscripta 1. arg. ff. de iuquandam contrarietatem & eam, soluit 2. postea ponit duas quæstiones, & eas soluit auctoritate Innocentij. Repetit postea de dignitate presbyterorum, ostendens multa licere presbyteris in episcoporum præsentia.

f ¶ Chrismate.] Inf. de consec. d. 5. manus. contra. &c. nouissimè cõtra. su. d. 21. cleros. contra. Hoc ad tempus pro sedando scandalo fuit concessum: nunc vero antiquatum. vel in primitiua ecclesia presbyteri chrismabant, nunc vero minimè. extra de consuetu. quanto. Io.

PEruenit.] CASVS. Quidã presbyteri pueros in frõte chrismabant quos cum Greg. prohibuisset, quidam ex hoc scandalizati fuerunt; & ideo propter scãdalum.

1 Inf. eod. c. presbyteros. §. sed Illud Archid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Papa vtrum possit delegare simplici sacerdoti, ut in fōte christmet.

1 Istud dictum cōfirmatur extra de consue. quanto. §. 1. ibi, sua temeritate, &c. quasi dicat ibi ex nostra auctoritate bene possent. & sic ibi intelligit Ho.

* *Vide B. Tho. 3. p. q. 72. 11. primum. & 4. sen. d. 7. q.*

Eps demandat tam ea quæ sunt ordinis, q̄ ea quæ sunt iurisdictionis.

lum remouendum concessit presbyteris, vt in absentia episcoporum chrismarent.

a ¶ Concedimus.] Hoc expeditū est, q̄ presbyter chrismando si sua auctoritate hoc facit, nihil agit. nec pueri aliquid recipiunt. extra. de consue. quanto. Sed nūquid Papa ei demandare hoc potest? Quidam dicūt, q̄ sic 1. ex quo omnia sacramenta, quæ recipit p̄sbyter ex delegatione Papę conferre potest. arg. hic. vnde diaconus potest conferre diaconatū, & confirmare in fronte? sed non potest Papa ei demādare, vt conficiat corpus Christi: quia solis presbyteris dictum est: Hoc facite in meam commemorationem. ar. 1. q. 1. dictum. hoc * dicit H. alij dicūt, q̄ nō potest Papa delegare presbytero, vt chrismet in fronte. vnde isti nihil conferebant. Si obijciatur quare hoc permisit Greg. illis, cū in hoc videatur eis dare licentiā peccandi? Dicunt quidā, q̄ hoc inuitus p̄misit ob nimium scād. alumne dabat eis occasionē mali? q. a inuit⁹ hoc cōcedebat. 35. q. 6. 3. quod scripsi, & 23. q. 2. si quod uerius. Alij dicunt, q̄ hoc capit. loquitur secundum antiqua tempora. sed hoc nihil est: quia littera huius c. contradicit, ibi, secundum veterem vsum & quia secundum hoc Greg. nihil hic concederet. Sed nunquid Papa posset eis concedere, ut chrisma conficerent? H. dicit quod non. Item quæritur, nunquid episcopus demādare potest ea, quæ sunt ordinis episcopalis? Sic 2. sed ea non potest demandare nisi episcopo argu. extra de consue. ecc. aqua. Ha vero quæ iurisdictionis sunt potest etiam demandare presbytero, sicut & recōciliare. 26 q. 6. presbyter. &c. Aurelius. Sed etiam inter ea, quæ iurisdictionis sunt, quædam non possunt demādari nisi eis qui adminiculo ordinis illa exercere possunt, vt deponere uerberare clericum. Alia sunt quæ ēt laicis demandari possunt: sicut iudicare in causa ciuili. Item dico q̄ episcopus nihil habet hodie quod sit meri imperij quod demandari non possit, de quo lex loquitur. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. 1. quia oia alij episcopo demandare potest, nisi vsum pallij. extra de vsu pallij. ad hoc.

2 Sub. licet ab apostolis fuerit institutum, vt à solis epis cōficeretur. de cōse. dist. 5. manus. In multis. n. sta tutis apostolorū licita ē dispensatio Fm Hug.

SVPRA CASVS. Modo vult probare contrarium: & in ducit c. supra 68. dist. cap. quamuis. & cap sequens: cuius casus pater.

PResbyteros.] SED ISTVD CASVS. Soluit Gratianus dicens, quōd illud quod Grego. concessit supra in c. 1. huius dist. factum fuit propter scandalum vitandum. & quod dicitur supra in c. quamuis. & cap. presbyteros, est generaliter obseruandum. Ponitur & alia solutio, scilicet vbi consuetudo est, absente episcopo & in necessitate possunt presbyteri hæc facere: & ex concessione Greg. Cap. vero quamuis. & cap. presbyteros. intelligūtur cum episcopi sunt præsentes, sed de iure

oleo sanctificato possunt vngere infirmos presbyteri? & hoc probatur auctoritate Iacobi: Sed quæritur an episcopis licet eodem modo vngere infirmos. & an illa vnctio sit impœnitentibus concedenda, quæ quæstiones in proximo cap. soluuntur.

b ¶ Sed † *baptizandi*] orig. † *baptizādos*] orig.

ptizati † sunt, prohibuimus. Et nos quidem secūdū vsum veterem ecclesiæ nostræ fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur; vbi episcopi desunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos † chrismate tangere debeāt, concedimus a.

Supra Leo eps contra: [Quamuis choriepiscopis, &c.] Item Gelasius Papa epis per Lucaniā, &c. epist. 1. c. 8. dist. 68.

¶ Vltra suum modum presbyteri tendere non præsumant. C. II.

PResbyteros vltra suum modum tendere prohibemus: nec episcopali fastigio debita sibimet audacter assumere; non confitendi chrismatis, non cōsignationis pontificalis adhibendæ sibimet arripere facultatem.

Sed istud b Gregorij pro scandalo sedando semel concessum legitur. Illud autem Leonis Papæ, & Gelasij, vsu approbante, præualuit; nisi forte, vbi aliquorum consuetudo hoc admisit, vt in absētia episcopi, extrema necessitate cogente, ex cōcessione Gregorij presbyteri baptizatos in frōte liniant. ¶ Prohibitio vero Leonis, & Gelasij in eo casu intelligatur cum episcopi præsentes sunt, vel cum non cogit vltima necessitas. Oleo vero sanctificato c permittitur eis vngere infirmos. Unde Iacobus ait: Infirmatur q̄s in vobis, inducat p̄sbyteros ecclesię, qui orēt sup eū, vngētes eū oleo in nōie Domini; & oratio fidei saluabit infirmū.] Iac. 5.

2 ¶ *Sed quæritur, an episcopis liceat eodem oleo vngere*

b ¶ Sed illud.] Hoc allegando dicit, alias consuetudo non iuuaret in hoc, vt extra de consue. quanto.

c ¶ Sanctificato.] Quo deficiente admisceatur aliud. extra de consec. eccl. vel alta. c. quod in dubijs. Et est duplex causa quare infirmi inungantur: scilicet quia venialia deleantur: & præstat augmentum virtutibus: arg. de consecr. dist. 5. c. 1. & 2 & extra de sacra. vn. c. 1. & q4 infirmus citius liberatur ab infirmitate corporali. arg. hic. Sed quid si quis non habet oleum, & inungit chrismate, tenet vnctio? Videtur quod sic: quia prope eadem vsia est: quia chrisma non est nisi oleum balsamo admixtum. extra de sac. vnc. c. 1. sicut & tenet emptio cum acetum venditur pro vino quia est prope eadem vsia, vt ff. de contrahen. empt. l. in venditionibus. sed forte secus, quia non est forte prope eadem vsia. Item? nunquid confert hoc sacramentum, si quis inungit oleo nō consecrato vt quōd sic quia & baptismus confertur in aqua nōn consecrata. de consecr. dist. 4. cap. si quis. Alij dicunt contra nec est simile *, quia vis baptismi tota est in verbis: hæc autem vis est in re ipsa: scilicet in oleo. Sed ista ratio calumniam habet extra de bap. cap. pen. Sed nunquid potest hoc sacramentum iterari? Dicunt quidam quōd non. 1. q. 1. quod quidam. de consec. dist. 4 oftenditur. Si obijciatur de matrimonio, non valet: quia veritate inspecta matrimonium non iteratur. 31. q. 1. hac ratione prius enim vnum deletur, quām secundum contrahatur. Alij dicunt, q̄ potest iterari: quia cui quis secundo infirmatur, desinit in eo esse illud sacramentum quod prius accepit *.

SED QVAERITVR. Hæc est secunda pars distin. in qua quæritur, si episcopus potest inungere infirmos, est dicendum quod, sic infra cap. proxi. Ioan. de Pant. Illud.]

Vnguntur infirmi. Et duas cās.

Vnctio extrema an possit fieri oleo.

Vngere an possit quis oleo nō consecrato. * *Vide S. Tho. 3. p. q. 72. 3. & 4. sen. dist. 1. q. 1. 2. 3.*

Vnctio extrema potest iterari. * *Vide S. Tho. 4. dist. 23. art. 3.*

ILlud CASVS. Quidam episcopus cū legeret in epistola Iacobi, inuenit eum dixisse tantum de presbyteris vt vngant infirmos: quare quæritur ab Inno. an episcopus oleo sanctificato infirmos vngere possit. Et respondet q̄ sic: & ideo tantum de presbyteris Iacobus.

Alcuinus de diuinis officijs, pagi. 94. Conc. Vuormacien se, c. 72. Iuo p. 2. c. 75.

infirmos; vel si impœnitentibus huiusmodi vnctio sit concedenda. De his vero ita scribit Innocentius Papa ad Decentium Eugubinum epiſcopum, epist 1. c. vlt.

¶ Oleo sanctificato non prohibetur episcopus infirmos tangere. C. III.

ILlud superflum videmus adiectum, vt de episcopo a ambigatur; quod presyteris licere non dubiū est. Nam idcirco de presbyteris dictum b est; quia episcopi occupationibus alijs impediti ad omnes lāguidos ire non possunt. Cæterum si episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem à se visitandum; & benedicere, & tangere chrismate c sine cunctatione potest cuius est ipsum chrisma conficere. Nam non æ pœnitentibus d istud infundi non potest e; quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur f, quomodo vnum genus putatur posse concedi? His ergo, frater charissime, omnibus, quæ tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus, respondere curauimus.

a ¶ Non pœnitentibus.] *In epistolis Innocentij tam impressis, quam manuscriptis (licet aliter testetur auctor glossæ (in concilio Vuormacien si, in quo hoc idem repetitur, apud Alcuinum, & Iuonem, & in aliquot Gratiani codicibus legitur sine negatione. Et in glossa, (vt est in antiquis exemplaribus) vtraque lectio exponitur.*

3 *Chrisma vero à suis episcopis ad baptismi sanctificationem presbyteri petant.*

Unde in concilio Carthaginensi 4. c. 36.

¶ Chrisma singulis annis à proprio petatur episcopo. C. IIII.

PResbyteri, qui § per diœceses ecclesias regunt, non à quibuslibet episcopis h, sed à suis; nec per iuniorem clericum, sed omni anno β i aut per seipsos, aut per illum, qui sacrarium tenet k, ante paschæ solennitatē chrisma petant.

De consecr. dist. 4. presbyteri. Euro. l. 4. c. 76. Iuo p. 1. c. 270. Pana. l. 1. c. 101.

¶ Huic capiti rubrica est præposita ex aliquot vetustis exemplaribus.

β ¶ Omni anno.] *Verba hæc non sunt in editionibus conciliorum Colonien sibus duobus, & quattuor tomis impressorum; neq. infra de consecra. dist 4. vbi hoc idem, sed ex concilio apud Valentias, refertur. Verum & in Colonien si prisca, ac trium tomorū & duobus Parisien sibus, duobusque codicibus Vaticanis habentur. Et in c. literis. de consecra dist. 3. à Fabiano Papa singulis annis nouum chrisma fieri præcipitur.*

b ¶ Episcopis.] Peccant ergo abbates, qui volunt potius hoc accipere ab alijs, quā à suis: nisi forte priuilegiati fiat, vt possint petere à quibuscumque velint.

1 ¶ Omni anno.] Hoc exponitur. de consecr. dist. 4. omni tempore.

K ¶ Per illum q̄ sacrariū tenet.] Id est, per diaconum 23. dist. non oportet 3. & nota q̄ ex quo res datur certo nuncio

1 Adde an possit fieri monachus no. Bal. in l. qui sub præ textu. C. de sacros. eccl.

* *Vide notata supra dist. 93. ca. legimus. in gl. ad vers. postea.*

Minori licet quod licet maiori

bus fecit mentionem: quia episcopi alijs negocijs impediri non possunt infirmos visitare. Secundo quæritur an hæc unctio sit impœnitentibus concedenda. Et respondet quod non: quia cui negantur cætera sacramenta, non debet istud concedi.

a ¶ Vt de epo.] Arg. q̄d licet minori ex officio, multo fortius maiori liceat, arg. 33. q. 2. historia. 35. q. 6. si duo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuncio, eius est iam periculo cuius est nuncius, si nũcio rem dari voluit. secus si misit nuncium 1. vt eũ admoneret, quod ei res mitteretur. & hæc colliguntur. ff. com. eum qui rem. §. si rem. & legibus duabus sequentibus. & est arg. ff. de solu. si quis. & l. si soluturus. extra de pig significante.

1 Si malum misit imputaẽ, vt leg. & not. 3. q. 7. ita grauib. in princ. De hoc ẽt no. in c. consueuit ff. nau. caup. stab. l. fi. ff. seruorum. Archid.

OLim.] CASVS. Nũc repetit Gratianus de dignitate presbyterorũ. Est ergo casus. Infra ostendit Hiero. in hoc ca. ꝙ olim idẽ erat Presbyter qđ episcopus, ꝙ ecclesiæ regebantur communi eorũ consilio. Postea vero cum schisma ortum esset, & vnus diceret, ego sum Pauli; ego sum Cephæ, ego sum Apollo: quasi sum melior te, qa sum baptizatus à meliori: ideo statutum fuit, ꝙ vnus de presbyteris præesset omnibus sicut ergo cõsuetudine, presbyteri episcopis subijciuntur, ita episcopi sciãt se magis cõsuetudine quam constitutione aliqua pferri nec sine præsbyterorum consensu disponant ecclesias.

a ¶ Pauli.] Id est, baptizatus baptismo Pauli 2.

2 Sub. & iõsũ melior. Hæc dicebant qdam credẽtes meritã baptizãtiũ aliquid operari in baptismo. ꝙ falsum est. de consecr. dist. 4. si inter. & c. baptismus. H.

b ¶ Tollerentur.] Et dicit lex. ꝙ cõmodi est singulas res singulis nominibus fiue appellationibus distingui. inst. q. mo. test. inf. §. sed qa distinctio nominũ differentiam rerum declarat, vt 21. dist. cleros. fic C. de codi. nec codicillos.

c ¶ Consuetudine.] Nihilo minus est institutione, vt supra dist. 93. legimus. & ita exaudi quod sequitur, magis consuetudine communi: argu. extra de his quæ fi. à præla. nouit.

ECce ego.] CASVS. Rusticus Narbonẽ. episc. non permittebat presbyteros prædicare, nec populum benedicere. reprehendit ergo Hieron. ipsum dicens ꝙ presbyteri prædicare possunt & benedicere. & hoc probat 4. rationibus. Prima est: quia presbyteri debent honorari duplici honore, id est, officio & beneficio. Secũda est, quia cõcelsũ est eis conficere corpus Christi: cui nihil potest anteponi. multo fortius eis concedi debent quę sunt minora. Tertia est: quia ex hoc maxima calamitas crescit in gregibus Domini, scilicet si sacerdotes remoueantur tanquam vitiosi. Quarta est: quia ab initio presbyteri fuerunt mandati iudices, & etiã appellati sunt episcopi. Quod probat 4. auctoritatibus. Prima est circa principium. Secunda ibi, [Etenim abeuntibus.] Tertia ibi, [Quis igitur hic rogo.] Quarta ibi, [Presbyteri negociorum.]

d ¶ Sed quia.] Ita continua. Dico ꝙ præsentibus episcopis possunt conficere: quia non solum hæc, sed alia possunt facere. Ex vi litteræ & etiam probationis videtur, ꝙ episcopi non prohibent presbyteros Missam cãtare, sed benedicere & prædicare, & cætera quæ sequuntur.

e ¶ Duplici.] A clericis scilicet & laicis: vel quo ad obtemperantiam in spiritualibus, & subministratione in temporalibus. Vel duplici. id est, officio prædicandi & sumendi tympanum, id est, temporalia: unxta illud: Sumite psalmum &c.

f ¶ Bene-

Item Hieronymus ad caput primum epistolę ad Titũ, ad ea verba: [*& constituas.*]

¶ Presbyter idem est qui episcopus, ac sola consuetudine præsunt episcopi presbyteris. C. V.

OLim † idem erat presbyter, qui & episcopus. Et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis: [Ego sum Pauli [a], ego Apollo, ego autem Cephæ.] communi presbyterorum consilio ecclesiæ gabernabantur. Postquam vero vnusquisq. eos, quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi; in toto orbe decretum est, vt vnus de presbyteris electus superponeretur † cæteris ad quem omnis ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur [b]. *paulo post.* ¶ Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos; ita episcopi nouerint se magis consuetudine [c], quàm dispensationis † Dominicæ veritate presbyteris esse maiores, & in commune debere ecclesiam regere.

Anscl. 7. c. 127. Poly 1. a. tit. 59. † Idẽ ergo est *presbyter*] or. 1. *Cor.* 1.

† *supponeretur*] orig.

†*dispositionis*] orig.

Idem ad Rusticum Narbonesem episcopum de septem gradibus ecclesiæ.

Inter opera Hiero. tom. 4 vel 9. †*al. non licet* Anscl. 7. c. 128.

¶ Coram episcopis, presbyteris docere licet †. C. XI.

ECce [a] ego dico, præsentibus episcopis suis, atque adstantibus in altari presbyteros posse sacramenta conficere. *& infra.* ¶ Sed quia [d] scriptum est: [Presbyteri duplici [e] honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Domini.] Prædicare eos decet, vtile est benedicere [f], congruum confirmare [g], conuenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia [h] Dei sacramenta complere. *& infra.*

1. *Tim.* 5.

f ¶ Benedicere.] Cum episcopus absit. Sed hæc sol. non valet: quia hic loquitur cum præsens est episcopus. Vel intelligas illud quãdo benedicit priuatim sine solenni tate; alias contra 21. dist. denique; item contra. 27. q. 5. ministrare. Sed & illud similiter intelligitur de solenni benedictione. Vel dic quòd quãdo cantat Missam præsente episcopo, debet innuere episcopo vt ipse benedicat. & si vult episcopus benedicere, nõ benedicet presbyter. argu. de consecra. dist. 1. cum ad celebrandas. alias vt in ca. ter presbyter suo iure potest benedicere. nam eo ipso quòd ei dat potestatem benedicendi, supponitur ei tan quam minori: & potest ab eo benedici: arg. ff. de iurisd. omn. iud. l. est receptum, ff. ad Trebel. ille à quo, §. tempestiuum. Hug. Vel dic quod eo ipso quòd permittit ei Missam celebrare, per consequens omnia quæ sine Missa esse non possunt, vt extra de offi. deleg. præterea.

g ¶ Confirmare.] In fide. 11. quæst. 3. quòd prædecessor. vel inungere oleo infirmorum, vel chrismate in vertice.

ADDITIO. Prima expositio prævalet secundum Hu. & hoc patet per id Hieron. quod sequitur, exhortetur. Archid.

h ¶ Omnia.] Quæ ad eos pertinent. argu. vocabulum generaliter prælatum non omnia patrocinia comprehendet; arg. contra. 28. dist. de Syracusanæ 4.

a ¶ Bene-

a ¶ Benedicere.] Id est, absoluere, vel priuatis reconciliari, non solenniter, vt 26. q. 6. cap. 1.

b ¶ Non

¶ Nemo hinc episcoporum inuidia diacolicæ tentationis inflatus irascatur in templo, si presbyteri interdũ exhortentur plebem, si in ecclesijs prædicent, si plebibus, vt scriptum est, benedicant. Etenim abnuenti mihi ista sic dicam: qui non vult presbyteros facere, quæ iubẽtur a Deo; dicat quis maior est Christo? aut quid corporis eius, aut sanguini poterit anteponi? Si presbyter Christum consecrat, cum in altario Dei sacramenta benedicit; benedicere [a] populo non debet [b] qui Christum eriam meruit consecrare? *& paulo post.* ¶ Circa laicos, & ac mulieres iubentibus vobis, o iniustissimi sacerdotes, presbyter Dei, benedictionis perdit officium, amittit linguæ opus, non habet consistentiam prędicandi, truncatus est omni parte virtutum, solum presbyteri nomen [c] habet, plenitudinem, ac perfectionem, quæ consecrationi eius competit, non retentat. ¶ Quis hic, rogo, o sacerdotes, honor vester est vt damnum gibbi † inferatis [d]? Quoniam cum pastoribus per potentiam vestram aufertur Deo digna diligentia, contagium quoddam, & calamitas crescit in gregibus; ac Dominici, patrimonij [e] damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesia potentari. *& paucis interiectis.* ¶ Presbyteri ab initio, vt legimus, negociorum [f] iudices esse mandati sunt, presbyteri interesse sacerdotum & concilio †: quoniam & ipsi presbyteri vt legimus, episcopi nũcupantur, secundum quod scriptum est ad episcopum [g]: [Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyterij.] & alibi ad maiores natu: [Qui vos posuit episcopos regere ecclesiam Dei. *& infra.* ¶ Sed oderunt hoc sacerdotes superbi in presbyterii nomen, qui nolunt esse hoc, quod Christus, qui discipulorum pedes lauit: qui baptizatus est à Ioanne, licet baptizandum se Ioannes à Domino proclamaret. Propterea hæc scribo, vt si præteriti temporis error [h] non potest iam reuocari, vel ad præsens [i] in ecclesijs seruetur humilitas, vt presbyteri hoc in ecclesijs suis faciant, quod Romæ [k], siue quod in Oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hispania, quod in Britania, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus locis, vbi humilitas perseuerat, quod in cœlis fit (quod maius est) vbi sedes angelorum † legis esse dispositas.

Gregibus.] vera lectio.

1. *Tim.* 3.

†*consilia*] ori.

1. *Tim.* 4.

dist. 20.

Ioan. 13. *Matth.* 3.

†*eorum*

* ¶ Ecce ego.] *Principium huius capitis longe aliter legitur in libello de septem gradibus, & additur negatio,* Nec ego dico præsentibus episcopis, atque adstantibus altari presbyteros posse sacramenta conficere: sed si forte vsus exegerit, vt veniētes ad ecclesiam sacerdotes eisdem horis, quibus aut oblatio parata non sit, aut non possit offerri, non debere episcopum repudiare Eucharistiam presbyterorum, &c.

c ¶ Circa laicos.] *In libello sic legitur,* tamen credendum est summi sacerdotis iudicio, & hoc faciendum, quod iusserit circa laicos, & mulieres. Iubentibus vobis iniustissime sacerdotibus, non recte presbyter Dei, benedictionis, &c.

b ¶ Non debet.] Argu. cui licet plus, licet & minus, vt 16. q. 2. ca. 1. Sed maius tripliciter dicitur efficacia, vt baptismus. vt 32. dist. 5. verũ. f qa mortalia tollit & venialia propter rẽ subiectã, & sanctitatẽ, vt corpus Christi, vt hic auctoritate ministrãtiũ, vt quę ad eos solos pinent. vt inf. dẽ cõse. d. 5. manus. & quarto modo propter significationẽ. vt matrimoniũ quod significat Christi & ecclesiæ cõiunctionẽ. extra de biga. debitũ. quinto propter multitudinem conuersorum 24. q. 1. interrego.

c ¶ Nomen.] Arg. C. de cura. fur. cũ alijs. in fin.

d ¶ Damnum gibbi inferatis.] i. remoneatis presbyteros à cõsecratione & prædicatione, sicut illũ, q gibbũ habet, vt sup. dist. 69. hinc etenim, vel demũ gibbi, qa nõ pdicantibus presbyteris incuruat populus in deliciis, & quasi gibbos efficit.

e ¶ Patrimonij.] i. rerum ecclesiæ, supra 21. d. in nouo.

f ¶ Negociorum.] Id est, causarum, vt 11. q. 1. relatum. & 2. q. 5 si quis.

g ¶ Sacerdotum.] Id est, eporum, ergo & omnes interesse cõcilio metropolitani, vt 18. d. ca. pen. & vlt.

h ¶ Error.] Hic colligę qđ ea quę p errorem statuta sunt, ex diuturna vtentiũ approbatione ius faciunt. Ioã. qđ falsum est, cũ cõsuetudo debeat esse rationabilis q̃ præscripta 1 vt

1 Adde quæ extra de consue. ca. fit consuetud. vl. necessitatem. & cõdo rationi tradicit. B. vt rationabilis & præ ne multitudinis ex. scripta in l. cusentur à pœna, nõ à culpa, vt fu. dist. 4. denique. quod si fa cũ est, infectum esse non potest. in Auth. de equa. do. §. 1. coll. 4 ff. de capt. l. in bello §. factæ.

i ¶ Vel ad præsens.] Id est, modo.

K ¶ Quod Romæ.] Scilicet vbi minores exercẽt sua officia p sentibus maioribus.

de quibus. ff. de legibus.

ESto subiectus.] CASVS. Quædam consuetudo pessima erat in quibusdam ecclesijs, vt quæ presbyteri præsentibus episcopis nō audebant prædicare vel loqui. Sed Hierony. ostendit quòd subditi debent obedire prælato, & prælatus non debet subtrahere subditis debita, & hoc probat quinque rationibus. Prima est ibi, [Scitū est illud.] Secunda ibi, [Quod autē Aarō.] Tertia ibi, vnus dominus.] Quarta ibi, [Recordemur.] Quinta ibi, [Sed si aliqd, vt inquit.] Omnia capitula, quæ sequūtur vsque ad dist. plana sunt.

Epi subditos debent fratres appellare.

a ¶ Quasi clericos.] Hoc est cōtra supercilium episcoporum q̄ subditos appellāt filios cū debeāt eos appellare fratres, vt 8. qō. 1. q. 1. autē. vel socios, vt 10. q. 3. caueandum. caueant tū clerici, ne cū scribūt episcopo, vocēt eum patrem, prout dicit dominus Imperator q̄ iudices superioribus honorem dēnt facere in salutatione. C. de offi. diuer. iud. l. 2. arg. C. de præfe. vr. l. 1. vbi hoc idem dicitur.

b ¶ Deferatur.] Sed pone quòd episcopus aliter se habeat contra istum quām debeat: nunquid iste iure potest ei obedientiam negare? Videtur quòd sic, arg. 45. dist. cum beatus. 22. qō. 5. de forma. & fides non est seruanda non seruāti. 1. extra de iure iur. peruenit. 2. secus tamen est. 2. consulo gl. in l. vt re tamē ei, vt agat per sponsum. & superiorem. arg. 11. ibi Bald. C. q. 3. si episcopis. 9. q. 3. nunc vero.

Prangenti fidem fides refrangatur eidem.

c ¶ Scitum est.] i. sapienter dictum est. H. & ideo sciri dignū Lau. hoc est. ita se debet habere episcopus erga presbyteros, sicut Aaron habuit se erga filios sacerdotes.

Adhoc si gl. seq. argu. quod, &c.

Adde no. gl. in l. vt re sponsum. C. de pact.

d ¶ Vt principem.] Factum respicit. nam de iure tolerandus est prælatus vsque ad sententiam. 8. q. 4. nonne.

e ¶ Me.] Arg. q̄ frustra petit debitum, qui quod debet non impendit, vt 28. q. 1. si infidelis. 32. q. 5. nō mœchaberis. & c. si ductari. se. dist. 9. neq; in fin. 10. q. 1. placuit. 22. q. vlti. de forma. 18. q. 2. abbatibus arg. cōtra. 11. q. 3. inter verba. 93. d. dominus. 33. q. 5. quod Deus. H.

Epi si litteratos secū habeant.

f ¶ Inuidear.] Arg. contra episcopos, qui malunt habere illiteratos quām litteratos circa se.

g ¶ Reuelatum.] Supra distin. 8. frustra. C. de offi. rec. pro. l. pottoris

h ¶ Sedenti.] In loco inferiori.

i ¶ Taceat.] Deliberando in sermone, cum non debeat interrumpere verbum eius.

k ¶ Nec

l ¶ Ac Dominici.] *Ibidem est*, ac Deo nostro nō patrimonij sui damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesijs potentari?

d ¶ Ad episcopum.] *Hoc loco longe plenior est oratioui libello, & pro hac auctoritate Apostoli ad Timotheum, multæ aliæ afferuntur.*

Item ad Nepotianum. epist. 2.

¶ Episcopi, & clerici inuicem sibi honorem exhibeant. C VII.

ESto subiectus pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe, *& paulo post.* ¶ Sed episcopi sacerdotes se esse nouerint, non dominos, honorent clericos quasi clericos [a], vt & ipsis à clericis, quasi episcopis honor deferatur [b]. ¶ Scitum est [c] illud oratoris Domitij, Cur ego te inquit, habeam vt principem [d], cum tu me [e] non habeas vt Senatorem? ¶ Quod Aaron & filios eius, hoc episcopum, & presbyteros esse nouerimus. ¶ Vnus Dominus, vnum templum; vnum sit etiam ministerium. ¶ Recordemur semper, quid Apostolus Petrus præcipiat sacerdotibus: [Pascit eum, qui in vobis est gregem Domini, prouidentes non coacte, sed spontanee, secundum Deum; neq. vt turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque vt dominantes in clerum, sed forma facti gregi † ex animo, vt cum apparuerit princeps pastorum, percipatis immarcescibilem gloriæ coronam.] ¶ Pessimæ consuetudinis est in quibusdam ecclesijs tacere presbyteros, & præsentibus episcopis non loqui; quasi aut inuideant [f]; aut non dignentur audire: [Et si alij, inquit Apostolus Paulus, fuerit reuelatum [g] sedenti [h], prior taceat [i].]. *& paulo post.* [¶ Gloria patris est filius sapiens.] Gaudeat episcopus iudicio suo cum tales Christo elegerit sacerdotes.

Anſl 7. c. 12.

1. Pe. 5.

† al. gregis.

1. Cor. 14.

Prou. 10. & 13.

Item ex concilio Laodicensi, c. 56.

¶ Presbyteri episcopos non præcedant, sed comitentur, vel subsequantur. C. VIII.

NOn oportet [k] presbyteros ante ingressum episcopi ingredi, & sedere [l] in tribunalibus [m], sed cum episcopo ingredi; nisi forte, aut ægrotet episcopus, aut in peregrinationis [n] commodo ∝ eum abesse constiterit.

∝ ¶ In peregrinationis commodo.] *Sic prisca versio: sed Dionysius longe propius ad verba græca*, nisi forsitan infirmitate detineatur aut proficiscatur episcopus. πλὴν μὴ ἀναγκαίου, ἢ ἀποδημίᾳ τοῦ ἐπισκόπου.

k NOn oportet.] Tempore solennium officiorum, vel cum redeunt à processione ad chorum.

l ¶ Et sedere.] Cōtra gas ingredi & sedere. aliàs falsū esset. m ¶ In tribunalibus.] Ar. C. de hære. & manich. cōstitu. In tribunalibus.] Id est, in sede iudiciaria, vt iudicent sine eo.

n ¶ In peregrinationis.] De licētia superioris inf. de cōsse. dist. 5. nō oportet. & de cōsensu ipsius ecclesiæ. extra de vot. & vo. redemp. c. magnæ. q̄ etiam domini Papæ

a ¶ Epi

a EPiscopus.] ¶ Non patiatur.] Ita q̄ non liceat ei sedere: nisi presbyter assumeret sibi officium stan di. C. de postula. quisquis. 6. viti.

b EPiscopus.] ¶ Collegam se.] Ita tamē q̄ nō cōtēnatur. Luc p. 5. c. 337.

In capitu. Martini Brac. c. 52. de cons. dist. 4. c. omni tēpore. Mart. Bra. c. 56.

Anſl 7. c. 188. Burc. l. 5. c. 44. Luc p. 2. c. 53. τὴν τῶν Κυριακῶν.

natur. ff. de officio præto. obseruandum. Ioan.

c PResbyter.] ¶ Nō signet.] In vertice: quia in fronte non potest etiam auctoritate episcopi, vt de conse. dist. 4. presbyteri.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 34.

¶ Episcopus non dominum, sed collegam se presbyterorum cognoscat. C. IX.

EPiscopus in quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur [a].

Item ex eodem. c. 35.

¶ De eodem. C. X.

EPiscopus in ecclesia, & in cōsessu presbyterorū sublimior sedeat. Intra domum vero collegam se [b] presbyterorum esse cognoscat.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ Sine præcepto episcopi presbyter non signet infantes. C. XI.

PResbyter præsente episcopo non signet [d] infantes, nisi ab episcopo fuerit illi præceptum.

Item ex concilio Neocæsariensi, [e] c. 13.

¶ [De eodem]. PALEA. C. XII.

PResbyteri ruris, in ecclesia † ciuitatis, episcopo præsente, vel presbyteris ipsius vrbis, offerre nō possunt, nec panem sacrificatum [f] dare, calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint, & ad dandam orationem [g] vocentur soli, dare debebunt.

e ¶ Neocæsariensi.] *Antea citabatur ex Genuensi. Restituta est inscriptio ex ceteris collectoribus. Est autem hæc fere Dionysij versio.*

f ¶ Sacrificatum.] *Alibi vbique legitur*, sanctificatum, *Græcè est in concilio impresso.* ἕτερον δίδοναι τῶν ὑγιῶν: *Sed apud Balsamonem* ἕτερον τῶν ἁγίων *id est*, panem mysticæ prædicationis.

g ¶ Ad dandam orationem.] ὁ τὰς εὐχὰς λέγων μόνος, διδάσκαλος *id est*, & solus ad mysticam precationem vocatus fuerit, dat.

DISSTINCTIO XCVI.

ILlud autem [c] Honorij Augusti, quod de electione summi Pontificis supra cōstituisse legitur, nullius esse momenti probatur: cū nō solum de ordinibus, sed nec etiā de rebus ecclesiasticis legatur aliquādo laicis atributa disponendi facultas. Vnde quæcumque à Principibus in ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus decreta inueniūtur, nullius auctoritatis esse monstrantur.

fu distin. 69. c. si duo.

In synodo Rom. 3. sub symmacho c. 1. & seq.

Vnde Symmachus episcopus catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ synodo præsidens dixit.

ILud aūt In hac dist. patur, q̄ cōstitutiones laicorum nō præiudicāt ecclesijs q̄ nihil iuris laicis de rebus ecclesiasticis cōcessum est, nisi sola defensio: & hoc probat per 12. auctor. Ioannes de Fant.

CASVS. Supra in di. 79. posuit Gratia. cōstitutionē Honorij latā super electione Romani Pontificis; sed ne aliquis crederet, q̄ laicis esset attributa potestas disponēdi aliqd de rebus ecclesiæ, & facīe di constitutionē super ipsis, iō Gratianus nunc dicit, quòd illa constitutio nullius fuit momenti, cum à laico facta fuerit; quia non habet potestatem aliquid disponendi de rebus ecclesiæ: quare constitutio Basilij nihil valebat, vt inf. eod. cap. 1. bene tamē dicit, quod constitutio Honorij facta fuit auctoritate Papę: ideo valuit.

Laici de rebus ecclesiæ nihil posſūt constituere.

d ¶ Illud autē.] Hic depingitur 96. dist. magister posuit constitutionē Honorij Augusti latam super electione Romani pōtificis 79. d. si duo. Sed ne videretur laici habere potestatē constituendi vel disponēdi de rebus ecclesiæ; ideo reducit hīc illam cōstitutionem ad memoriam, vt ostendat q̄ laicus nō habet potestatē suo iure constituēdi aliquid de rebus ecclesiæ bene tamē possunt laici rogati consilijs interesse. & de rebus ecclesiasticis constituere: non tū vt valeat eorum cōstitutio, quia ipsi cōstituerint; sed quia ratum habet ecclesia, vt dicit Gratianus infra distinctio. proxi. §. 1. &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BEne quidem.] CASVS. Symmachus Papa ęgrotãs cum de salute corporis desperaret, timens schisma posse contigere post mortem suam, iniunxit Basilio vt interesset electioni successoris post mortem suam prõpter schisma remouẽdum. tempore procedente quã epi scopi tractabãt de electione successoris, Symmacho adhuc viuente. quo audito Basilius congregauit concilium & fecit cõstitutionẽ ne liceret electionẽ Papę fieri sine eius plenitudine; nec liceret Papę alienare res ecclesię: & si alienatæ essent, reuocari debere; & quædã alia, q̃ in capitulo recitantur, constituit. Symmachus aũt postea recõciliatus post mortem Basilij cõgregata synodo oĩa post recitationẽ eorũ retractauit. Et no. q̃ primo quęq; loquit Symmachus, vt in principio: q̃nq; notarius, q̃ cõtinua: verba diuersorum p totũ hoc capit. q̃nq; Synodus, q̃nq; Basilius: quandoque aliq̃s de synodo: & ego cum Hugo. ad maiorem intelligentiam aliquantulum latius posui casum, quem bene. duo ca. seq; perte videbis.

a ¶ Bene.] Symmachus Papa laborabat in extremis, & timuit ne in electione sui successoris, propter strepitus hæreticorum ichisma interueniret: rogauit Patricium Basilium, q̃ gerebat vices Odoacris regis, quod ipse interesset in electione sui successoris. Basilius fratrem Symmacho viuente fecit quandã cõstitutionẽ (scilicet q̃ sine ei[b] cõsultatione nõ fieret electio futuri Pontificis. Præterea, q̃ nõ liceret alicui prædiũ ipsius ecclesię alienare. q̃ constitutio retractatur hic; tũ quia ibi quædam constituta sunt, quæ à laico non possunt constitui. Consensus clericorum non sufficit in cõtractibus rerum ecclesiasticarum.

b ¶ Plenitudo.] Infra 6. q. 1. si omnia.

c ¶ Maxime.] Bene dixi niũ, supple.

d ¶ Memoriæ.] Ergo iam decesserat Basilius tempore huius synodi.

e ¶ Vel subscripsit.] Arg. in contractibus rerum ecclesiasticarum non sufficere consensum clericorum: nec in alienationibus, nisi speciali ter subscribãt 1. arg. 10. q. 2 cassetur. 12. q. 2. abbatibus. &c. sine exceptione.

f ¶ Inde disputem.] Non est disputandum de eo, de quo statim constare potest. si ergo vxor petat sibi virũ restitui, & vir paratus est incontinenti probare consanguinitatem, non est audienda. ff. vt in possessio. leg: si is a quo arg. contra. exara de rest. spol. c. litteras.

g ¶ Synodus.] Verba notarij.

h ¶ In mausoleo.] Verba sunt scriptoris. Mausoleum proprię est sepulchrũ principis. Et dicitur à Mausoleo rege, cui vxor Arthemisia pudicitiæ insignis construxit sepulchrum miræ pulchritudinis. s. Vude alia sepulchra sic sunt appellata.

i ¶ Electione.] Non tamen, vt aliquid inde constituere, & ita excessisti finem mandati Basilij.

K ¶ Cũq; d cõfusionis.] Prosecutio legis, & continuant verba sic, non celebretur, de electione Papæ, &c. ac ne-

a ¶ Nihil-

¶ De rebus ecclesiasticis disponendis laicis nulla facultas relinquitur C. I.

BEne[a] quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta sub diuini timore iudicij, quæ erant statuenda definiuit; & ad iustitię cumulũ peruenit, dum sufficienter vniuersa complectitur: nec adiectione indiget plenitudo[b], maximè[c] de clericis, ques amor dominationis inuasit, & iugum disciplinę ecclesiasticæ fecit respuere, *& paulo post.*¶ Quorum excessus enarrare difficile est: vnum tamen, quod occurrit, venerando ordini vestro intimare nõ differo. Dixerunt inter alia, scripturam quãdam illustris memoriæ[d] Basilium, quasi pro ecclesiasticæ amore substãtiæ, cõscripsisse; in qua nullus Romanæ ecclesiæ, nec interfuit, nec subscripsit[e] antistes, per quem potuisset fortiri legitimam firmitatem. Ne vero ego inde disputem[f], vnde † potest vestrum iudicare concilium; requiratur, & deferatur in medium, vt ex lectione cognoscatis, cuiusmodi possit habere substantiam. ¶ Sancta synodus[g] respõdit, deferatur in medium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et dum diceret Hormisda diaconus recitauit. [Cum « in † Mausoleo[h], quod est apud beatum Petrum apostolorum, resideret† sublimis, & eminentissimus vir præfectus prætorio, aque patricius, agens etiam vices præcellentissimi Regis Odoacris Basilius, dixit: Quãquã studij vestri†, & religionis interfit, vt in episcopatus electione[i] concordia principaliter seruetur ecclesiæ: ne tamen † per occasionem seditionis, status ciuitatis † vocetur in dubiũ, admonitione † beatissimi viri Papæ nostri Symmachi † Simplicij, quam ante oculos semper habere debemus, hoc nobis meminisse sub obtestatione fuisse mandatum, vt propter illum strepitũ, & venerabilis ecclesiæ detrimentũ, si eum de hac luce transire contigerit, non sine nostra cõsultatione, cuiuslibet celebretur electio.] Hæc cum legerentur, Cresconius episcopus ciuitatis Tudertinæ ecclesiæ, surgens è cõsessu dixit: [Hic perpendat sancta synodus, vt † prętermissis † personis religiosis, quibus maxime curræ est de tanto Pontifice, electionem laici in suam redegerint potestatem: quod contra canones esse manifestum est.] ¶ Item Hormisda diaconus legit: [Nã & cum quid cõfusionis[k], atque dispendij venerabilis ecclesia sustineret, miramur, prętermissis nobis, quidquã de reb. ecclesiæ fuisse tẽtatum, cũ etiam

† sed vt possit orig.

† in vnũ apud Ildeb. beatum] orig.

† resedisset, sublimes] ort: Verba Basilij. † nostri] orig.

† al. me per † al. ciuilitatis. † al. tamẽ admonitione

† absit dicit Symmachi. ad quod orig. refertur. & glossa ibi habet.

† al. vtrum † prętermissas personas religiosas] codex can. verba Basilij.

Basilius à Symmacho rogatus interfuit electioni Papę.

Mausoleum quid sit.

Prædium est duplex.

vrbanum prædium, habemus ff. de ser. rust. præd. & si. de ser. vrb præd per totum.

d ¶ Titulis.] Siue donationis, siue emptionis.

e ¶ Maximus.] Sic & iurisperiti dicunt quid sentiant. ff. de his, quæ in testamen. delen. l. proximè.

f ¶ Laico.] Nã nõ licuit laico iure suo, sed ex delegatio

a ¶ Nobis debuisset.] Hoc dicit propter quosdam, qui viuente priore Symmacho tentauerunt eligere, vt dist. 79. si quis Papa. & c. nullus. Io.

b ¶ Præferentes.] Id est, primo statuentes.

c ¶ Rusticum.] Quid sit rusticum prædium, & quid sit vrbanum

† vestrę sanctitatis

Verba Basilij

† al. cõsequenter.

† al. qui illud

c. 5. verba Basilij.

† al. suorum

† al. alienitatem.

† al. erogatio religioni professia.

ne Papæ bene: arg. 32. distin. §. verum. 10. q. 3. cap. vlti. 29. si quis Papa. & c. nullus. Io.

Sed vtrum episcopus laico possit hoc committere, iam dicemus infra eadem. capit. quod non. M. tamen dicit contra quia mucro est episcopi: immo nec presbyter hoc potest.

Laicus põ excommunicare ex Papæ delegatione.

g ¶ Munitum.] Nã si quis emit rem ecclesię, vel aliam rem in casu illicite, nõ põt præscribere. Nam dicit lex. q̃ non est dubium eũ male fidei possessorem, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agricolis, & censi. l. 11. quemadmodum. nã nec iuris ignorantia põt eum excusare. ff. de iuris & facti ignorantia. l. iuris. & hoc benigne statuerat: secus cũ est de iure: quia bene præscribit laicus rem ecclesię cum fructibus etiam percipiendis, si fit malæ fidei possessor. de restit. spol. Laicus vtrũ rem ecclesię possit prægrauius. præscribere.

ADDITIO. Ad hoc extra de præscrip. ad audientiam. iuxta finem. Super hoc videas quæstionem B. q̃ incipit, esto q̃ res ecclesiastica, &c. & qũ no. inf. 16. qõ. 3. vniuersas. in glos. nõ dicit. Arch.

h ¶ Perlegatur.] ff. de legi. & senatusconsul. l. inciuile.

i ¶ Heredes.] Turpia enim lucra ab heredib⁹ sunt extorquẽda. ext. & vsuris, tua. ff. de calũ. in heredẽ. Sed & alienator posset conueniri, vt no. 12. q. 2 monemus.

K ¶ Reliquerit.] In morte reliquẽdi nãque verbum, & c. ff. de tabulis exhib. l. i. § vlt. i.

l ¶ Vendantur.] Arg. C. de admit. tur. lex. m ¶ Proficiant.] Hic terminatur lex ipsa. n ¶ Mediolanensis.] Arg. Mediolanensis prærogatiuam sedis habere ante statuen natẽ, cum ante eũ rescõder, sicut in alia synodo ante eũ scripsisse legitur. supra G. tamen aliter hoc

Causa q̃libet ecclesiastica per Papam laico committi potest. Et est argumẽtũ, Papam quamlibet causam ecclesiasti-

i Et habes hoc q̃ hic dicit. 16. q. 1. in canonibus. Arch.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Laicus an epi auctoritate possit in ecclesia aliquid constituere.

cam committere posse laico: arg 23.dist.mulier. & 94. distin. valde. 5.q.3 qui episcopus. contra. 79. dist. si duo. inf. ea. denique contra. Intelligendum est non sua auctoritate. Sed nunquid auctoritate episcopi potest laicus aliquid cõstituere in ecclesia? videtur, q̃ predicare possit in uitatus a clericis. 23. d. mulier. arg extra de foro compet nullus iudicum. Dic cũ Hug. q̃, nõ potest ex delegatione episcopi causas spirituales tractare nec excõicare. vnde nihil faciunt qui per pueros excommunicant & p̃ seruientes. Causam autẽ ciuilem laicis episcopus committere potest, & ita intelligẽ prædictã decretalẽ, in nona. Et q̃d dicitur d̃ predicatione, speciale est. Quid ergo dices de tẽplariis? nonne ipsi possunt excommunicare fratrem suum? Dici potest, quod sic: quia ipsi nõ sunt laici. arg. 12 q. 1. duo. Credo q̃ nõ possunt nisi sint presbyteri. extra de sentẽn. excom. canonica.

eleemosynã? Non:quia eodem iure censetur cum pecunia:cum fructus in locum pecuniæ succedant:arg extra de vsu. cum tu.in fin.ff.de leg.2.Imperator. §. vlt. & l. seq.& supra 94.distinct.cap.1.Arg contra ff. de fur. qui vas.§.penult.& vlt.

Facere amicos de mãmona iniqtatis, qd.

a ¶ Facere.] Sed oppo nit,Fac tibi amicos de mammona iniqtatis.sed fic exponit id est,de diuitijs, solicitudinibus & laboribus acquisitis: vel qbus abstulistis suas restituas 1. vel eorum parentibus: vel illis mortuis sacerdotib. offerãs: & sed hic. ibi isti omnes facti tibi amici orabunt pro te ad Dominum. licet enim dictum sit. Quę in malũ acquisiuisti,in bonũ expẽdendo tamẽ id tibi patrocinabit. Il. male acquirere ꝓpter eleemosynã, & id in bonum expẽdere.nihil aliud est quàm filium in cõspectu patris mactare. 14. qõ. §. imolãtis.aliter autẽ acquisitũ, vt amore filiorum, & in bonum expensum,id tibi patrocinabitur ad præmium. Hug.

Hic videas quod habetur 14. q 5.

b ¶ Pri⁹ vires suas.] Sumite materiã vestris q scribitis equã Virib.& versate diu quid ferrè recusent, Quid valeant humeri arg.ff.de excu.tut. paupertas. Idem dicit lex in malione. ff. ad legem Aquil.l. idẽ iuris.§.1.& l.qua action.§.2.

Horatius in arte poetica.

c ¶ Abstineat.] Hic presumit cõtra indignum prælatum statim ꝙ male fit electus:ar.cõtrario sensu,61.dist.miramur. versicu.nec putãdus est honor.

potentis Dei non placat iracundiam,sed irritat. Hic rursus scriptum est:[Honora Dominum de tuis iustis laboribus.]Quis ergo male tollit,vt quasi bene præbeat,constat sine dubio,quia Dominũ nõ honorat. Hinc quoq; per Salomonẽ dicitur:[Qui offert sacrificium de substantia pauperum,quasi victimat filium in conspectu patris.] Quantus autem dolor patris sit,perpendamus,si in eius conspectu filius victimetur. Et hinc facile cognoscimus,quantũ apud Deum dolor exasperatur,quando ei sacrificium extorta tribuitur. Nimis ergo declinandũ est, dilectissimi fratres,sub obtentu eleemosynæ,peccata simoniacæ hæreseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere [a]:aliud propter eleemosynas peccata committere †. *& post pauca.* ¶ Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad vtilitatẽ adipisci desiderat; prius vires suas [b] cum hoc, quod est subiturus, onere metiatur, vt si impar est, abstineat [c], & ad id cum metu etiam,cui † se sufficere existimat,accedat.

Prou.3.

Eccl 34.

† *al.perpetrare.*

† *al.qui*

α ¶ Iuuatur.] *Si hic interponatur caput, Eleemosyna.infra 14.q. 5.erit integer hic locus.*

β ¶ Committere.] *Hic apud B. Gregorium interȳciuntur. c. Hoc quoque dist. 59. & 1. Sicut neophytus. dist.* 48.

*Item Theodorico,& Theoberto† Regibus Francorũ, lib.7.epist.*114.

† *al. Theodobetto.*

¶ Pastor simoniacus nullam ouibus prębet medicinam. C. XXVIII.

FErtur simoniaca [d] † hæresis(quæ prima contra Dei ecclesiam diabolica plantatione subrepsit,& in ipso ortu [e] suo,zelo† Apostolicæ vltionis percussa,atque damnata est) in regni vestri finibus dominari: cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita.Si enim vita deest, fides [f] meritum non habet,beato Iacobo attestante,qui ait:[Fides sine operibus ℨ mortua est [h].] Quæ enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti conuincitur obtinere per præmium. *& post pauca.* ¶ Hinc igitur nõ solum in ordinatoris,& ordinati animam lethale vulnus infligitur,verum etiam excellentiæ [i] vestræ regnum † episcoporum culpa(quorum magis intercessionibus iuuari debuerat) prægrauatur *. Si enim dignus is sacerdotio creditur,cui nõ actionis merita,sed præmiorum copia

Poly.ibidem. Anſl.1.6.c 78. Iuo p.5.c. 111.

† *al. fomitem hæreseos.* † *al.vitio.*

Iac 2.

† *al. regimen vestrorum episcoporum.*

Simonia dominatur in Francia.

d ¶ Simoniaca.] Notat Gregorius primo de negligentia regis istos Franciæ,eo ꝙ dominatur simonia in regno eorum. Secundo dicit ꝙ ipsorum prælatorum culpa in eorum regimen retorqueatur. Tertio timendum est de his qui tales apud Deum intercessores habent, qui in se pronocant iram Dei,quam placare debeat.

e ¶ Ertur ipso ortu.] Quo ad nouum testamentum: & antea.dist.3.cap.vlt.

i ¶ Verum etiam excellentiæ.] Ecce quòd crimen alicuius nocet innocenti 2. argumen.distinctio.6 1. miramur. versicu.sicut enim. argumen. ead. quæst. dominus.contra,infra ead.quæstio.4.capi.1.argum.2. quæst. 4.cap 1.contra.distin.§.2: si qui sunt presbyteri. Arg. distinct. 59. §. vltraque.arga.de consecra. distinct.1.in sancta.Arg.contra.24 q.1.non turbatur.arg.1.6. q 1. ex merito arg.49.distinct.§.1. arg. 2. quæst.7. cap. sicut 2. argumen.infra ead.quæst.multi.Et est arg.quod res in terrestrios acta,alijs nõ præiudicat. infra de pœnitentia distin.6.c.1.& de re iudi.sæpe.Ioan.hoc breuiter tenet quòd res inter alios acta,alijs nõ nocet: generaliter:nec criminis alterius alij nocet. in casibus tamen specialibus regula fallit,qui in iure expressi inueniuntur.extra de re iudicata.quamuis.& 6.q.1.§.verum.& alijs similibus casibus, vt 2.q.6.§.dissimitua.

Lo inter acta

a ¶ Suffraga.

suffragatur [a]; restat, vt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas,nihil defendat industria; sed totum auri profanus amor obtineat.Et dum vitia remunerantur honore, in locum vltoris [b]; is, qui fortasse fuerat vlciscendus [c], adducitur:atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius iudicantur. Vulnerato namq; pastore,quis curandis ouibus adhibeat medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis se hostilibus ferendum exponit? aut qualem de se fructum producturus est, cuius graui pesse radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore clamitas, vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracundiam peouocant [d], quàm per semetipsos populis placare debuerant.

Cum ergo secundum Leonem simonia non bono peragatur exitu,secundum Gregorium nullum boni operis sequatur ædificium; nec sit putanda eleemosyna,quæ ex pretio simoniæ erogatur pauperibus;vulnerato pastore medicina non adhibeatur curandis ouibus; de infecta radice fructus non producatur;maior etiam calamitas in futuro metuatur;de tã sinistro principio qs fœlix exitus sperare?

Hinc etiam Augustinus ait.

¶ Simoniacorum sacramenta effectu gratiæ carent. C. XXIX.

Gen.39.

2 Mach.1.& 4.

† *al. simoniacorum.*

SIcut eunuchus [e] fuit, qui Ioseph comparauit, ita qui gratiam mercatur, viuum semen [f] non habet siccis genitalibus. Sic quoque ignis sacrificij, qui per septuaginta annos Babylonicæ captiuitatis sub aqua ℨ vixerat, extinctus est, Antiocho [h] Iasoni vendente sacerdotium: quod significauit Spiritus sancti ignem non lucere [i] in simoniacis † sacramentis.

Quid in his similitudinibus beatus Augustinus notare uoluit; nisi quia sacramentum simoniacorum (sicut & cæterorum hæreticorum) licet sint vera quantum ad formam,inania tamen, & falsa sunt,quantum ad effectum, cum non possint in cordibus hominum gignere, uel accendere cęlestem gratiam.

Ioseph venditio.

Ignis diu occultati miraculosa inuentio.

Putifar genер Pharaonis in sacerdotio fuit exectus.

Antiochus multa facinora perpetrauit.

De igne Hieremiæ.

a ¶ Suffragatur.] Nam dicit lex: qualiter quisque meretur, non quantum dare sufficiat æstimetur C. de episcopis, & cleri. si quemquam. Sed quæritur quare scribit papa regi,cum non habeat potestatem super his. 11.q. 3.sacerdotibus? Ideo,quia participes erãt: vel quia erãt incorrigibiles,vt inf.ea.q.vlt.c.vlt.17.d. nec licuit.extra de ind.cum non ab homine.

Propria q. dicit sibimet ipsi,vel alteri ille, de quo dẽt falsi fami.

b ¶ Vltoris.]Id est,propter peccata punientis.

c ¶ Vlciscendus.] Id est,propter peccata punientis.

d ¶ Pronocant.] In se, non in illos pro quibus supplicant.& ita etiam exaudi 3 q.7 in grauibus.

e ¶ Sicut eunuchus.] Putifar qui primo habuit vxorẽ filiam Pharaonis:cũ postea fuisset ordinatus sacerdos Heliopolis, fuit exectus. Vel vt quidam dicunt, ficcauit Dominus genitalia eius, quia ad turpes vsus emerat Ioseph.

f ¶ Viuum semen.] Scilicet boni operis.

g ¶ Sub aqua.] Arg. dist. 81. c.si qui.Arg.tamen contra 28 dist.cap.vlt.& inf.ea. Dominus. Ioan.

h ¶ Antiocho.] Ille Antiochus Græcus fuit: & multum Iudæos oppræssit, & vẽdidit sacerdotium templi. Et est arg.hic quod in vete.test simonia erat ordinem emere.

i ¶ Non lucere.] Ignis missus a Hieremia in puteum: qui tamen post nunquam fuit inuentus: sed aqua pinguis lapidi supposita illum comburebat.de isto igne habes de pœnit.dist.3. inter hæc hircum. & puteus erat in valle Iosaphat:vbi Rex Persarum fecit fieri templum, & appellatum est a Hieremia nepthar, quod interpretatur purificatio.Ioan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SED OBIICITVR. Hæc est 5. pars huius quæstionis, in qua vult probare, q̃ si catholicus malus, scilicet toleratus, conferat sacramentũ aliquod, bene valet, dummodo accipiens non sit in culpa: & idem credo de sacramentis ab hæreticis collatis in forma ecclesiæ. In tali tamẽ indiget manus impositione propter immanitatẽ hæresis. & hoc p̃bat 18. autho. Io. de Fan. a¶ Sed obijcitur.] In defensione simoniacorũ p̃bando, q̃ habent effectũ sacramẽta ab eis collata. Io.

SI iustus.] CASVS. Hic ostẽditur, q̃ si sacerdos iustus fuerit, est bonus b minister sacramentorũ, & nõ actor: quod p̃batur exẽplo Pauli. si verò malus est, sua malitia sacramentis non obest; q̃a sicut aqua sterilis non est, quãuis per canalẽ sterilẽ fluat, ita virtus spiritalis etsi per immundos transeat: tamen ab illuminandis excipitur. Et no. quòd ab isto supradicto capitulo vsq; ad c. etiam corde: probatur q̃ vera sunt sacramenta malorum sacerdotum: & vere ab eis cõferuntur, dummodo in forma ecclesiæ conferantur.

b¶ Si iustus.] Ab isto c. vsque ad illud, etiã corde, ostendit magister, q̃ sacramenta hæreticorum vera sũt, & vere ab eis cõferuntur, si in forma ecclesiæ conferatur: non tamẽ quo ad virtutem: cũ distinctione tamen: quia sacramẽta necessitatis nisi in necessitate quis sumat ab hæretico, vel etiam si ignoranter sumat & virtutẽ, & veritatem quidem accipit sacramẽti. Si vero non necessitate, vel scienter accipit: veritatẽ quidem accipit sacramenti, non virtutem. si tamen ficte accipit, & postea agat pœnitentiam, habebit vtrumque. de consecratio. distin. 4. tunc valere, & §. sed nos. tandum 2. infra eadem. In sacramento verò dignitatis, vt in ordine, distinguẽ secundum illam distinctionem 11. q. 1. ordinationes, & in summa ibi posita. In sacramento Eucharistiæ dicimus quòd de manu hæretici sumendum non est. 24. quæst. 1. cap. vlt. & 32. distin. §. verum. si tamen accipiatur, verum est corpus, si in forma ecclesiæ est consectum: licet quidam dicunt, quòd ipsi non conficiunt. 24. q. 1. schisma.

ADDITIO. Arg. de consecrat. dist. 2. quid sit. Arch.

c ¶ Plantaui.] Prædicando.

d ¶ Rigauit.] Baptizando.

e ¶ Transit.] Infra eadem, sic populus: contra. Sol. hoc de sacramentis necessitatis, quæ semper habent effectũ nisi culpa suscipientis impediat, & ibi de sacramentis dignitatis, vel hic de fictæ ordinatis: ibi de his quos ecclesia tolerat. Vel dic q̃ sunt polluta quantum ad illos, vt 49. dist. cap. vlt. 15. q. vlt. cap. fi.

Sacramenta sunt duplicia.

Hæreticorũ sacramenta sunt vera.

1 De hoc legi. & no. inf. eo. §. sed no tandum est. Arch.

2 Ad idẽ de pœ. dist. 3. §. illud autem Greg. in E.

5 ¶ *Sed obijcitur*[a] *illud Augustini contra hæreticos tractatu 5. Super Euangelium Ioannis.*

¶ Siue bonus, siue malus, sit minister, per vtrumque effectus gratiæ confertur. XXX.

SI iustus[b] fuerit minister, computo eum cũ Paulo, qui gloriam suam non quærit, dicens: [Ego plantaui[c], Apollo rigauit[d], Deus autem incrementum dedit.] Qui vero fuerit superbus minister, cum diabolo computatur: sed non cõtaminatur donum Christi, quia per illum * purus fluuius transit, & venit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non potest: & si per lapideos canales transit[e] aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur; sed tamen hortus plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus sacramenti, vt lux pura ab illuminandis excipitur; sed per immundos transiens non coinquinatur.

¶ *Ab initio huius capitis vsq; ad ver.* donũ Christi. *Algerus lib. 3. c. 5. citat ex beato Augustino, cuius tamen propria verba habentur infra de consec. dist. 4. c. aliud. §. si fuerit.*

* ¶ Quia per illum.] *Apud B. Augustinum tractatu 5. legitur,* Quod per illum fluit, purũ est; quod per illum transit liquidum, venit ad fertilem terram: puta, quia ipse lapideus est; quia ex aqua fructum ferre non potest: per lapideum canalem transit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generans; sed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus sacramenti ita est, vt lux: & ab illuminandis pura excipitur: & si per immundum transeat, non inquinatur.

inf. de cons. d. 4. cap. aliud. Algerus l. 3. c. 5. 1. Cor. 3.

Idem ad Vincentium Donatistam, epist. 48.

¶ De eodem. C. XXXI.

EX Catholica[f] ecclesia sunt omnia § Dominica sacramenta. quæ sic habetis, & datis, quemadmodum habebantur[h] & dabantur etiam prius quàm inde exiretis.

Algerus l. 3. c. 5. Deusdedit in tracta. de simoniacis. Poly. l. 3. tit. 10. Algerus l. 3. c. 2. Iuo p. 1. c. 117.

Idem de baptismo contra Donatistas, lib. 5. c. 19.

¶ De eodem. C. XXXII.

SIc† autem Deus[i] adest sacramentis, & verbis suis[k], † *al. Si*

EX Catholica.] CASVS. Dicit Aug quòd à Catholica ecclesia vera sumpserunt hæretici sacramenta, qui sic habent & conferunt sicut habebant ante q̃ de ecclesia exirent. Sequentia tria c. plana sunt, & per se patent.

f ¶ Ex catholica.] In hoc, & in duobus cap. sequentibus, dicitur, q̃ vera sunt sacramenta hæreticorum, quæ in forma ecclesiæ celebrantur.

g ¶ Omnia.] Id est, omnium sacramentorum veritas, & forma.

h ¶ Habebantur.] Arg. contra inf. c. extra catholicã. sed ibi expone, id est, extra formam catholicæ ecclesiæ.

i SIc autem Deus.] Deus dicitur adesse talib. sacramentis, vt veritas subsistat, & vt virtus præstetur ei, qui accipit ignoranter. supra. si iustus.

k ¶ Et verbis suis.] Et ita verba necessaria sunt: argu. infra ea. detrahe.

Verba in sacramentis sunt necessaria.

a SAcramenta.] ¶ Nõ mutastis.] Id est, non extra formam ecclesiæ traditistis.

b ¶ Iniuriam.] Arg. propter alterum non debet alteri iniuria fieri, de consec. distin. 4. ostenditur. ff. de reg. iur. non debet. Ioan. Sicut

† *al. &* per qusolibet administrentur, & sacramenta Dei vbique recta sunt: sicut † mali homines, & quibus nihil prosunt, vbique peruersi sunt.

Idem lib. 4. de bapt. contra Donatistas, c. 12.

¶ De eodem. C. XXXIII.

al. patre diabolo. Alegrus ibidẽ. Deusdedit in tract. de simoniacis. Ant. l. 9. c. 48. Poly. ibidem.

NEc foris ergo, sicut nec intus quisquam, qui ex patre diaboli est, potest vel in se, vel in quoquam maculare sacramentum, quod Christi est.

Idem ad Emeritum, epist. 164.

¶ Sacramenta quæ non mutantur, catholicis, & hæreticis communia probantur. C. XXXIIII.

Alger. l. 3. c. 9. Poly. l. 7. tit. 10.

SAcramenta, quæ non mutastis[a], sicut habetis, approbãtur à nobis: fortè cum vestram prauitatem corrigere volumus, illis mysterijs Christi, quæ in vestra prauitate deprauata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam[b]. Neq; enim & Saul deprauauerat vnctionem, quam acceperat, cui vnctioni tantum honorem rex Dauid prius Dei seruus exhibuit.

1. Reg. 24 & 26.

Idem ad Donatistas.

¶ De eodem. C. XXXV.

SIcut ficti[c] veraciter, non fictè recipiunt, nec eorum baptisma reprobatur; sic & illa, quæ schismatici, vel hæretici, si non aliter habent, nec aliter agunt quàm vera ecclesia cum ad nos veniunt, non emendamus[d], sed potius approbamus.

¶ Verba ipsa prioris partis huius capitis vsque ad ver. reprobatur, *non sunt inuenta apud B. Augustinum: sed habetur sententia lib. 1. de baptismo contra Donatistas, c. 12. Reliqua autem huius capitis pars est in eodem lib. c. 13*

Idem contra litteras Petiliani, lib. 3. c. 9.

fi. dist. 32. c. præter hoc. §. verũ principia. Iuo p. 10. c. 75.

¶ Non fugiantur sacramenta Dei à quocunque ministretur. C. XXXVI.

NEq; in homine bono aliquis Dei sacramenta fugiat neque in homine malo[e].

¶ *Libro tertio contra litteras Petiliani, vnde videtur sumptum esse hoc caput, sic legitur:* Nemo glorietur nec in homine bono: nemo bona Dei fugiat nec in homine malo. *Hoc autem caput significatur supra dist. 32. c. præter §. verum principia.*

Idem de baptismo contra Donatistas, lib. 6. c. 44.

¶ Hominum malitia sacramenta non profanat. C. XXXVII.

Matth. 10.

NOnne[f] Sodomitæ ethnici erant, id est, gentiles? Peiores § ergo erãt Iudæi; quibus Dominus dicit: [Tole

a ¶ Nõ mutastis.] CASVS. Dicitur hic q̃ sicut si quis adultus fictè vel sine cõtritione accedit ad baptismum, veruntamen recipit sacramentum: sic & vera] sunt sacramenta: quæ schismatici & hæretici in forma ecclesiæ conferunt. Sequens. cap. patet.

c ¶ Ficti.] Sed nunquid dandum est baptisma ei, qui fictè accedit? dic quod * sic, sed post compellendus est fidem obseruare: arg. 45. dist. de Iudæis. Vtrum autem baptizetur ignorãs vel inuitus, vel dormiens, habes ext. de bapti. & eius effectu cap. maiores. 5. item quæritur.

* *Vide S. Tho. 3. p. q. 68. art. 3. in cor. & ar. 4. ad 2. & 3. & ar. 8. & q 69. artic. 9. & 10.*

d ¶ Nõ emendamus.] Infra de consec. dist. 4. ostenditur. &c. solet quæri. infra ea si quis inquit. Sed cõtra. ff. eod. q. sicut vrget. Sed hic de fictione accipientis quæ nõ impedit: ibi de fictione dantis, quæ impedit: vel quando, non in forma ecclesiæ. 32. distin. 9. verum.

e NEque in homine malo.] Id est, tolerato 1. vel in necessitate: & sic nõ est contra supra dist. 32. nullus. &c. præter hoc. H.

1 Ad hoc inf. c. quã multi. vbi de hoc in gl. ex his Archid.

f NOnne.] CASVS. Hic ostendit quod apud malos erant sacramenta. Nam peiores Sodomitis erãt Iudæi: & tamen Dominus eorum sacramenta vera esse probauit, dum ad ea celebranda leprosos quos mũdauerat misit: & dũ eius angelus Zachariæ in templo ministranti astitit: & eum exaudit um denũcia uit. nec etiam gentilũ verba reprobant sancti patres, vbi verum dixerunt.

Iudæi peiores fuerunt Sodomitis.

f ¶ Nonne.] Vult p̃bare Au. in hoc c. q̃ apud hæreticos sunt vera sacramenta: q̃a erant apud Iudæos, qui peiores erant Sodomitis. item & alia ratione: quia si gẽtiles aliquid boni habuerũt: hoc sancti viri nũ reprobauerũt. Quod autẽ apud Iudæos essent vera sacramẽta, probat exẽplo Domini & Zachariæ. Zacharias tamẽ bonus fuit: vade ratione personæ nulla est p̃batio: sed iste eodem modo sacrificabat, quo & alij Iudæi.

Iudæorum Sacramenta fuerunt vera.

g ¶ Peiores.] Inf. 24. q. 1. non afferamus: quia illi rãtum naturalem legem trãsgressi sunt, Iudæi etiam scripta:

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi prædicatores non habuerunt: illi etiam Iesum Christum: apud illos nulla miracula facta sunt 1. apud istos multa facta sunt: & præterea isti Christū crucifixerant de quo dist. 1. periculosè.

a ¶ Iusta.] Id est, minus mala, arg. 8. q. 1. vereor. vnde dic, iustificastis, comparatione melioris vitæ, non potestate iudicij.

b ¶ Talia.] Id est, tale sacrificium est qualis sacrificans. inf. eo. Dominus declarauit. ver. item nos dicimus.

ADDITIO. Quasi dicat non, infra ea. Dominus. Hug.

c ¶ Quæ.] Scilicet sacramenta, vt circuncisionē, quando cū hostijs in templo fuit præsentatus. de cōsecra. dist. 4. propriè. in fine.

d ¶ Et ea Zachariæ.] Ecce per bonos olim dicit sacrificium fuisse apud Iudæos.

e ¶ Angelus.] Historia. Narratur in nouo testamēto, quòd fuit in diebus Herodis sacerdos nomine Zachariæ, & eius vxor nomine Elizabeth. Dauid autem vel ens ampliare cultū Dñi, xxiiij. instituit summos sacerdotes, quorū tū vn⁹ maior erat qui princeps sacerdotum dicebat, quorū de numero vnus fuit Zacharias, q cū in die propitiationis incēsum poneret: prædixit ei angelus filiū nasciturū de vxore sua qui vsque ad diē partus obmutuit, q̄a credere noluit.

f ¶ Et rectum.] Arg. propter personæ detestationē nō reprobari dicta illius. sup. 37. dist. si quid veri. & c. turbat. & infra 23. q. 4. qd ergo inf. ea q. 1. Dñus declarauit. su. 19. d. fm. 1. q. 2. si it area. cōtra. 9. dist. si ad sacras. contra. dist. 16. canones. Dic vt in decret. si. ad sacras. Vel dic & vtile vitiatur per inutile: cum alteri sit præiudicium. 16. d. c. 1.

Personę detestatio an faciat illius dicta reprobari.

M Vltæ autē operationes ſ. sunt ſpiritus ſancti', quas Apostolus, cum quodam loco[h], quantum sufficere arbitratus est, commemorasset, ita concluſit: [Omnia autem hęc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.] Cum ergo aliud sit sacramentum, quod habere etiam Simon magus potuit: aliud prophetia†, quæ in malis hominibus etiam fieri solet, vt, in Saul[i]; aliud operatio eiusdem spiritus; quam nisi boni[k] habere nō possunt, sicut est finis præcepti charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta; quod libet hæretici, & schismatici accipiant, charitas quæ coperit multitudinem peccatorum, proprium donum est catholicæ vnitatis & pacis nec est in omnibus, quia nec eius sunt omnes.

Poly. l. 3. tit. 10. Anſ. l. 9. c. 29.

1. Cor. 12. Act. 8.

† al. operatio spūs, q̄ in m. h. e. f. ſ. sicut Saul habuit & phetiā aliud, &c. orig.

Idem eodem libro, c. 18.

¶ Licet sacramenta mali ministrent, remissionem peccatorum non præstant. C. XXXIX.

1. Tim 1. 1. Pet. 4.

Polyc. ibidem. Anſ. l. 9. c. 31.

R Emissionem † peccatorum

† Remiſſam] orig.

K ¶ Boni.] ſ. per gratiam inhabitantem. inf. 24. q. 3. de illis. qui. & ca. cau. q. 1. vbi sana. H. Ioan. de Fan.

R Emissionem.] CASVS. Dī hic q̄ cū aliquis baptizatur a quocunq; sine malo remissionē peccatorū: quam consequitur per baptismū, non dat ei malus, sed meritum ecclesiæ. Nam bonis tantum dictum est; Cuicunque remiseritis peccata, &c. Illa sola columba potest habere, & ideo ligat & soluit. & solus ille soluitur q̄ cum columba, id est ecclesia habet pacē. Vel sic, dictū est supra quasdā operationes spiritus sancti esse in malis, vt baptismū, quasdā vero nō esse in malis, vt remissiones peccatorū, quæ dant ad preces bonorū ecclesiæ, qui cum

qui cum columba. i. ecclesia habēt pacem: non em̄ malis, sed bonis dictū est. Quorū remiseritis peccata, &c.

a ¶ Auari.] Id est, idololatræ, id est, quilibet malus. 28. q. 1. idololatria.

b ¶ Auari non dant.] Id est, indigni sunt dare. inf. de cō fecr.

auari[a] non dant: quæ per orationes [b] sanctorum, id est per columbæ gemitus datur quicunque baptizet, si ad eius pacem illi pertinent, quibus datur. Non enim raptoribus & fœneratoribus diceret Dominus: [Si cui dimiseritis peccata, remittuntur illi; si cui tenueritis, tenebuntur.] Foris [c] quidem nec ligari aliquid potest, nec solui, vbi non sit qui aut ligare possit, aut soluere: sed soluitur, qui cum columba non habet pacem, siue apertè [d] foris sit, siue intus esse videatur.

Io. 2.

Si ergo sacramenta [c] in modum lucis ab immundis coinquinari non possunt, si in modū puri fluuij per lapideos canales ad fertiles areolas perueniunt; patet q̄ simoniaci sacramentum vnctionis sibi quidā inutiliter, & perniciosè habent; aliis autē vtiliter, & salubriter eādem vnctionē administrant. Sicut ergo sunt vera sacramenta heretico rū quantum ad formam; ita sunt vera, & nō inania[e] quantum ad effectum.

6 Sed notandum & est, quòd sacramentorū alia sunt necessitatis[h], alia dignitatis. Quia enim necessitas nō habet legem, sed ipsa sibi facit legē; illa sacramēta quę saluti sunt necessaria, quia iterari nō possunt, cum sint vera; auferri, uel amitti non debent; sed cum pœnitentia rata esse permittuntur. Illa[i] vero sacramenta, quę sunt dignitatis, nisi dignè fuerint administrata, ita vt digni dignè à dignis promouebantur, dignitatis esse desinunt: non vt minuatur veritas sacramenti, sed vt esset officium administrandi, vel loco, vel tempore, vel promotione.

Loco, vt ait Leo ad Rusticum Narbonensem episcopum epist. 90. al. 92. c. 1.

SI q clerici ab istis pseudoepiscopis[k] in eis ecclesijs or

¶ De his, qui à pseudoepiscopis ordinantur. C. XL.

Iuo p. 5. c. 65.

Iuliorū pr. ces facilius exaudiuntur. De pœn. dist. 1. multiplex.

fecr. dist. 4. quomodo. Vel intellige de præcisis, quia nō dant in veritate nisi sacramētum in necessitate, & eius etiam virtutem.

b ¶ Quæ per orationes.] Quia facilius pœnibus iustorū, qui sunt in ecclesia, obtinetur remissio 1. vt inf. 21. qō. 4. obtineri. Vel quia per vinculū charitatis ecclesię diminuntur peccata inf. de confe. d. 4. ecclesiæ charitas.

c ¶ Foris.] Sic intelligas cap. de toleratis, die foris, i. extra ecclesiam, quę complectitur tantum grana: sed si de præcisis, die, foris, id est, extra ecclesiam militantem quæ complectitur grana cum paleis. 7. q. 1. §. cum vero.

d ¶ Aperte.] Cum sit Christianus ecclesiam impugnās manifestè siue perturbans ecclesiam occultè. 32. q. 4. recurat. ver. si.

SI ERGO. CASVS. Infert. G. 3. ex supradicto. c. si iustus fuerit quòd simoniacorum sacramenta alijs vtilia sunt, & si isti s non prosint, frustra litudine aquæ currētis per canales, & lucis quæ immundis non coinquinantur. Sed obijcit de sacramentis hæreticorum, quæ vera sunt quantum ad formam, & quo ad effectum, sed solui dicens, quòd sacramēta necessitatis cū effectu cōferunt, sed sacramenta dignitatis, quo ad formam tantū quæ carent officio diuersis ex causis.

e ¶ Sacramēta.] Respicit illud ca. si iustus fuerit, sup. eo.

f ¶ Et non inania.] Verum est hoc in sacramento necessitatis, 24. q. 1. si quem fortè.

SED NOTANDVM. Hæc est 6. pars quæst. in qua facit differentiā inter sacramenta necessaria & volūtaria. Necessaria enim sacramēta sine quibus nemo saluatur (vt est baptismus) possunt recipi à quocunque. Sed sacramenta voluntaria (vt sunt ordines,) nisi rite dentur, data non sunt: cessant vel loco, vel ordine, vel promotione: de quibus multa ponit exempla, quæ probat per 6. c. Ioan. de Fant.

Sacramēta male accepta non duplici caret effectu.

Sacramenta necessitatis sūt quinque.

2 Extra de pœ. & remiſſio. qđ in te. No. q̄ illud sacrm non est necessitatis. Sed contra extra de trāſl. veniens vbi de hoc conclusioni. sacramentum enim male Acchidiac. acceptum, duplici Sacramēta caret effectu, aut q̄a dignitatis. in eo ſpōnito nō pci- * Vide B. pit gratia sed argui Tho. 4. dist. tur malitia recipien- 17. q. 3. ar. tis: & hoc omnibus 4. q. 1. & 2. sacramētis est com- & dist. 20. mune: vel quia nega- q. 1. ar. 1. q. tur executio, qđ spe- 2. per tot. ciale est in sacramē- p̄cipuè ad tis dignitatis. 3 arg.

h ¶ Necessitatis.] Necessitatis quinq; sūt sacramēta, baptismus confirmatio, pœnitētia, vltima vnctio, corpus Christi 2. In baptismo tū hoc est speciale, q̄ in summa necessitate accipi ōtā quocunq; 32. p. §. verū ver. finē & idē* circa pœnitētiāmā cōfiteri possunt cuicūq; in necessitate, de pœ. d. 1. quem pœnitet. Circa alia sacramenta necessitatis, vel circa ista duo, cum nō instat necessitas, hoc est attendendum, q̄ cum peccat quis accipiendo, acta pœnitentia rata intelliguntur quo ad effectum. In sacramentis vero dignitatis hoc est de iure, q̄ nō habeant executionem cum pœniteant accipientes, nisi cum eis dispensetur. Et sacramenta dignitatis sunt ordines: & ideo dī in plurali, quia sunt plures species ordinis. 21. dist. cleros. Et dicuntur dignitatis, quia a dignioribus, id est, episcopis conferuntur: vel quia non nisi digni assumendi sunt. Videtur* etiam q̄ baptismus non sit necessitatis sacramentū. arg. ff. de consec. dist 4. c. baptismi vicē. 3 ¶ Illa.] Hic assignat vnam differentiam inter baptismum & alia sacramenta: aliam ponit infra in se. §. ecce si clericus: aliam in illo §. ecce cum honoris.

Nō est ē per necessarius baptismus flumis nisi nam eius vicē interdū supplet baptismus sanguinis & flaminis. B. Tho. 3. p. q. 68. ar. 2.

SI qui clerici.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ si quis cōsensu ab epō qui male fuerit electus, toleratus fuerit promotus: dispensatiuè poterit ministrare in ecclesia, a. i quàm fuerit ordinatus, sed non in alia. Seq. §. planus, & omnia vsque ad §. ecce.

K ¶ Si qui clerici à pseudo episcopis.] Id est non canonice

nicè electis, toleratis tamen. sic 62.d.c.1. arg.contra 12. q.2.alienationes. Ibi ius commune: hic misericordia.

a ¶Ecclesijs.] inf.ea.q.5.c.1.contra.Sol.ibi pp scandalū in ecclesia, quam per manifestam adeptus est simoniam, nō p̄mittitur ministrare. hic ecōtra, s.propter scandalum, cum occultum sit delictum in ecclesia, cui intitulatus est, & non in alia suscipit, vel hoc cum emit illum ordinem, illud cū dignitatem, vel beneficiū. infra ea. erga.

b QVod p̄ necessitate tēporis, &c.] Cessante necessitate, & dispensatio cessare debet.

c ¶Quod.] Id est, qa dispēsatio vrget, vel qđ est accusatiui casus, id est, qđ necessitas vrgebat, i deest, inducebat. Arg contra inf. 19. q.2. duæ, ibi pp criminosos. B. Sol. ibi de causa impulsiua, hic de fin. ff. de postu l.1.

d SI quis.] Hoc capitulum non loquitur de mero iure.

e ¶ Promotionis.] ꝛ. 34.d. præcipimus. C. depositi. de hoc enim gratificare debet, vt ibi.

f ¶ Inuenitur.] Nisi i casib. notatis 9.q.1. in summa 1.

1 Illos casus ponit etiam Hug.

ECCE. CASVS. Hic ostendit Gratianus aliud esse i sacramēto ordinis, vel dignitatis, qđ non confertur cū effectu ab hæreticis, aliud in sacramento necessitatis, qđ cū effectu cōfertur etiā ab hæretico, vt baptismus, pœnitentia, & Eucharistia: quia sacramētū ordinis nō solū propter culpam interdicitur, sed etiam propter irregularitatē, vnde sacramenta necessitatis pōt cōferre qui istud solum conferre non potest.

g ¶ Ecce.] Ostendit magister i hoc §. differetiam inter sacramenta dignitatis, & alia, & causam differentiæ.

h ¶Infamia.] Quæ etiam sine culpa cōtrahitur. 6. quæst. 1. §. verum.

dinati sunt, quæ ad proprios episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu, & iudicio præsidentium facta est, potest rata haberi, ita vt in ipsis ecclesijs [a] perseuerent: Aliter autem vana est habenda ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec auctoritate munita.

¶ *Caput hoc emendatum est, ac locupletatum ex ipsa epistola, & refertur supra dist. 62. c. 1. §. si qui.*

Ecce aliquis à pseudoepiscopis ordinatus, si locum suæ ordinationis mutauerit, vana est; & sine administratione erit talis ordinatio.

Tempore, vt ait Innocentius epist. 22. c. 5. de ordinatis à Bonoso.

¶ Quæ pro necessitate conceduntur, eadem cessante cessabunt. C. XLI.

QVod pro necessitate temporis [b] statutum est, cessante necessitate debet vtique cessare pariter quod [c] vrgebat †: quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio, quam ∝ ad præsens fieri tempus impellit.

Iuo in prologo fo. 3. Pan. c. 19. in p. logo. inf. ea. q. 7. c. qđ pro remedio.

† Concor. princ. C. de ca. tollend. & 9. q. 1. ordinationes.

∝ ¶ Quam ad præsens.] *Hæc sunt addita ex Innocentio, cuius verba in hoc capite in summam redacta, infra autem q. 7. cap. quod pro remedio plenius referuntur.*

Ergo aliquis alio tempore ab eo, qui Bonoso similis sit, ordinatus cessabit ab administratione, quæ pro necessitate illius temporis fuit permissa.

Item promotione, vt ait Leo epistola 3. ad Iulianum † Aquilegiensem.

† al. Ianuarium

¶ Qui ab hæreticis redeunt, sine spe promotionis in suis ordinibus recipi possunt. C. XLII.

SI quis [d] hæreticæ communionis contagione se maculauerit β, hoc in magno habeat beneficio, si adepta sibi omni spe promotionis [e], in quo inuenitur [f] ordine, permaneat.

inf. ea. c. omnis, & q. 7. cap. saluberrimum.

β ¶Maculauerit.] *Hic apud B. Leonem cum alia verba sunt interiecta, tum cap. saluberrimum, infra q. 7. caput enim hoc est quasi summa quædam, quemadmodum; & c. omnis, infra eadem, tametsi illud paulo plenius sit.*

Ecce & si clericus, vel ordinatione, vel quolibet sacramento hereticis communicat, cessans à promotione vix in suo ordine perseuerat. Non est enim de sacramento hoc, vt de cæteris. Cætera enim vel ad culpas adhibēdas dantur, vt baptismus, & pœnitentia: vel pro culpis non in æternum, sed ad horam negantur, vt Eucharistia, quæ in articulo mortis pœnitenti etiam de nefarijs peccatis conceditur; Hoc solum non solum pro culpa, sed etiam pro infamia [h] interdicitur †, & pro imminuta munditiæ [i] suæ, vel extrinsecæ, vel intrinsecæ perfectionis prærogatiua: vt bigamis, vel viduæ maritis, vel illiteratis, vel corporis qualibet parte vitiatis denegatur, quibus tamen baptismus, vel Eucharistia non negatur. Potest etiam talis cætera sacramenta administrare; qui istud solum [k] non valet conferre.

† al. interdum etiam pro

si

i ¶ Munditiæ.] Vt in illo qui contrahit cum ancilla. 34. dist. si quis viduam.

K ¶Istud solum.] Scilicet ordinem.

SI qui epi.] CASVS. Dē in hoc c. & si qs ordinauerit indignū, & si depositionē euadat, de cætero nō ordinabit, nec itererit illi ordinationi, quā cōtulit indigno.

a ¶Talem.] Extra de temp. ord literas.

b ¶Qualem.] Extra de præben.

c ¶Aliquo

Vnde Leo ait ad episcopos Africæ, epist. 85. al. 87. c. 2.

¶ De episcopis, qui talem consecrant, qualem consecrare non licet. C. XLIII.

25. q. 2. c. si qui episcopi. Anſ l. 6. c. 74. Iuo p. 5. c. 107. ‡nec ei sacramento] orig.

SI qui episcopi talem [a] cōsecrauerint sacerdotem, qualem [b] non licebat; etiam si aliquo modo [c] damnum proprij honoris euaserint, ordinationis [d] tamen ius vlterius non habebunt [e]: nec illi [f] vnquam ℊ sacramento intererunt; quod neglecto diuino iudicio, immerito præstiterunt.

Ecce [h] cum honoris periculum euadant, vt cætera sacramenta sacerdotaliter administrare permittantur, ab hoc solo non modo pro hæresi, vel pro qualibet maiori culpa, sed etiam pro negligentia remouentur. In quibus solicite notandum est, quod sacramentum sacerdotalis promotionis præcæteris omnibus magis accurate, & digne dandum, vel accipiendum est; quia nisi ita collatum fuerit, eo desinet esse ratum, quo non fuerit rite perfectum. Cætera enim sacramenta vnicuique propter se dantur, & vnicuique talia fiunt, quali corde, vel conscientia accipiuntur. Istud solum non propter se solum, sed propter alios datur: & ideo necesse est, vt vero corde, mundaque conscientia, quantum ad se, sumatur; quantum ad alios vere, non solum sine omni culpa, sed etiam sine omni infamia propter scandalum fratrum: ad quorum vtilitatem, non solum vt præsint, sed etiam vt prosint, sacerdotium datur.

Vnde Hieronymus ad cap. 3. Micheæ.

¶ Simoniaci rei sunt infidelitatis eorum, qui à se scandalizantur. C. XLIIII.

HI, quoscunque [i] de asseclis suis ordinant clericos, & vitam eorum in scandalum [k] populis exponētes, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur.

Reuera enim qui ad hoc eliguntur, vt cæteris præsint, sicut præordinantur dignitate, sic præeminere debent sanctitate. Alioquin, cur cæteris præferuntur, qui nulla meritorum gratia à cæteris assumuntur? Hinc etiam Symmachus Laurentio Mediolanensi episcopo post sextam synodum Romanam.

Ordinantiū indignos punitio.

aliter non posset eā repellere ab ordine suscipiendo. extra de temp. ord ex tenore. Vel dic, ℊ varia sunt pœnæ, hodie mitius agitur, vt extra de p̄ben. graue.

e ¶Non habebunt.] scilicet cum aliquis punitur in eo in quo deliquit.

f ¶Illi.] Baz. dicit, ℊ illum eundem ordinem non potest conferre, sed minorem vel maiorem bene. arg. ext. de temp. or. literas. quia hæc pœna est, & ideo nō debet amplius extēdi, quam inueniatur delictum. H. contradicit quòd hæc actio, illi facit simplicem relationem.

Pœna infligetur ſm delictum.

g ¶Vnquam.] Argu. in eo puniēdum esse aliquem in quo deliquit. 12. q. 2. de viro. &c. qui & humanis inf. ea. q. 5. c. 1. sup. d. 81. valet 17. q. 4. frater. & 7. q. 1. si quis de ordine. & 31. q. 2. admonere. inf. 27. q. 2. qui dormierit.

In quo quis deliquit, in eo puniri debet.

ECCE. CASVS. In hoc §. ostēdit G. quare sacramentum ordinis magis discrete conferendum est, ℊ cætera sacramenta? quia alia pro accipiente tantum; istud vero pro alijs confertur, vnde debet conferri non solum sine omni culpa, sed etiā sine omni infamia.

h ¶Ecce.] Adhuc p̄seuerat assignādo differentiam, & causam differentiæ.

HI, quoscunque.] CASVS. Dicit in hoc cap. ℊ episcopi, qui seruientes, vel seruos suos indignos ordinant, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur propter hoc. Quæ sequuntur plana sunt vsque ad c. dedit. Sed scias, ℊ ille, Pater. respicit supradicta. c. scilicet si iustus fuerit. & c. ex catholica.

2 Assecla dicitur assecutor, ab assequendo, to ℊ sequatur aliquem lucri causa ſm Papi.

3 Concord. text. in l. si quis ad se. cū ibi not. C. ad legem Iuliā de vi publi.

i ¶Quoscunque.] Id est, aliquos indignos, quod colligo ex illo verbo, assectis, ab assequor 2 assequeris, vnde & assecla seruus: aliter si essent digni, plus eis tenerentur. a. g. 12. q. 2. hæc huius. 86. dist. noa satis.

K ¶In scandalum.] Qui ergo occasionem damni dat, damnum, &c. extra de iniur. & dam. fi egressus 3. infra ead. placuit 2. argumen. contra 23. quæst. 5. de occidendis, §. 1. Dic, prima intelligitur de causa proxima, & cum cul-

Prælati in malis excedunt.

a Et sic videtur intelligere Gra. dist. 5. 1.

c ¶Aliquo modo.] Dispensatiue. scum punitur aliquis in eo, in quo deliquit In increpatione, vt 43. distin. cum beatus. Item in scientiæ recognitione. 16. q. 1. reuertimi ai. in fi. Item in potestate ligandi, vel soluendi. 24. q. 3. de illicita. Item in priuilegijs, 12. q. 3. priuilegium. Item in ordinis collatione, vt in c. præsenti, si qui episcopi. Item in honoris ablatione, vt dixi 99 dist. nullus. Item in armorum retentione, vt 1. b. 7. c. 1. H.

d ¶Ordinationis.] sup. dist. 50. ex pœnitentib. cōtra. sup. dist. 36. qui ecclesiasticis. contra. sup. 55. d. nullus. sup. d. 51. c. 1. in § 1. Solu. ibi de his, qui ex pertinacia contra canones ordinant tales. hic de illis qui ex sola negligētia hoc faciunt, intelligitur 1. arg 2. q. 1. in primis. nec

eum culpa: contraria de causa remota, & fine culpa, ff. de ser.cor.l.Neratius.

a V Illiſſimus.] Supra diſt.25 §.nunc autem.

b ¶ Niſi præcellat.] Id eſt, niſi habeat illam diſcretionem quæ in prælato exigitur, etſi non eminentem.

Scientia prælati ſit ſaltem ſufficiens.

tamen ſufficientem, extra de elec. cũ nobis olim. Inſufficit eñ quod ſit bonus. 1.65. diſtinct. ca. vlt. Quid ergo ſi oẽs ſint valde periti? non ideo erit iſte viliſſimus, quia non eſt vt Salomon. de hoc octaua q. prima, licet.

¶ Sicut honore, ita & ſcientia quiſque præcellere debet. C. XLV.

† *Viliſſimus comparãdus* 1 orig. ſup.c.ex catholica.& c.iuſtus.

VIliſſimus † [a] computandis eſt, niſi præcellat [b] ſcientia, & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior.

1 Granitas, & induſtria in prælato requiritur. ſup.ea.c.fertur. verſ. ſi enim, &c.

7 *Patet ergo*[c] *illud Auguſtini (ſacramẽta videlicet Chriſti per hæreticos miniſtrata ſuo non carere effectu) non de omnibus intelligi generaliter, ſed de ſacramẽto baptiſmi.*

Vnde idem Auguſtinus ait tract.5.in Ioannem.

¶ Baptiſmus ſiue per bonum, ſiue per malum miniſtretur, reiterari non debet. Cap. XLVI.

DEdit [d] baptiſmum Iudas, & non baptizatum eſt poſt Iudam: dedit [e] Ioannes [f], & baptizatũ eſt [g] poſt Ioãnem; quia qui datus eſt à Iuda, baptiſmus Chriſti erat [h]; qui autem à Ioanne datus eſt, Ioannis erat. Non Iudam Ioanni, ſed baptiſmum Chriſti, etiam per Iudæ manus datum, baptiſmo Ioannis etiam per manus Ioannis dato recte præponimus. *& paulo poſt.* ¶ Quos baptizauit Ioannes, Ioannes baptizauit: quos autem baptizauit Iudas, Chriſtus baptizauit. Sic ergo quos baptizauit ebrius [α], quos baptizauit homicida, quos baptizauit adulter, ſi baptiſma Chriſti erat, Chriſtus baptizauit. *Item paucis interiectis.* ¶ Quod ſacramentum tam ſanctum eſt, vt nec homicida miniſtrante polluatur.

Alg.l.3.c.10.

Baptizati a Ioanne an debuerunt rebaptizari baptiſmo Chriſti.

a ¶ Dedit.] Quia baptiſmus collatus à Ioanne erat qꝺdam ſacramẽtale, quo abluebatur corpus exterius tm. de conſ.diſt.4.baptiſmus. & valebat ad affuefactionẽ.

e ¶ Dedit.] In nomine Chriſti, vel in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti: & ideo non fuit, &c. de conſecr. diſtin.4. aliud.

f ¶ Dedit Ioannes.] In nomine venturi, &c. & ideo fuit Ioannis.

g ¶ Et baptizatum eſt.] inf.de conſec.diſtin.4.non regenerabantur.

h Baptiſmus Chriſti erat.] In quarto libro ſententiarũ legitur. Hic conſiderandum eſt: ſi baptizati ſunt baptiſmo Chriſti à Ioanne baptizati: & qua forma verborũ ſit vſus Ioannes. Illi reſpondet, qui baptizati ſunt à Ioãne neſcientes ſpiritum ſanctum eſſe, ac ſpem ponentes in illius baptiſmo, poſtea baptizati ſunt baptiſmo Chriſti. baptiſmus autem Ioannis tantum dabatur in nomine venturi. vnde Hieron. ſuper Io. Qui dicit ſe in Chriſtum credere, & non credit in Spiritum ſanctum, nondum habet claros oculos. Vnde baptizati à Ioanne In nomine venturi, id eſt domini noſtri Ieſu Chriſti: qui dixerunt, ſed neque ſi Spiritus ſanctus eſt audiuimus, iterum baptizati ſunt in nomine Chriſti explicite. Illi vero qui ſpem in baptiſmo Ioannis habebant, & patrem, & filium, & Spiritum ſanctum credebant: non fuerunt poſtea baptizati, ſed impoſitione manuum ab Apoſtolis ſuper eos facta, Spiritum ſanctum receperunt. Alij vero qui nõ ita credebant, baptizati ſunt baptiſmo Chriſti, vt dictum eſt. Vnde Hieron. Qui Spiritum ſanctum neſciebant cum baptiſmũ à Ioanne acceperunt, iteſum baptizati ſunt, ne quis ex Iudæis, vel gentilibus

SIcut vrgeri.] CASVS. Donariſta dicebat, qꝺ hæreticus ſi baptizat, peccata dimittit: quod Auguſt. negabat. Sed dicit Aug. ergo eadem ratione auarus, id eſt, ſimoniacus dimittit peccata, quod ipſi hæretici negabant. verũtamẽ ſi attẽdas vim meriti, neuter dimittit. ſed ſi

Poly.l.3.tit.10. Anſ.l.9.c.35. Iuo p.1.c.165. & p.2. c.94.

Eph. 5.

Luc. 2.

Coloſſ. 3.

Ioan. 20.

vero ab auaritia ſeparari. Seq. §. platet.

a ¶ Dimittit peccata.] Supra ea. remiſſionem.

b ¶ Sic & ego.] Argu. ſufficere reſpondenti dare inſtantiam 1. alibi ſufficit aſſignare rationẽ. 22. q. 1. ſic enim. Et dicit Ariſtoteles octauo Topicorum: optima inſtantiarũ eſt dicere, quare nõ ſic. Sic ordinabis argumentum. hæreticꝰ iuſtè baptizat. ergo dimittit peccatũ, quod ego nego. & iniuſtè: auarus baptizat iuſtè; ergo dimittit peccatum, quod non cõcederent ipſi. ſed dic inſtantiã non valere; quia ſecundũ ſuam opinionem cõcludit. ſic 27. q. 1. nuptiarum.

Inſtructio rudentis.

1 Inſtantiã gl. ſing. *Sm* Iaſonem in l. vlti. in fi. C. vnde lib. Glo. ſimilis in l. credito ri. de oper. noui nunc. vbi Alex. & Iaſon.

« ¶ Ebrius.] *Additæ, ſublatæ, & emendatæ ſunt nonnulla in hoc capite ex originali, non tamen vox iſta ob gloſſam. Legendum eſt enim*, ebriоſus.

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib.4. c.4.

¶ De eodem. C. XLVII.

SIcut vrgeri videor, cũ mihi dicitur, ergo hæreticus dimittit [a] peccata? ſic & ego [b] vrgeo, cum dico, ergo qui cœleſtia mandata non ſeruat, auarus, raptor, fœnerator, inuidus, verbis, non factis ſæculo renuncians dimittit peccata? ſi per vim ſacramenti Dei, ſicut & ille, ita & ille: ſi per meritum ſuum; nec ille. Illud enim ſacramentum & in malis hominibus Chriſti eſſe cognoſcitur. In corpore autem vnicæ columbæ [c], incorruptæ, ſanctæ, pudicæ, non habentis maculam, aut rugam, nec ille, nec ille inuenitur. [Vt ſi cuius [β] manus eſſet arida, verum quidem eſſet membrum: quamuis ſine ſanguine, & inefficax eſſet & mortuũ: ſic & fides, cum ſit vera, tamen ſine operibus mortua eſt.] *Item paulo poſt.* ¶ Sic ergo in hæreſi baptizatus in nomine ſanctæ Trinitatis, tamen non fit templum Dei, ſi ab hæreſi non receſſerit; quomodo neque in auaritia in eodem nomine baptizatus fit templum Dei, ſi ab auaritia non recedat, quæ eſt idolorum ſeruitus.

c ¶ Vnicæ columbæ.] Quæ compleditur tantum grana ſine palea. 32. q. 4. recurrat ſup. contra remiſſionem. in gl. fin.

EX HIS. Hæc eſt 8. pars q. in qua dicitur, qꝺ baptiſmus in forma eccleſiæ datus à quocunque tenet: ſed præciſus baptizatus non ſaluatur, ſicut membrum præciſum à corpore non habet ſpiritum vitæ. Ioan. de Fant.

β ¶ Vt ſi cuius.] *Verba hæc vſque ad verſ. Item in vulgatis Beati Auguſtini codicibus eo loco non leguntur, neque apud cæteros collectores.*

8 *Ex his itaque verbis apparet baptiſma quod ab hæreticis tribuitur, virtute ſua remiſſionem cõferre peccatorũ.*

Sed idem Auguſtinus econtra teſtatur libro 6. de baptiſmo contra Donatiſtas, c.1. dicens.

¶ Baptiſma Chriſti, etſi nulla peruerſitate violetur, apud hæreticos tamen caret effectu. C. XLVIII.

ETiam [d] corde tardiores, quantum exiſtimo, intelligũt baptiſmum Chriſti nulla peruerſitate hominis, ſiue dantis, ſiue accipientis poſſe violari. Sed quia [e] aliud γ eſt ſacramentum ab effectu ſacramenti; cum eos qui in ipſa vnitate eccleſiæ perdite viuunt, conſtet remiſſionem peccatorum nec dare, nec habere poſſe: quia non malignis, ſed bonis filijs dictum eſt: [Si cui dimiſeritis peccata, dimittuntur ei; ſi cui tenueritis, tenebuntur.] patet ergo hæreticos [f] tantum dare, vel accipere ſacramentum baptiſmi, & non dare remiſſionem peccatorum.

γ ¶ Sed quia aliud.] *Hinc vſque ad finem verbis B. Auguſtini in ſummam redactis, ſententia tamen manet incolumis. Integer locus habetur de conſec.diſt.4. Quomodo. §. non ob aliud.*

Idem in ſermone xi. de verbis Domini, de blaſphemia in ſpiritum ſanctum.

Hæretici nõ conferũt effectum ſacramenti.

Sacramẽti ſi gratiæ dat Deus per malos,

ſed ſi vim ſacramenti attendas, vtrque dimittit. Nam quo ad merita vtrumque membrum mortuum eſt; & ad hoc vt remittant, oportet alterum ab hæreſi, alterum per aquam. & ideo notatus fuit Cyprianus; quia non fecit iſtam differentiam. infra eod. ſi quis inquit.

d ¶ Etiam.] CASVS. Ab iſto loco probat contrarium; ſcilicet qꝺ baptiſma hæreticorum non habet effectum. Eſt ergo caſus talis. Dicitur in hoc c. qꝺ etiã tardi ad credendum intelligũt, qꝺ malus dat, & accipit verum baptiſma, ſed non dat remiſſionem peccatorum, qui eſt effectus ſacramenti: quia tantũ bonis dictũ eſt, Cui dimiſeritis pcta, &c.

e ¶ Etiam.] Ab iſto loco inducit magiſter capitula, quibus vult probare, qꝺ hæretici, etſi ſacramentũ conferre poſſint, non tamen effectum ſacramenti. quandoq; tamen inducit, quòd poſſint effectũ conferre, & ſub iſta alternatione venit vſque in finem quæſtionis fracto freno.

f ¶ Hæreticos.] Sacramentum gratiæ dat Deus etiam per ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

per malos: ipsam vero gratiam non nisi per se ipsum, vt inf. de consecr. d. 4. quomodo.

C Orporalia.] CASVS. Dicitur in hoc, q̃ sicut membrum amputatum sensu caret, & inefficax reputat, sic & corporalis baptismus hæreticorum est ablutio sine effectu.

a ¶ Corporalia.] q̃a ministerio corporũ, & circa corpora cõferuntur, vel quia q̃dã sunt corporea, vt chrisma, vel formæ corporum sunt, vel q̃a sub corporalibus speciebus conferuntur 1. Sed nunquid cum corpore peunt. arg. q̃ non. inf. eadẽ. quod quidem. 12. q. 7. tantum valet.

b ¶ Pietatis.] i. sanctæ religionis, & veritatis: sed ideo dicit, quia tunc est ibi pietas, cum veritas, &c.

NOn sanat.] CASVS. Dñs in hoc c. q̃ baptisma perfidorum nou prodest. Et hoc probat Apostoli auctoritate dicentis, oẽ quod non est ex fide, peccatum est: imò potius nocet assumentib illud baptisma.

c ¶ Baptismus.] Datus extra formã ecclesiæ, vt inf. eod. §. sed notandum.

d ¶ Qui in diluuio aquarũ.] i. multiplicitate diuersarũ sectarũ diluuio, i. cartalib. concupiscẽtijs, vel non sufficit, nisi & gratia detur.

e ¶ Ex fide.] i. cum ideſt, pœnæ, fide operante per dilectionem.

HIg.] CASVS. Dñs hic, q̃ hi q̃ ab hæreticis baptizantur, per impositionem manus episcopi consignandi, vt sic gratiam spiritus sancti in ecclesia recipiant: baptisma tñ reiterari non debet, dicente Apostolo, vnus Deus, &c.

f ¶ Baptizati.] Nã tunc nihil acceperunt ab eis. 68. d. §. hi vero.

g ¶ Vnus.] Idest, incommutabilis.

h ¶ Vna.] Idest, ab vno veniens.

i ¶ Vnum.] Idest, vnam habens efficaciam in omnibus siue paruulis siue adultis nisi malitia suspicientis impediat, vel vnum quia non iterandum.

k ¶ Vt quod.] Scilicet sanctitatis virtutem, gratiam, remissionem peccatorum: exaudi tamen, vt dicit Gratianus, inf. ea. §. nemo. Nam aliter constitutus in necessitate accipit, 32. dist. §. verum.

Vel dic, q̃ hoc dicit ad differentiam spiritualium sacramentorũ. Est enim baptismus spiritualis & inuisibilis, vt interior, est & corporalis, & visibilis sicut exterior. Similiter ordo, & confirmatio, & extrema vnctio, & Corpus Dñi, & pnia ẽm Hug. & Pau.

Diluuium aquarum.

SED NOTANDVM. Hæc est 9. pars. q. in qua dicitur, quòd quidam hæretici non baptizant in forma ecclesiæ, & talis baptismus iteratur. Alij hæretici dant in forma ecclesiæ, & talis non reiteratur. Io. de Sant. CASVS. Solunt nunc Gratianus dicens, q̃ sup. dica. c. & maxime c. non sanat. intelliguntur de his qui non baptizati sunt in forma ecclesiæ, qui debent iterum baptizari. Et hoc probat per seq. c.

l ¶ Quorum.] Vt Arriani, qui dicunt filium non coæternum patri. 4. q. 3. c. quidam. ver. Arriani.

m ¶ Personarum.] Vt Sabelliani, qui dicunt eandem personam esse patris, & filij, & spiritus sancti, vt 24. q. 3. quidam. ver. Sabelliani.

n ¶ Ecclesiæ.] Quæ necessaria est.] 2. d. §. verum. & inf. ead. c. detrahe.

¶ De eodem. C. XLIX.

COrporalia [a] sacramenta, quæ portant, & celebrant etiã segregati ab vnitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis [b]: Virtus vero pietatis inuisibilis, & spiritalis ita in eis non potest esse; quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur à corpore.

¶ *In aliquot vetustis codicibus hoc & sequens caput sunt conimixta superiori.*

Item Ambrosius in libro de initiandis rudibus.

De eodem. C. L.

NOn sanat baptismus [c] perfidorum; non mundat, sed polluit [α]: quia in diluuio [d] aquarum multarum ad Dominum non approximatur; quia, vt per Apostolum dicitur: [Quidquid non est ex fide [e], peccatum est.] & ipsis, qui faciunt, & quibus faciunt, non solum non prodest; sed & ad iudicium est.

Algerius, l. 3. c. 1. & 13. Ps. 31. Rom. 14.

α ¶ Polluit] *Hucusque Ambrosius. Sed Algerus libro tertio, ca. 1. referens hunc locum, addit vsque ad ver. approximatur, ac deinde, c. 13. citans etiam eundem librum B. Ambrosij, adiungit reliqua huius capitis vsque ad finem.*

Item Leo ad Nicetam Aquilegiensem episcopum, epi. 77. al. 79. c. 7.

¶ Per manus impositionem confirmẽtur, qui ab hæreticis baptisma accipiunt. C. LI.

Sed hoc de peccatore x *tantum catholico, non de hæretico intelligendum est. Quidquid enim cum fide catholica pro officio suo facit, licet indignus, tamen diuina gratia cooperante* e *ratum esse creditur. Alioquin si de hæreticis dictum intelligeretur, ipse sibi contrarius esset, cum dicat ad c. 5. Amos:* [*Sacrificia eorum odit Dominus.*] *& alibi in persona Domini.*

x ¶ Peccatore.] *B. Hieronymus eo loco argumentatur, vt solent Dialectici dicere, ad hominem: neque id agit, vt constituat, ac sanciat aliquid: sed tantum vt aduersarium modestum reddat. Nam postquam illum eo adduxit, vt se non amplius aduersarium, sed discipulum profiteatur, tunc verissimam ei rationem exponit, cur ecclesia episcopos recipiat, qui in Ariminensi concilio imprudentes hæreticis consenserant.*

¶ Benedictionibus hæreticorum Deus maledicit.

C. LXXVI.

Sent. 4. dist. 19.

MAledicam [f] benedictionibus vestris] hoc est, quidquid à vobis benedicitur, à me erit maledictum.

Malach. 2.

¶ *Hæc sunt in glossa interlineari ad eum Malachiæ locum ex Hieronymo.*

11 *Hoc ergo intelligendum est de hæretico: illud autem aduersus Luciferianos de ecclesiastico peccatore.*

De quo Augustinus β *ait in libro de corpore Domini.*

β ¶ Augustinus.] *Caput hoc etiam ab Algero lib. 3. c. 8. citatur ex Augustino in libro de corpore Domini; sed Possidius in indiculo operum B. Augustini nullam huius libri mentionem facit: & ad verbum (excepto vltimo versiculo) hæc leguntur in libro Paschasij abbatis de corpore, & sanguine Domini, cap. 12. ex quo etiam libri sunt citerantur. cum sequentibus infra de consecr. dist. 2.*

¶ Boni & mali sacerdotes æquè corpus Christi conficiunt. C. LXXVII.

De cons. dist. 2. vtum. Mag. 4. sẽt. dist. fferio 13. Algerus l. 1. cap. 21. & l. 3. c. 8.

† al. minis

INtra & catholicam ecclesiam in mysterio † corporis & sanguinis Domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris, & virtute spiritus sancti. *& infra.* ¶ Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est, qui baptizat; ita ipse est, qui per spiritum sanctũ hanc suã efficit

a ¶ Recreantur.] Quo ad sustentationem corporis, & post animæ, vt de consec. dist. 2. non iste panis 1.

b Omnia sacramenta.] Et verbum. Id est, prædicatio: quæ si fiat ab indigno, alijs prodest: sed sibi nocet. arg. dist. 83. §. quanquam. arg. 15. q. vlt. c. vlt.

c ¶ Dicitur.] Tales instruunt Deum qualiter eos punire debeat. 40. dist. multi.

Præsbiteri, quare in Missa dicant confiteor. dist. 2. nõ Archid.

carnem, & transfundit in sanguinem. Credendum x est enim, quòd in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius prius creantur imperio, eius vtique verbo recreantur [a] ad melius.

x ¶ Credendum.] *Hæc eodem modo leguntur apud Algerum. Sed Paschasij verba, c. 15. hæc sunt:* Cuius ergo potentia creata sunt prius, eius vtique verbo an melius recreantur: quia nemo creator alicuius rei, aut recreator, nisi vnus Deus catholicè prædicatur. Propterea veniendum est ad verba Christi, & credendum, quòd in eisdem uerbis ista conficiantur.

Item Augustl. lib. 2. contra epist. Parmeniani, c. 10.

¶ De eodem. C. LXXVIII.

Inf. ea. c. p Esa. § hoc plenè. Alg. l. 3. c. 11. Matth. 23.

OMnia sacramenta cum obsint indignè tractantibus [b], prosunt tamen per eos dignè sumentibus: sicut & verbum [b] Dei †. Vnde dictum est [c]. [Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt facere nolite.]

† Dei testatur.] orig.

Item in Psalmum 103. vers. [*Qui tegis.*]

¶ De ijs, qui sanctis male vtuntur. C. LXXIX.

Matth. 7.

PRophetauit [d] & Saul malus rex, & tunc prophetauit, cũ Dauid sanctũ persequeretur. *& infra.* ¶ Non ergo se iactent, q̃ forte sine charitate habuerint hoc munus Dei sanctum: sed videant qualem rationem habituri sunt cum Deo, qui sanctis non sanctè vtuntur. Ex his erunt, qui dicturi sunt: [In nomine tuo prophetauimus.] Non illis dicetur, mentimini: sed dicetur, [Non noui [e] vos, &c.]

¶ *In tractatu 7. in epistolam Ioannis sunt aliqua, quæ ad sententiam huius capitis referri possunt, atque inde antea citabantur. Sed ipsa prorsus verba sunt loco indicato.*

Spiritum ergo prophetiæ dicendi sunt habuisse, non meritum.

Item Hieronymus in c. 2. Aggæi.

¶ Quisque non tam sanctificatur ex hostijs, quàm pro peccato polluitur. C. LXXX.

OPropheta [f], qui altari tãtum extructo, & domo mea diruta & hostias mihi offers in altari, victimis eius sanctificari te putas; scito, quoniam sanctum quidem est, quod offertur in altari: sed non tam sanctificatis ex hostijs, quàm ex mortuis operibus pollueris.

¶ *Apud B. Hieronymum sic legitur:* ò populę, qui altari tantum extructo, & diruta domo mea hostias mihi offers in altari, & victimis eius, & carnibus te sanctificari putas; scito non tam sanctificari te ex hostijs, quæ templo diruto tibi prodesse non

d ¶ Prophetauit.] Hic probat q̃ malus sacerdos potest cõficere: quia Saul malus erat, & prophetauit: imò mali habẽt omnia dona spiritus sancti præter charitatem. supra c. multæ. Historia autem, est ibi pro casu.

Sacerdos malus conficit.

e ¶ Non noui.] Id est, non approbaui, ita dicũt aliqui scholares, qui non sunt aliquibus in scholis, cum vidẽt eos in terra sua, dicunt, nõ noui vos, vel quando sunt diuites, dicunt pauperib. 2. non noui vos. vel (quod peius est) nolunt loqui cum eis.

Honores mutant mores.

2 Adde glo. in l. 2. i verbo mores. ff. de testi.

f ¶ O propheta.] Ad litteram intelligitur de Babylonica captiuitate. Nam Cyro dante licentiã reuertendi de Babylonica captiuitate, populus Israel ædificauit altare, & dereliquerunt fundamentum templi: sed per litteras Cambysæ ducis militiæ ipsius Cyri prohibitus est in ædificatione procedere vsq; ad secundum annũ Darij: in quo iussus est

De Babylonica captiuitate.

Propheta.] CASVS. In hoc cap. mali sacerdotes reprehenduntur, qui etsi verum corpus Christi conficiant in altari, ex hoc non sanctificantur, sed potius ex suis malis operibus polluuntur.

Aggæo propheta ad hoc exhortante populum. Loquitur ergo Hier. de tempore in quo immolabant in altari: sed domum Dei, scilicet templum reædificare negligebant. cũ domos proprias reædificarent: quod in ipso Aggæo plenius patet.

g ¶ Domo me adiruta.] Id est, ædificatione virtutum, diruitur

Alia fine virtutibus corruit.

diruitur enim remotis virtutibus anima. 15.quæst.1.merito.

ITa fit verbum.] CASVS. Dicitur quòd tunc peccat hereticus in Spiritum sanctum, cum de schismate ad vnitatem, & congregationem ecclesiæ redire contemnit: qua ecclesia spiritus sanctus per catholicum & fidū & reprobum operatur remissionem peccatorum: & mali per talem colligantur.

a ¶ Ita fit verbum.] i. blasphemia. inf. de pœn. d. 1. § potest. & dist. 4. § siue H.

b ¶ Cõgregationẽ.] Id est, vnitatem ecclesiæ.

Impœnitentia finalis est peccatũ in spiritum sanctum.

c ¶ Nunquam.] Et ita peccatum in spiritũ sanctum est vna finalis impœnitentia: de qua dicit Au. de pœn. d. 7. c. 1. & fi. & notatur 25. d. qualis.

d ¶ Et tñ.] Hoc dicit: quia ab isto possum accipere etiam sine necessitate.

VT euidenter.] CASVS. Ostenditur per hoc cap. q̃ non homo, sed spiritus sanctus peccata remittit: & hoc probatur auctoritate Domini dicentis; Si cui dimiseritis peccata, &c. & ideo euenit q̃ ille, quã sacerdos tolerat, sit extra ecclesiam, si ei Christus non aperit: & iniustè excommunicatus sit intus.

e ¶ Quodam loco.] Ita & aduocatus potest allegare, vt dicit quædam lex 45. d. ſt. cum beatus.

ADDITIO. Ad idẽ sup. ea. multæ. 45. d. §. hinc etiam. & 32. q. 7. quædam. Arch.

f ¶ Et cõtinuo.] Arg. verborum ordinem spectandum esse, vt 20. dist. §. 1. arg. ex serie verborũ aliquid perpendi. inf. 24. q. 1. alienus.

g ¶ Dimiseritis.] Bene dixit, dimiseritis: non cui putaueritis dimitti 1.

h ¶ Hoc est spiritus.] Inf. 1. q. 3. illud. & c. nemo cõtemnat. infra ea. q. dictum est. inf. de consec. dist. 4. nemo. H.

i ¶ Ostiarius.] Id est, Christus. idem est ostium, vt inf. ea. q. ordinationes.

k ¶ Præiudicio.] Id est, prauo iudicio. inf. 24 d. 3. fi quis.

poterunt, quam contaminari omnia opera tua, & cũcta, quæ agis, ex eo quòd negligis, & tuam magis domum, quàm meã extruere conatus es. Sanctum quidem est quod offertur in altari; sed non tam sanctificaris ex hostijs, quàm ex eo, quòd in conuallibus habitas, & interes mortuis operibus, polluueris. *In duobus etiam Gratiani vetustis codicibus legitur*, ô populo. *Verum idem Hieronymus continuo ista eadem per anagogen aptat ecclesiastico viro.*

Item Augustinus in lib. de verbis Domini, serm. 11.

¶ Contra spiritum sanctum, verbum dicitur, cum ex dispersione nunquam reditur. C. LXXXI.

ITa fit † verbum [a] contra spiritum sanctum, cum ex dispersione ad congregationẽ [b] nũquam [c] venitur, quæ ad remittenda peccata accepit spiritum sanctum. Ad quam congregationem etiam si per malum clericum, sed tamen catholicum ministrum, reprobum, & fictum aliquis accesserit corde non ficto; in ipso spiritus sanctus β operatur remissionem peccatorum; qui in sancta ecclesia ita operatur, vt reprobos fugiat, & tamen [d] per eorum ministerium probos colligat.

Iuo p. 2. c. 104. †dicitur] or.

sup. ea. spiritus sanctus.

β ¶ Spiritus sanctus.] *Hoc loco concisè refertur sententia B. Augustini, plenius autem supra eod. c. spiritus sanctus.*

Idem in sermone de remissione peccatorum.

In l. 50. homil. hom. 23.

¶ Non meritis hominum, sed virtute Spiritus sancti peccata remittuntur. C. LXXXII.

VT euidenter hoc ostenderet Dominus, à spiritu sancto, quem donauit fidelibus suis, dimitti peccata, nõ meritis hominum; quodam loco [e] sic ait resurgens à mortuis: [Accipite spiritum sanctum;] & continuo [f] subiecit, [Si cui dimiseritis g peccata, dimittuntur ei,] hoc est, spiritus [h] dimittit, non vos. Proinde [γ] sicut is, quem sacerdos tolerat in ecclesia, est tamen extra ecclesiam, & extra corpus, cuius caput est Christus, si ei ostiarius [i] non aperuerit [d*] ita non ideo extra ecclesiam est, & non est de corpore, si quis pastoris præiudicio [k] compellitur foris esse.

Io. 20.

γ ¶ Proinde] *Verba ipsa huius partis non sunt inuenta apud B. Augustinum. Similima habentur apud Origenem Hom. 14. ad cap. 24. Leuitici; & referuntur infra 24. q. 3. c. cum aliquis. & c. si quis non recto.*

d* ¶ Aperuerit.] *In nonnullis vetustis codicibus legitur*; aperuit, *in alijs*, aperiat *ab vno autem abest negatio.*

Item Ambrosius de ijs, qui initiantur mysterijs, c. 5.

¶ Dominus non merita personarum, sed sacerdotum officia considerat. C. LXXXIII.

CVm scriptura.] CASVS. Quis dubitat spiritum sanctum adesse sacrameatis sacerdotum: cum in veteri testamento ad preces tam bonorum, quàm malorum

Alger. l. 3. c. 10.

quoſdam. aliàs Hierobaal, & Heliæ prophetæ, qui bonus fuit.

Spiritus sanctus tempore hoc operatur inuisibiliter in sacramẽtis ecclesiæ: quod ex eo probat, quia olim visibiliter operatur.

a ¶ Cum scriptura.] Hic intendit Ambrosius probare q̃ spiritus sanctus

† *Hierobaal*] orig. Ambr. sed scriptura, *Hierobaal* † *sacrificiũ cõsecrauit.*]ori.

Lud. 6. 3. Reg. 18.

ptura [a] tibi testetur [b], quòd ad Hieroboam † preces, ignis descendit de cælo, & rursus precante Helia ignis est missus, qui sacrificia † consumeret; datur intelligi α, q̃ Deus non merita personarum considerat, sed officia sacerdotũ. *& paulo post.* ¶ Ignis illis visibilis mittebatur, vt crederẽt; nobis inuisibilis operatur, qui credimus, *& paucis interiectis.* ¶ Crede ergo adesse Dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotum, qui ait: [Vbi fuerint duo, vel tres, ibi & ego sum.]

Matt. 18.

α ¶ Datur intelligi.] *In originali non sunt hæc verba. Sed cum antecedentia pendeant ex superioribus, hoc nouum incipit periodus*, Non merita personarum considereres, sed officia sacerdotum. *nonnulle autem aliæ variantes, & quidem non minimi ponderis in margine sunt inticatæ.*

Item Gregorius.

¶ Non merita sacerdotum, sed virtus diuina sacramenta sanctificat. C. LXXXIIII.

4. sen. t. d. 13.

Matth. 7

MVlti [d] sæcularium hominum, cum plus sacerdotum vitam, quàm suam discutiunt, in magnũ cõtemptionis diuinorum sacramentorum crimen incurrunt. Magna enim trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes, festucam tenuem in aliorum conspiciunt oculis: quam dum incautè festinant euellere, erroris in foueam delabuntur: minus quidem considerantes, quòd non eos facerdotum vita læderet [c], si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus autem accommodaret. Sed dum hypocritarum more plus illorum famam, quàm propriã vitam, vel vitæ negligentias dijudicant, spernunt [f] sancta monita, & spiritualia dona. Vnde fit, vt non solum ab eis dicta respuant, sed (quod est deterius) diuina etiam mysteria contemnant, vt nec corporis communionem, aut sanguinis Domini nostri Iesu Christi eorum ministerio confectam assumant; putantes hanc minus [g] esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. ¶ Heu in quam magnum laqueum incidunt, vt diuina, & occulta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credant, cum vnus idemq; spiritus sanctus in ecclesia diffusa per totum orbem terrarũ incõprehensibiliter [h] ea mysteria, & occultè atq; inuisibiliter, & operando sanctificat.

Hierobaal vñ dicatur.

1 Ab ea nocte qua dñs dixit ei, destrue aram Baal. qđ & fecit exinde. Gedeon dictus est Hierobaal Hieron. n. sacrũ. inde Hierobaal, sacra Baal destruens, vel Hieron fortis. quasi fortis contra Baal. Archi.

2 Hoc est generaliter, verum nisi noceat occasionaliter, *sm* Hug. vel in corpus, & sic loquitur cõtrarium huic signatum.

Altaris mysterium est incomprehe: sibiliter.

c ¶ Hieroboam.] Qui fuit malus, secundum falsum intellectũ Gratiani, alias Hierobaal, quasi sacra Baal destruens. Hieron enim sacrum dr. sic enim dictus est Gedeon 1. sed hoc non faceret ad propositũ Gra. Io. VIti.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte Gregor. redarguit quosdam, quia peccata propria negligentes, vitam sacerdotũ reprehendunt, & eorũ sacramenta contemnunt. In 2. parte ostẽdit vnde dicatur mysteriũ, & unde sacrificium, & vnde sacramentum, & vnde Eucharistia. In 3. parte dicit, qđ preces mysticas malorum sacerdotum vita Christi sacramenta celebrantur. In 4. parte exponit verbũ Oseæ prophetę. s. Maledicam (inquit) benedictionibus vestris. Secunda pars incipit ibi, [Mysteriũ.] Tertia ibi, [Siue ergo.] Quarta ibi, [Maledicam inquit, &c.]

d ¶ Multi.] Hoc ca. inrelligitur de malis tolerandis: quia generaliter loquitur de omnibus sacramentis. In prima parte reprehenduntur, qdam laici, qui vitam sacerdotum reprehẽdendo, diuina sacramenta ab eis collata contemnebant: gerẽtes trabem in oculis suis, & festucam volentes remouere de oculis aliorum. In secunda parte dicitur, quòd quantumcunque sit sacerdos malus: sacramẽta tamẽ eius vera sunt: nec magis sanctificantur à bono. In 3. ostendit quid sit mysterium, & quid sit sacrificiũ. Vltimo ponuntur verba Oseæ prophetæ

e ¶ Læderet.] Argt. alterius crimen non nocere innocenti 2

ead. q. 4. c. 1. sup. eo. q. fertur. contra. H.

f ¶ Spernunt.] Ex his conuincitur q̃ Missa malorum sacerdotum audiri possit, & si prohibitum sit in casu, vt inf. 15. q. vlt. inf. 8. q. 3. c. vlt. sup. 19. d. c. fi. contra. su. d. 32. nullus. dist. 81. si quis presbyteri. Sed illud de publico, vel de damnato, sed hic de tolerato. H.

g ¶ Minus.] Idest, non.

h ¶ Incomprehensibiliter.] Non enim à nobis cõprehendi potest qualiter transubstãtiatio sub specie panis & vini corpus Christi & sanguis fiat.

ADDITIO. Vt de consec. dist. 2. panis. & intelligę quod dicit Gratia.

a ¶ Ita.

Universidad de Deusto Biblioteca

1 Vt de pœ. dist. 1. quem pœnitet. ar. 50. distin. si quis præpotera. Arch.

Præiudiciũ, est prauum iudicium. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Itaq;.] Et quia occultè & inuisibiliter.

b ¶ Dispensatione.] Idest virtutem & gratiam à Deo dispensatam & collatam.

c ¶ Quia prece.] Sacrificia veteris testamenti non faciebāt quod figurabant. ar. de consec. d. 2. sacrificiū, & quod dicit, prece mystica consecretur. hoc referas ad speciem tacti secundum H. quia nec corpus Christi consecratur, quia & prius corpus sacratissimum erat: nec panis, quia ibi desinit esse statim.

Corpꝰ Christi non consecratur nec panis.

d ¶ Quid melius corpore.] Certe anima Christi. vnde hoc dictum intelligas dun taxat amplificationis gratia. simile inf. 32. quæst. 6. nihil. & q. 7. quid in omnib. Vel dic hoc maius inter sacramenta ecclesiastica quo ad sanctitatem & reuerentiam, vt inf. de cōsecr. distin. 2. nihil. & ca. qui manducat. & 25. distin. ecce. Vel plures eiusdem generis, scilicet inter corporalia. Vel intellige de corpore, quod est Christus. arg. infra. ead. quæst. interrogo. contra. Sed ibi expone verbum, idest, filium, & sic non est contra. de pœn. di. 1. verbum.

Corpꝰ Christi excedit alia sacramenta quo ad reuerentiam.

e ¶ Attenuat.] Sed contra. su. §. 1. d. si qui sunt presbyteri.

f ¶ Vel qa.] Ista duo vel, respiciunt tm proximū membrū, cuius duæ inueniuntur expositiones per sequentia.

Signi- ¶ Maledicam.] ficiuit, & benedicendo † benedicat. ¶ Mysterium α itaque [a] fratres, ob hoc dicitur, quod secretam, & reconditam habeat dispensationem [b]: sacrificium autem, quasi sacrum factum: quia prece [c] mystica consecratur pro nobis in memoriam Dominicæ passionis. *& infra.* ¶ Sacramentum vero est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, vt aliquid significare intelligatur, quod sanctè accipiendum est. Sunt autem Sacramenta, baptisma, chrisma, corpus & sanguis Christi: quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus diuina secretius salutem eorundem † sacramentorum operatur. Vnde & à secretis virtutibus, vel sacris, sacramenta dicuntur. Quæ ideo fructuosè penes ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens spiritus eorundem sacramentorum latenter operatur effectum. Cuius panis & calicis sacramentum Græcè Eucharistia dicitur, Latinè bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore [d] & sanguine Christi? ¶ Vnde siue per bonos, siue per malos ministros intra Dei ecclesiam dispensetur; sacramentum tamen est: quia Spiritus sanctus mysticè illud viuificat, qui quondam Apostolico in tempore visibilibus † apparebat operibus. Nec in bonorum meritis dispensatorum amplificatur, nec malorum attenuatur [e]: quia neque qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat; sed qui incrementum dat Deus. Hoc de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, hoc etiam de baptismate, & schismate sentiendum est, & tenēdum: quia virtus diuina secretius operatur in eis, & diuina solummodo hæc est virtus, siue potestas, non humanæ efficaciæ: Polluimus β itaque panem, idest corpus Christi, quando indigni accedimus ad altare; & fordidi mundum sanguinem bibimus. *& infra.* ¶ Maledicam [f], inquit, benedictionibus vestris, hoc est, ijs quæ nunc meis benedictionibus possidetis, seu quidquid à vobis benedicitur, maledicam: vel quoniam [d] non benedicunt sanctis ex vero corde: vel quia [f] qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturq; peccatoribus, dummodo diuites sunt.

† *al sanctificado.*

Isidorus. l. 6. Ety. c. 19.

† *al. eandem*

† *al. visibiliter 1. Cor. 3.*

Hactenus Isid.

Hieronymus in c. 1. Malachiæ.

Idem in c. 2.

¶ *Caput hoc collectum est partim ex sententijs B. Gregorij, partim ex verbis ipsis B. Isidori atque Hieronymi.*

α ¶ Mysterium itaque.] *Hæc vsque ad versic.* hoc de corpore, *sunt apud Isidorum, non tamen eodem prorsus ordine.*

β ¶ Polluimus.] *Sumptum est ex B. Hieronymo in commentarijs ad cap. primum Malachiæ in illis verbis,* & dicitis in quo polluimus, &c.

Apud eundem ad c. sic habetur. & maledicam, inquit, benedictionibus vestris, hoc est, quæ nunc meis benedictionibus possidetis: siue quidquid à vobis benedicitur, à me maledictum erit; & maledicam illis, subaudi, benedictionibus vestris: quoniam noluistis intelligere, quæ dicuntur hoc est enim quod dicitur: [non possuistis super cor.]

[d] ¶ Quoniam.] *Sumptum ex eodem loco paulo inferius: vbi hæc leguntur:* vel certe, quia ad sacerdotes proprie mandatum est, verturtur benedictiones eorum in maledictionem; quando non benedicunt sanctis ex vero cordis affectu, sicut Lamones, & benedictiones decipiunt corda innocentium; & qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodo diuites sint, atque eorum uitijs blandiuntur.

Significastis.] CASVS. Hic probatur malos sacerdotes tolerandos duplici exemplo Christi: tum quia Pharisæos & Scribas docuit esse audiendos: sed non in malis operibus imitandos. tum quia misit Iudam traditorem suum ad euangelizandum cum alijs discipulis, & eum ferri, nec confici: & hoc per quandam suam quæstionem nitebatur probare. Diuiditur ergo capitulū istud in 5. partes. In prima parte Augu. reprehendit eum de sua stulta quæstione. In secunda parte ostendit apud malos sacerdotes vera esse sacramenta, & si nō sint veri sacerdotes cū quæratur vtrum sit verū sacramentum, & nō vtrum sit verus sacerdos: & hoc probat exemplo Caiphæ, q̄ malus erat, & tamen prophetauit, exēplo Pauli, qui verū testimonium pessimi approbat. exemplo Dauid, qui Saulis sacrā vnctionem honorauit. In tertio ostēdit quòd meritum conferentis non attendi tur in veritate sacramenti. In quarta parte ostendit, q̄ Optari hæretici sacrificium illius tātum nocuit, quibus vita sua non displicebat. In q̄rta parte refert gratias Deo de victoria, quā habuit cōtra Petilianum. Secunda pars incipit ibi, Qui autē solo. Tertia ibi. Item nos dicimus. Quarta ibi. Per hanc sententiam. Quinta ibi. Itē gratias ago.

Item Fabianus Papa episcopis Orientalibus, epist. 2.

¶ Non sacerdotum vitam, sed quæ docent, & ministrant considerare debemus. C. LXXXV.

Ang. in hom. 50. de pœ. c. 13.

SIgnificastis insuper plerosq; attendere, multis in ipsis honoribus ecclesiasticis non congruenter [a] viuere sermonibus, & sacramentis, quæ per eos populis ministrantur. O miseros homines, qui hos intuendo, Christum obliuiscuntur: qui & multo ante prædixit, vt legi Dei potius obtemperetur; quàm imitandi videantur illi, qui ea, quæ dicunt, non faciunt: & traditorem suum toleraus vsq; in finem, etiam ad euangelizandum cum cæteris misit. Nam Apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt [b].

Matth. 23.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori, in epist. quæ incipit, [*Proposueramus.*]

¶ De eodem. C. LXXXVI.

Ansel. l. c. 75. Iuo p. 5. c. 18.

NOn quales sacerdotes Domini sint, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere prænidendū: nec in vicarijs B. Petri Apostoli vobis est attendendum, qui sint: sed quid pro correctione ecclesiarum, quid pro salute vestra satagant. Nec enim illos [c] inferiores dicetis scribis, & pharisæis sedentibus super cathedram Moysi; de quibus Dominus præcepit dicens: [Quæcunque dixerint vobis, obseruate & facite; secundum opera vero eorum nolite facere.] Ergo Imperator considera, si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysi sedebant; quanto potius his, qui super cathedram Petri residēt, esse existimetis obaudiendum?

Matth. 23.

Item Augustinus contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 22.

¶ Sacerdotum immunditia, sacramenta non polluit. C. LXXXVII.

Alg. l. 1. c. 11. Iuo p. 2. c. 98. & 99. Eodem l. c. 130.

DOminus declarauit [d] in vno cœtu [e] hominū eadem sacramenta sumentium, aliquorum immunditiam mundis obesse non posse. *& infra.* ¶ Petilianus dixit [f], Aut si quisquā carmina sacerdotis memoriter teneat, nunquid inde sacerdos est, quòd ore sacrilego carmē publicat eum vsque in finem toleraui: nec Apostoli etiam sacramenta talium despiciebant.

a ¶ Non congruenter.] Ideo vitabant eorū sacramēta.

b ¶ Docuerunt.] Ergo nec nos præsumere, vel inuenire debemus, vt supra dist. 37. qui de mensa, infra 2. q. 5. consuluistis. infra. 31. q. 1. q̄ si supra dist. 55. si euangelica, supra dist. 45. cap. episcopum 7. q. 1. c. 1.

Errores Petiliani.

Zizania ante a tritico separanda sit.

NOn quales.] CASVS. Quidam cōsentiebant sacra malorum sacerdotū, sed probat Nicolaus hoc non esse faciendum: quia si mali sacerdotes sedentes super cathedram Moysi sunt audiendi, multo potius regentes cathedram Petri sunt audiendi.

1 Hinc elicitur quid à Petri ecclesia sit ma

c ¶ Nec enim illos.] No. modum arguendi de malis ad bonos. de consec. dist. 1. c. 1. inf. 11. q 1. sacerdotibus, sumendum Moy se. Arc. cōtra pra 32. q. 4. quis dist. 21. submittitur 1.

Dominus declarauit.] CASVS. Petilianus dicebat per prauum sacerdotem vera sacramenta non cōpropositum, & eam soluit. In tertia ostendit q̄ sacramenta si in forma ecclesiæ conferantur à quocunque, vera sunt: & hoc ostendit triplici exemplo Caiphæ, Apostoli, & Dauid. In quarta ostendit q̄ quales sunt qui sacramenta accipiunt, talia sunt eis ipsa sacramenta. In quinta infert duplicem conclusionem contra duplicem opinionem Petiliani, gratias agēs Deo, quod acquieuit Petilianus suis rationibus. Ioan.

d ¶ Dominus declarauit.] In parabolis de zizania separanda à tritico 11. q. 3. nolite. & de hœdis, vt 23. q. 6. 7. c. 1. Vel declarauit sustinendo Iudā. 2. q. 1. vnus ex vobis.

e ¶ Cœtu.] Id est, collectione Apostolorum, vel Ecclesiæ, vbi sunt boni & mali. 32. q. 4. recurrat.

ADDITIO. De consec. dist. 4. est vnitas ecclesiæ. Arch.

f ¶ Petilianus dixit.] Obijciendo. dicebat enim malum sacerdotem non posse conficere: quia non est verus sacerdos; sicut nec laicus potest.

a ¶ Ba-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Baptisma.] Quasi hoc quærimus, & nō illud. & ideo non valet obiectio, &c.
b ¶ Sacramento.] Ordine & officio, sine iustitia. argu. contra 40 distinct. sicut viri. Sed ibi agitur de essentia sacerdotis: hic de qualitate.
c ¶ Si non det suū.] .i. si nō sua, sed Dei; in forma, s. ecclesiæ.
d ¶ Item.] Verba sūt Epimenidis illius Thebani sacerdotis qui malus fuit: & Apostolus sumit eadem verba in testimonium in epistola ad Titum 1.
e ¶ Si ergo.] Et verū est supple: & ideo approbemus.
f ¶ Habet.] Arg. pro testimonio alicuius qui nō est bonus, vt credatur testimonio in quo verum dicit, & si in alijs mentiatur. su. d. 37. turbat. & cap. si quid, se cōtra 3. q. 6. pura.
g ¶ Verum.] Quasi dicat, non: & ita nō quicūque verum dicit, verax. est 22. q. 2. homines.
h ¶ Violatis.] Id est, violandæ esse creditis.
i ¶ Sacrilegiū.] Quasi comprobare schisma vestrum videamur, ex eo quod sacramenta vestra nō reprobamus.
K ¶ Si non habebat Saul.] Quē dominus elegerat & fecerat Regē. i. fieri iusserat vt infra 8. q. 1. audacter.
l ¶ Panniculū.] Quē præcidit clamydem vestimenti sui, vt 2. q. 7. c. plerumq; obijcitur. §. de his, & §. item opponitur.
m ¶ Omnia munda mundus] Iuxta illud Qui manib⁹ sordes: operum prius ablue sordes. Intus te mūda, quia mundis omnia munda.
n ¶ Optati.] Propriū nomē est, & erat malus catholicus, vel hæreticus, scilicet occultus.
o ¶ Sacrificio.] Hic patet quod precisius conficit, vt infra. c. non nocet. & c. dictum & de consecr. distinct. 4. non in vobis prætexta, quæ esset ratio quare damnatus à Deo posset conficere quamdiu tolleratur ab ecclesia, sed damnatus ab homine non? Dicas ergo quòd hæreticus excommunicatus depositus potest hoc sacramentum & reliqua sacramenta ministrare, per capitula quæ dixi. Quidam tamen contrarium dicunt 2. per id quod est 24. quæst. vt supra eadem, extra ecclesiam, infra eod. sacerdotes.
p ¶ Polluti.] Arg. nō imputari socio peccatum alterius si eę displiceat, dummodo eum admoneat vt resipiscat, vt

1. schisma. vbi dicit Pelagius; si veritate duce regimur, non est Christi corpus quod hæreticus conficit. Item quia hoc sacramentum est sacramentum vnitatis, vt de consecra. distinctio. secunda, quia passus Item quia extra vnitatem ecclesiæ confici non potest vt

Epimenides Thebanus, sacerdos malus fuit.
1 Cap. 1. de hoc etiam not. 37. dist. turbat. ibi videas. Arc.
Optatus malus fuit catholicus.
Sacerdos præcisus cōficere pōt.
2 Ad hoc d. cons. dist. 2. quid si sanguis. versi. qualis vbi do hoc.

sacerdotis? Augustinus respondit. Ita istud dicis quasi modo quæramus, quis sit verius sacerdos, & non quid sit verū baptisma[a]. Vt enim sit quisq; verus sacerdos, oportet, vt nō solo sacramēto [b], sed iustitia quoq; induatur; sicut scriptū est: [Sacerdotes tui induantur iustitia.] ¶ Qui autē solo sacramento sacerdos est, sicut fuit pōtifex Caiphas persecutor vnius & viriſſimi sacerdotis; quāmuis ipse non sit verax; quod dat tamē verū est, si nō det suū[c], sed Dei. *Itē*[d] *paulo inferius.* ¶ Dixit quidā ex ipsis proprius eorū propheta; Cretenses semper mendaces, maleꝫ bestiꝫ, ventres pigri †. testimonium hoc verū est.] Si ergo [e] Apostolus nescio cuius alienigenæ testimoniū, quia verū cōperit, etiā ipse attestatus est; cur nos apud quemlibet inuenerimus, quod Christi est, & verū est, etiā si ille, apud quē inuenit, peruersus, & fallax est; non discernimus vitium, quod homo habet [f], & veritatē, quā nō suā sed Dei habet? & dicimus, sacramētū hoc verū est, sicut ille ait, testimoniū hoc verū est? Nūquid ideo dicimus, etiā ipse homo verax est quia dicimus sacramentū hoc verū est? *& paulo post.* ¶ Vos autē necesse est, vt semper erretis, qādiu propter hominū vitia, Dei sacramēta violatis [h], aut nos propter Dei sacramenta, q, in nobis † violare nolumus, etiā vestri schismatis sacrilegiū [i] assumere putatis. *Item.* ¶ Baptismi ergo puritas à puritate, vel immunditia cōscientiæ, siue dantis, siue accipientis omnino distincta est. *Item.* ¶ Memento ergo sacramentis Dei nihil obesse mores malorū hominum quo illa vel omnino nō sint, vel minus sancta sint. *Item.* ¶ Quæro, si nō habebat Saul [k] sacramenti sanctitatē, quid in eo Dauid venerabatur? si autem habebat innocentiam, quare innocentē persequebatur? Nam eum propter sacro sanctā vnctionē & honorauit viuum, & vindicauit occisum. Et quia vel panniculū [l] ex eius veste præscidit, percusso corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam; & tamen habebat sanctitatē, nō uitæ suæ α (nā hoc sine innocētia nemo potest) sed sacramēti Dei, quod & in malis hominibus sanctum est; *Item.* ¶ Nos dicimus tale cuique sacrificiū fieri, qualis accedit, vt offerat, & qualis accedit, vt sumat: & eos de sacrificijs taliū manducare; qui ad illa tales accedūt quales & illi sunt. Itaque si offerat Deo malus, & accipiat inde bonus; tale cuiq; esse, qualis quisque fuerit; quia & illud scriptū est: [Omnia mūda mundis [m].] Per hanc sententiam veridicam, & catholicā etiā vos, Optati [n] sacrificio [o] nō estis pollutiP, si facta eius displicebant

Psal. 131.
Ad Titū, c. 1.
† Potest inferri ex hoc text. & sūgl. g. auctoritatū & gētilium tam in iure q̄ i causis pūt allegari. cōcor. tex. in l. incōtum. cū gl. ff. de testā. diuisio.
† al. vobis.
Eod. lib. c. 35.
Ibidem c. 47.
Ibidem c. 48.
1. Reg. 10. & 24.
Ibidem c. 52.
Ti. 1.

vt inf. ea. q. 4. c. 1. quod crimē, nullius crimē. & c. crimen. arg. 23. q. 4. recedite. 8. q. 1. quid aūt. inf. 11. q. 3. quod præ decessor. inf. 24. q. 1. si habes. 24. q. 1. schisma. contra inf. de cons. d. 1. sancta. contra inf. ea. q. 5. c. 1. contra. H. Hristus quid fecit.] CASVS. Probauit in hoc ca. ꝑ mali

vobis. Nam vtiq; panis illius, panis luctus erat, sub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat: sed panem luctus, omnibus vobis communem esse, omnium vestrū malum schismatis facit. *Item.* ¶ Gratias Deo, quia tandem confessus es posse valere inuocatum nomen Christi ad aliorum salutem, etiam si à peccatoribus inuocetur. Hinc ergo intellige, cum Christi nomen inuocatur, non obesse aliorum saluti aliena peccata.

α ¶ Vitæ suæ.] *Sequebatur*, sed vnctionis: *quæ voces absunt ab omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, licet in codicibus vetiam B. Augustini impressis legantur.*

Ibidem c. 54.

Idem in psalmū 10. in vers. [*Iustus autem quid fecit?*]

¶ Etiam per malum ministrum dona Dei ad hos peruenium, qui cum fide accipiunt. C. LXXXVIII.

Iuo p. 2. c. 105. Ioan. 13, 6. & 12.

CHristus quid fecit [a] vobis, qui traditorem suum tanta patientia pertulit, vt ei primam [b] Eucharistiam confectam manibus suis, & ore [c] suo commendatam, sicut cæteris [d] Apostolis, traderet? Quid vobis fecit Christus, qui eundem traditorem suum, quem diabolum nominauit [e], qui ante traditionem Domini, nec loculis [f] Dominicis fidem potuit exhibere, cum cæteris discipulis ad prædicandum regnum cœlorum misit; vt demonstraret dona Dei peruenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit?

Matth. 10.

Item Gregorius.

¶ Sacramentis, episcopi malitia non nocet. C. LXXXIX.

NOn nocet malitia episcopi neque ad baptismum infantis, neque ad ecclesiæ & consecrationem [h]: quia baptisma à Deo datur, non ab homine venit. sic & Eucharistia, & omnia, quæcunque in altari ponuntur, non ab homine, sed à Deo sanctificationem accipiunt.

Sed obijcitur [i] *illud Hieronymi in Sophoniam, c. 3.*

Iuo p. 2. c. 110.

¶ Non verba, sed merita sacerdotum Eucharistiam faciunt. C. XC.

SAcerdotes, qui Eucharistiæ seruiunt, & sanguinē Domini populis eius diuidunt, impie agunt in legē Christi, putantes Eucharistiam, imprecantis [k] facere verba, nō vitam [l]; & necessariam esse tantum solennem orationem, & non sacerdotum merita, de quibus dicitur: [Et sacerdos, in quo fuerit macula [m] non accedet offerre oblationes Domino.]

Leuit. 21.

c ¶ Ore.] Cum dixit, hoc est corpus meum. inf. de consec. dist. 2 accipite.
d ¶ Cæteris.] inf. 23. q. 4. tu bonus. & c. quàm magnum. inf. de consec. d. 2. cū omne. contra. Sol. sed ibi de bucella panis, quam soli Iudæ tradidit postea: hic de corpore Christi, quod primo tradidit sibi, postea omnibus dedit.
e ¶ Nominauit.] vbi, nescio, sed credo, ꝑ ibi, qui intingit mecum manum, &c. argu. inst. de exhæred. lib. §. sed fœminini.
f ¶ Loculis.] Arg cōtra infideles seruientes, ꝑ sint sicut diaboli. de pœn. dist. 3. §. hoc idem 1.
g ¶ Ad eccle.] inf. de cons. d. 2. ecclesijs, contra. sed illud quando forma seruata non est.
h ¶ Consecrationē.] dum tñ cessaret omnis pactio, vel aliqua turpis ꝓmissio; alioqn execrata potius q̄ cōsecrata dici debet, vt inf. ea. q. 4. eccla. sed hoc in odium consecrantis. nam reuera consecrata est a).
i ¶ Sed obijcit.] Respicit §. si ergo. s. ꝓx. positū. Nam inducit ista 5 c. quādā directe: quædā à sensu contrario ad probandum, ꝙ malus sacerdos non possit conficere sacramenta, sed ibi respondet in seq. §. cum vita.
k Acerdotes.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ nō tantū verba: sed etiā merita sacerdotum cōcurrere debēt, quia scriptū est, Nec maculā habens ad sacrificandū accedat. Sequentia tria c. plana sunt, in quib. dicitur ꝙ mundi debent esse sacerdotes,

1 Ad idē 13. q. 1. §. ad hoc. vbi de hoc scilicet ꝙ sint sicut diaboli. de pœn. d. 1. §. hoc idem. Arch.
2 Dūmodo forma ecclesiæ fuerit seruata. de cons. d. 1. ecclesijs. quod etiam videtur contra. Io. de Fant.
3 Hic videq̄ not. 5. d. de his. in gl. vlt. extra de celeb. mis. & de homici. Ascla.

mali sacerdotes sunt tolerandi, & ꝙ sacramenta sunt ab eis recipiēda, & hoc probatur exemplo Domini, qui Iudam tolerauit, & eum cum alijs discipulis ad prædicandum misit. Sequens cap. patet.
a ¶ Christus.] Quid signa patientiæ ostendit nobis.
b ¶ Primam.] Id est, primo confectam Eucharistiā dedit. nam vna sola est, & ideo non est prima vel vltima. Vel sic, primam, id est, vnicam, & non plures.
K ¶ Imprecantis.] Id est, inuocantis per preces. H.
l ¶ Non vitam.] Quantum ad rem sacri, scilicet, vt dignè conficiant; aliàs vita non exigitur, vt conficiant. ADDITIO. Sub. sed vt proficiant offerenti. inf. ea. cum vita. Archid.
m ¶ Maculā.] Mortalis peccati 3, arg de cons. d. 2. quotidie. vel venialis, & tunc est cōsilium. arg. d. 6. testamentum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum,H.tamẽ hæc auctoritas intelligitur de macula corporali.vt 49.dist.hinc etiam,& ita sophistice. inducitur §.non accedat. dum enim æstuauerit in pectore precantis ignis alienus qui exurit,& non sanat: nõ põt digne accedere ad altare. de pœn. dist.3. cinter hæc hircum. Vnde notatur hic q̃ quilibet sacerdos p̃ macula mortalis peccati suspẽsus est quoad se, quoad accipiẽtes vero non, nisi vt notatur 31.dist.§.verum.&c.nullus.

Sacerdos q. libet p̃ mortali peccato suspẽsus est quoad se.

Eucharistia est obseruanda,ne in terram decidat negligentia ministrantis; quia vterq; reus est,s.q. negligẽter verbũ Dei audit, & qui corpus Christi in terrã cadere permittit.&ita sacerdos non debet indigne ministrare. g ¶ Verbũ.] Id est,prædicatio,quæ plures conuertit, & plus

Prædicatio est efficacior corpore Christi.

Item Alexander,epist.2.

¶ Tanto facilius sacerdotes exaudiuntur, quanto apud Deum sunt digniores. C. XCI.

IPsi sacerdotes pro populo interpellãt, & peccata populi comedunt [a]; quia suis precibus, & oblationibus ea delent,atq; consumunt: qui quãto digniores fuerint,tãto facilius pro necessitatibus, pro quib. clamãt, exaudiũtur.

Iuo p.2.c.69. & p.6.c.45.

Item Gelasius Elpidio episcopo.

¶ Non adest sacramentis spiritus sanctus, quæ per criminosos ministrantur. C. XCII.

SAcrosancta [b] religio,quæ catholicã continet disciplinam,tantam sibi reuerentiam vendicat,vt ad eam quilibet,nisi pura conscientia,nõ audeat peruenire. Nam quomodo ad diuini mysterij consecrationem [c] cælestis spiritus inuocatus † aduenier [d],si sacerdos,,& † qui eum adesse deprecatur,criminosis plenus actionibus reprobetur?

Iuo p.2.c.90.& p.6.c.110.

† al. aduocatur † al. etiam

Item Gregorius in regesto,lib.1.epist.24.

Ec Past.p.1.c.a

¶ Manus immunda, tecta inquinat, non mundat. C. XCIII.

NEcesse est,vt esse munda studeat manus,quæ diluere sordes curat:ne tacta quęq; deterius inquinet,si sordida ipsa stercoris † lutum tenet:scriptum nam q; est: [Mũdamini,qui fertis vasa [e] Domini.] Domini etenim vasa ferunt, qui proximorum animas ad interiora [f] † perducendas, in conuersationis suæ exemplo suscipiunt.

† al. insequens Esa.52. † al.in interna sacrificia] † al.in æterna sacraria.

Item Augustinus,lib.50.homiliarum,homil.26.

¶ Aeque seruandum est verbum Dei, & corpus Christi. C. XCIIII.

INterrogo vos fratres,vel sorores:dicite mihi,quid vobis plus esse videtur,verbum Dei,an corpus Christi?Si verum vultis respondere; hoc vtiq; dicere debetis, quòd nõ sit minus verbum Dei,quàm corpus Christi. Et ideo, quanta solicitudine obseruamus, quando nobis corpus Christi ministratur, vt nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat: tanta solicitudine obseruemus, ne verbum Dei,quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde nostro pereat: quia non minus reus erit,qui verbum g Dei negligenter audierit;quàm ille,qui corpus Christi in terram cadere [h] negligentia sua permiserit.

Iuo p.2.c.106

Idem lib.4.de Trinitate,c.14.

Sacerdotes comedunt peccata populi.
a Sic.1.q.1. quia.

a ¶ Ipsi sacerdotes.] ¶ Comedunt.] Id est,oblata pro peccatis 1.vel dicuntur comedere peccata populi,quia delent, & sic comedunt peccata populi ordinationibus suis. vel forte quia exemplo bonæ operationis, & verbo prędicationis corrigunt homines, & ita quantum in se est delent.36.dist.§.eccever. ex quibus. solus enim Deus delet peccatum,idest, peccati reatũ 2.sacerdos pęnam infligendã pro peccato orationibus minuit 3 pp qd peccatũ delere dicitur'. 13.q.2.animæ.H.Vel illi dicuntur comedere peccata populi, q̃ de suis possunt sustẽtari, & tamen percipiunt de ecclesiasticis.12.q.2.illud. cum habenti dare, &c.1. q.2.pastor.

2 Vt su. e.q. vt euidẽter.

3 Vt 13.q.2. animæ.

b Acrosancta.] Id est, religiosa sacramentorum reuerentia.vel id est,Eucharistia, vel quodlibet aliud sacramentum.sup.ea. ventum.

c ¶ Cõsecrationem.] quã diuinũ ministerium fecit,non ministri administratio,vt inf. de consdistin.4. non est aqua.

d ¶ Aduenier.] Aduenit quidẽ magis ad conficientis detrimẽtum, q̃ ad salutem. vt de consec. distinct.2. c. & sancta.

e Necesse ẽ.] ¶ Vasa.] i.subditorũ animas: qa Dñs i eis sedet 4, vt 23.q. 4.Nabuchodonosor.32. q.5. & Paulus. quorum sanguis requiritur de manibus nostris.43.dist. Ephesijs.

4 al.facet

f ¶ Ad interiora.] Id est, spiritualiũ & cęlestia. Vel dic, id est, ad vitia: & tunc dic perducendas vapulaturas à primo mancipio gehennæ.40.dist. si Papa.

g ¶ Verbum.] Id est, quod verbo significatur, vel per verbum concipitur.

h ¶ Cadere.] De consec.dist.2. qui bene.

Neque.]

NEque.] CASVS. Dicitur hic, q̃ ad hoc vt rite & recte sacrificium offeratur, debet ab honesto ministrari.& à iusto recipi:& hoc dicit littera. Pro quibus offertur, supple digne.

a ¶ Neque.] Nota,q̃ tria dicuntur hic: scilicet q̃ sacramenta

¶ De eodem. C. XCV.

Iuo p.2.c.107

NEque [a] potest id rite [b] offerri,nisi per sacerdotẽ iustum & sanctum,nec si nisi ab eis accipiatur qđ offertur,pro quibus offertur [c];atque id sine vitio [d] sit,vt pro vitiosis [e] mundandis [f] possit offerri. Hoc certe omnes cupiunt,qui pro se offerri sacrificium Deo volunt.

Cum vita & sacerdotum Eucharistiæ necessaria esse dicitur,non consecrationi,sed effectui intelligendum est. Nõ enim effectum salutis confert ei,quem merita faciũt indignum: potius completur in eo illud Apostoli:[Qui mãducat corpus Domini,& eius sanguinem bibit indigne,iudicium sibi mandicat & bibit.] Ergo contra eos,qui crebra oblatione sacrificii se putant posse mundari non cessantes impie agere in legẽ Dei,intelligitur illud esse dictũ Hieronymi. Quòd vero sacerdos,etiam si malus sit, tamẽ pro officio sũæ dignitatis gratiam transfundat hominibus,testatur Augustinus in libro quæstionum veteris test.c.11.

1 Cor.11.

Sa.e.sacerdotes

¶ Sacerdotes nomen Domini inuocant Dominus autem benedictionem præstat. D. XCVI.

Iuo p.2. c.100. Pann.l.3.c.79. Num.6

DIctum est [b] à Deo in Numeris ad Moysem,& Aarõ sacerdotes:[Vos ponite [1] nomen meum super filios Israel:ego Dominus benedicam eos,] vt gratiam traditio per ministerium ordinantis transfundat hominibus. nec voluntas sacerdotis obesse,aut prodesse [k] possit, sed meritum benedictionem poscentis.¶ Quanta autem sit dignitas ordinis sacerdotalis,hinc aduertamus. Dictũ est enim de nequissimo Caipha interfectore Saluatoris, inter cætera: Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset princeps sacerdotum anni illius,prophetauit.] Per quod ostenditur spiritum gratiarum non personam sequi aut digni,aut indigni,sed ordinationem traditionis, vt quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus,ut officium ministerij exhibeat.Dei autẽ est,effectum tribuere benedictionis.

Le.11.

Quod vero [1] per hæreticos sacramenta dignitatis ministrata dicũtur carere effectu,improbatur auctoritate Anastasij Papæ,qui ordinationem Acacij, quamuis hæretici,

menta Domini non rite, vel recte conferuntur nisi à dignis conferantur,& à dignis sumantur,& in forma ecclesiæ. Primũ nota.ut ibi:Nisi per sacerdotẽ.] Secundũ ibi,[Nec nisi.] Tertium ibi,[Adque id,&c.Quidã diuidunt c.in duas partes.In prima fit mentio de sacrificio, quod ab eo accipitur pro quo offertur, & hoc vsque ad illum locum.[Atque id.] In secunda fit mentio de sacramentis, quod non accipitur ab eo, pro quo offertur: & dic,sine vitio,idest,sine peccato.

b ¶ Rite.] Quo ad offerentem & accipientem.

c ¶ Pro quibus offertur.] Supple, nec potest rite offerri nisi ab eis.

d ¶ Sine vitio.] Idest, non fit citra formam ecclesiæ,in ipsa forma ecclesiæ.

e ¶ Vt pro vitiosis.] Expone vt recte possit offerri p̃ vitiosis,idest,Venialia habẽtib.sed intelligegenealiter,

fit vt prosit:prodest tamen,infra de consec.dist.4. non illud te. Sed quid si cantet Missam, vt Deus perdat alios? conficiet reuera,sed debet puniri, arg.26.quæs.5 quicunque.

f ¶ Mundandis.] Idest, venialis peccati maculam habentibus.

CVM VITA. CASVS. Ite, §. respicit illud capit. sacerdotes,vbi dicitur, q̃ bona vita sacerdotis necessaria est ad conficiendum corpus Christi. Modo soluit & dicit q̃ intelligendũ est hoc non de consecratione, quia in veritate cõficit etiam malus sacerdos.sed de effectu consecrationis, quia nihil prodest si sumatur ab indigno, & q̃ malus sacerdos conferat gratiam digne sumentibus,sequenti c. probatur.

g ¶ Cum vita.] Respicit hoc capitulũ sacerdotes.& bene soluit.& ad confirmandã suam solutionem inducit c. sequens.

DIctum est.] CASVS. Hic primo probatur q̃ verba Domini.& exemplo Caiphæ,quòd apud malos sacerdotes vera sunt sacramenta, & quòd ex officio suo gratiam hominibus trãsfundunt.Secundo, q̃ tãta est vis sacerdotij dignitatis, quòd sine eo etiã apud bonos non est auctoritas benedicendi.

h ¶ Dictũ est.] Probat Aug. q̃ benedicere non tantũ meritum, sed etiam ordinẽ requirit. In 1.ergo parte ponit auctoritatẽ Dni, vsq.ibi, [Quanta.] In secunda probat intentionẽ suã, & auctoritate,& exemplo Caiphę.

i ¶ Vos ponite.] i. invocate 2.

K ¶ Prodesse.] Hic colligitur, q̃ licet vnus sit malus sacerdotis nõ

1 Scilicet vt compungantur, & ut mitigetur p̃na. 13. q.2. ips. Ioan. do Fant.

2 Et loquitur sacerdotib. & his ministerijs siue benedictionib. vbi ordo sacerdotalis exigit. Arch.

Universidad de Deusto
Biblioteca

menta dignitatis ab hæreticis collata effectum non habent: contra quod allegat auctoritatem Anastasij, quam ostendit friuolam esse auctoritate Gelasij & Fœlicis.

a ¶ In tractatu.] Per hoc probatur, q̄ Gratia ius non diuisit per distinctiones hoc opus, argum. 11. q. 3. §. euidenter.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Dictum est sup. in c. Arrianos, & supra in §. cum ergo Innocentius. q̄ solum baptisma ratum est apud hæreticos, contra q̄d obijcitur modo in hoc cap.

b ¶ Itē obijcitur.] ei. d. quod dictum est sup. ead. §. cum ergo Innocentius. &c. Arrianos.

QVod quidam.] CASVS. Quidā dixerunt, q̄ catholici ecclesia recedentes retinent potestatem conferendi baptisma, sed non potestatem conferendi ordinem, sed eam amittunt. Contra quod probat Augustinus quattuor rationibus hoc esse falsum. Primo, q̄a qua ratione perditur vnum, & reliquum cum vtrumque quadam consecratione conferatur. Secundo, quia consuetudo est ecclesiæ, q̄ tales non reordinantur cum redeunt, ne fiat iniuria sacramento. retinet ergo vtrumq; sed ad perniciē. Tertio, q̄a si aurū, vel argētum furtiue fuerit signatū, si fur postea deprehenditur à principe, punit̄, sed signū monetæ nō reprobatur. Quarto, quia character militiæ non reiteratur circa redeuntem, cū miles ad gratiam principis reuocatur. Quinto, concludit ex præmissis, q̄ non deberi iterari scīa ab eis collata, ne fiat iniuria sacramento. Prima ratio est ibi, [Primo, quia.] Secunda ibi, [Nam si quando ex ipsa.] Tertia ibi, [Si enim aliqui.] Quarta ibi, [Si forte.] Quinta ibi, [De his qui.]

c ¶ Quod quidam.] CASVS. Opinio est quorundam, q̄ sacerdos, vel epūs recedens de ecclesia ad hæreticos, sacramentū baptismī non amittit: sed sacramentum ordinis amittit. Istud improbat Augustinus multipliciter. Primo sic: quia cum vtrumque sit sacramentum, non potest assignari ratio, quare potius perdatur vnū quàm aliud. Secundo sic: quia consuetudo ecclesiæ est, q̄ cum tales redeunt, non solent reordinari, si eos ecclesia vult tolerare. Tertio dicit q̄ sicut recedens ab ecclesia vtrūque retinet: sic vt, q̄ vtrumque potest conferre alijs extra ecclesiam, licet male conferat, & cum quis recipit sacramentum extra ecclesiam, si reuertitur ad ecclesiā, non est sacramentum iterandum in eo. Et hoc probat

ita ratam approbat, vt etiam eis, quos post damnationem suam baptizauit, vel ordinauit, in nullo ream personā nocuisse asserat. Sed hoc eum a illicite, & non canonice, imò contra decreta suorum prædecessorum fecisse probant Fælix, & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicauerūt, & Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eundem Acacium damnauit. Unde etiam ab ecclesia Romana repudiatur, & a Deo fuisse percussus legitur in gestis Romanorum Pontificum hoc modo: [*Anastasius secundus natione Romanus, &c.*] *Require retro in tractatu* a *decretalium epistolarum.*

a ¶ Sed hoc eum.] *Supra d. 19. c.* Anastasius, *ostensum est immeritò reprehensum esse Anastasium, & verissima esse, quæ ipse de Acacio scripsit, & de cremit.*

Item obijcitur b *illud Augustini lib. 2. contra epi. Parmeniani, c. 13.*

¶ Qui recedit ab ecclesia, nec baptisma, nec ius dandi amittat. C. XCVII.

QVod quidam c dicunt, Baptisma, quod a accepit, nō amittit, qui recedit ab ecclesia; sed ius tamen dandi d quod accepit, amittit e, multis modis apparet frustra, & inaniter dici. ¶ Primo, quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui ipsum baptismum amittere f non potest, ius dādi, g amittere possit. Vtrumque enim sacramentum est, & quadam consecratione vtrumque h homini i datur, illud, cum baptizatur; istud, cum ordinatur; ideoq, in catholica ecclesia vtrumq; non licet iterari. ¶ Nam si quando ex ipsa parte k venientes etiam præpositi pro bono pacis correcto † schismatis errore susceptī sunt; etsi visum est opus esse, vt eadem officia gererent, quæ gerebant, non sunt rursus ordinandi †, sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra; quia in præcisione fuerat vitium (quod vnitate † pacis est correctum) non in sacramentis l, quæ vbicunque sunt m, ipsa vera sunt. Et cum expedire hoc videatur ecclesiæ, vt præpositi eorum venientes ad catholicam societatem, honores sibi suos non administrent;

Sup. d. 19.

Sent. 4. d. 25. Alg. l. 3. c. 10. Panor. l. 1. tit. 3. c. 82.

Iuo p. 2. c. 97. Pana. l. 1. c. 77.

† al. correpto

† al. ordinati

† al. vnitatis gratiæ.

e ¶ Amittit.] Characterem enim non potest amittere, licet videatur aliter dici 11. q. 3. episcopus.

f ¶ Amittere.] Nam vbi eadem ratio, & idem ius, ff. ad leg. Aquil. illud. An tamen hoc sit verum, notatur 28. q. 1. lic enim. 32. q. 7. Apostolus. sup. ea. q. 5. cum ergo.

g ¶ Ius dandi.] Scilicet ordinem. de consec. dist. 4. ostenditur. Vel potestatem conferendi baptisma. infra 32. q. 7. licere.

h ¶ Vtrumque.] Scilicet baptismus & ordo.

i ¶ Homini.] Hoc de baptismo sacerdotis, in quo potestas baptizandi est sc̄ſum: in laico est quædam licentia, non sacramentum 2. argu. quòd scientia, & hæretici valeat, & ligatio, & solutio, cū ius ligandi, iudicādi, atq; soluendi à tpe consecrationis acceperit, su. d. 48. j. c. j.

k ¶ Parte.] Collectio enim hæreticorum rectissimè pars appellatur, à partiendo, id est, diuidendo.

l ¶ Non in sacramentis.] Fuit vitium scilicet.

m ¶ Sunt.] Quia à quocunque dentur, iterari non debent,

bent, & ideo ipsa sunt, id est, firma & vera sunt, & bona.

a ¶ Manus.] Supra ea. q. c. manus impositio. contra. sed hic de consecratoria.

b ¶ Dandi.] .i. cōsecrādi. vel dādi ipsam ordinationem.

a ¶ Non militantes.] Contra supra distinctio. 19. nulli fas infra 8.quæstio.1.illud.& 32. quæstio. 5. qui viderit. sup.distin.40.homo. inf.11. quæst.3. præcipue.inf.25.quæst.1. nulli fas, infra ea.q. peruenit.contra.Sol. potest dici, quòd dicitur laicus peccare magis, quia peccat in duobus,& quia rẽ ecclesię emit,& quia suo officio non debitam: argum.ff.de re. iu.culpa.clericus autem in vno, qã emit tantum.

b ¶ Damnabilius.] Id est,damnabiliter, arg.27.q.2.coniuges. Vel hic appellat non militantes ecclesiæ, non laicos, sed clericos qui ecclesiæ non seruiũt,illi enim,qui emunt & nõ seruiũt, magis peccãt; quoniam in plurib. quã qui emũt, & seruiũt, & secundum hoc nõ sunt contraria, quæ hic signantur.

c ¶ Procuratoris.] Generaliter sumitur hic nomen procuratoris. arg.ff.de procu.l.1.

1 Sic extr.de procu. petitio. Arch.

ADDITIO. Al.quando procurator actoris vocatur responsalis, vt extra de restit. spol. ex conquæstione. in fin.

Præpositus, & œconomus, differunt.

d ¶ Præpositum.] Sed quam differentiã faciat iter illa nomina, põt dici quòd nomẽ præpositi generale est, & continet alia sub se. argumen. extra de ver. signifi. quamuis. Vel dic q̃ præpositus, & œconomus nomina diuersa sunt, sed idem significant sicut primas & patriarcha. 99 dist. c.1. vel bene possunt esse in eadem ecclesia præpositus, & œconomus. De vicedomino planum est, quia ille est, & qui præest reb. episcopi. 89. dist. cap. volumus. vicedominus in rebus episcopi, œconomus 2 in rebus canonicorum: sæpe tamen vnum ponitur pro alio.

2 Adde glo. & Bar. in l.1.§. aduocatos. ff. de var.& extraor.cog.

e ¶ Œconomum.] Œconomus est cui res ecclesiasticæ gubernanda mandatur. C. de sacrosanct. eccle. iubemus.

f ¶ Aduocatum.] Scilicet qui præest tantum causis tractandis, qui alias dicitur syndicus.

g ¶ Castaldum.] Scilicet qui habet curam externarum rerum, qui dicitur alias maior domus. 89 dist. volumus.

h ¶ Et iudicem.] Sicut in ecclesia Rom. sed nõne isti tres possunt esse laici, sic sine dubio. Qualiter ergo in istis officijs, quæ nihil spiritualitatis habent annexũ, simonia cõmittitur? dicit H. q̃ in omni administratione rei ecclesiasticæ committitur simonia, si ematur, sicut no. su. eo. in prin. & hoc est simoniacum, quia prohibitũ, non ideo pro hibitum, quia fuit ante simoniacum, sed alij non ita late extenduat simoniam, inhærentes consuetudini generali. dicunt enim quòd tunc tantum est simo-

Emere administrationem rei ecclesiasticæ simoniacũ est.

piens negabit nõ militãtes [a] ecclesiæ multo damnabilius [b] ob hanc causam, id est emptionis, vel venditionis, debere percelli. Sed & beatus prædecessor noster Paschalis ß de consecratione affirmat, quòd quisquis eorum alterũ vendiderit, sine quo alterum non prouenit, neutrum inuenditum derelinquit: ac per hoc eum, qui rem ecclesiæ vendit, vel emit, simoniacũ esse intelligitur †. Nomine vero procuratoris [c] intelligit præfata synodus quemlibet ecclesiasticarum rerum administratorem, vt verbi gratia, præpositum [d], œconomum [e], vicedominum: defensoris nomine ad uocatum [f], siue castaldum [g], & iudicem [h]: in subiecto vero [i] regulæ archipresbyterum, archidiaconum [k], canonicum, monachum, vel quemlibet ecclesiastico mancipatum officio. Quòd vero spiritum sanctum, quantum in se est, vendat, vel emat, qui præpositurã, vel aliquid huiusmodi vendit, vel emit; audi Augustinũ super Ioãnem. [O quoty præposituras fecerunt. Alterum præpositũ habet Carthagine Primianus, alterũ habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habet in Numidia illi & illi, quos iã nec nominare sufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbam: vnusquisque laudat [l] præpositum [m] suũ, quòd vendit, &c.] Ecce venerabilis Augustinus de præposituræ distractione agẽs, nomine columbæ sancti spiritus vẽditionẽ, vel emptionẽ accipit; sicut & oẽs huius Euangelici capituli tractatores. Pensandum vero est, qua pœna mulctentur, qui iam Deo, & ecclesiæ suæ oblata vendunt, vel emunt: si cũ flagellis à Dei tẽplo eiecti sunt, q, q̃ Deo erant offerenda, vendebant, vel emebant. Si de offerendorũ vẽditoribus, vel emptorib. dictũ est? [Vos fecistis domũ patris mei, domũ negotiationis, & speluncã latronũ;] qd dicetur de ecclesiæ iam oblatorum venditoribus, vel emtius aduersatur officio quàm ordini. nam circa alia cõstitit officium œconomi, & circa alia archipresbyteri, & aliorum sequentium. Quidam aũt intelligunt hoc totum de clericis, in quibus dicunt simoniacum esse huiusmodi officia emere: & quod dicit, in subiecto vero, &c. ideo dicit, quia illi magis sunt subiecti regulæ ecclesiasticæ q̃ isti: licet omnes sint clerici. nam dum illi versantur circa exteriora, & administrationes, isti circa diuina officia: & ideo dicit, mãcipatum officio, & non dicit, ordini. vel ideo dicit, in subiecto, &c. vt notetur quòd isti habent curam animarum annexam, & qd dicit de canonico vel monacho, non referas ad administrationem, sed ad emptionem præbendæ, vel ingressus monasterij. Vel ideo dicit, in subiecto regulæ, quia eos ligat illa constitutio, Nemo militantes Deo, &c. Superior aũt administratio circa temporalia. & eos non ligat illa constitutio, Nemo militans Deo.

ADDITIO. Hic adde quod not. infra ead. quæst. 7. fi quis omnem Arch.

K ¶ Archidiaconum.] Hoc totum intellige de dignitatibus ipsis.

l ¶ Laudat.] In eo, q̃ laudat, non cõmittit simoniã, sed in eo qd̃ vendit: qa qd̃ cõmẽdaudi causa dr̃, pro nõ dicto hr̃. ff. de dolo, qd̃ venditor; sed hoc verum est, dum cõmendatio confingit in genere. Nã vbi descẽdit ad specialia,

Trac.1.in.c.1. Ioannis.

Ioan. 2.

Matth.21.

Deus dedit p.2.

C.2. Rota.q.1.ca.si quis episcopus.

Ad act. 21.

Vbi Gallis Constantini. Augustæ

ęialia, teneretur ex eo, q̃ cõmendãdo plus vendidit, nisi q̃ cõmẽdando, dicit, sit in euidẽti. ff. de cõtrah. em. ea q̃.

m ¶ Indefinite.] Not. ex indefinita colligi vniuersalem, vt

vt su.q.1.eos.ff.de aleato.l.1.§.quod autem. ex quo enim à canone nil excipitur, nec nos excipere debemus, vt 31.q.1.quòd si dormierit. inf.2.q.5.consuluisti. sup.d.19. sit Romanorũ, ar.su. dist.55. Euangelica. sup.ea.q.1. sunt non nulli. ar. contra. inf. 27.q.1. idolatria 1.

ptoribus? Et ne quis insanus obijciat merito hoc Dominum tam acerbe vindicasse, quia tunc illa in Dei templo vendebantur; ecclesiasticæ vero res modo extra templum distrahuntur; attende superius Augustinum non determinantem locum venditionis, vel emptionis præpositorum; sed tantum indefinite [a] dicentem: [Circuit aliquis emere columbam; vnusquisque præpositum suum laudat, quod vendit.] non adijciens, in templo, vel extra templum. Hæc circa [b] venditores, vel emptores rerum sacrarum sufficit.

¶ *Integram epistolam Vrbani II. dilecto filio L. præposito ecclesiæ B. Iuuenij apud Licinum refert Deus dedit in sua collectione.*

α ¶ Propter ipsum sanctum.] *Additæ sunt hæ duæ voces, & totus hic locus emendatus ex ipsa epistola, quemadmodum & alia nonnulla.*

ß ¶ Paschalis.] *Antea legebatur,* Paschasius libro de consecratione: *restitutus autem est locus ex vetustis codicibus, & originali. Citatur enim hic, quod habetur in capite antecedente ex epistola Paschalis Papæ.*

γ ¶ O quot præposituras.] *Apud B. Augustinum (cuius multi vetusti codices hoc loco collati sunt) legitur,* ò quot præpositas fecerũt: alterum præpositum, &c *Apud Vrbanum vero vbique est,* proposita, & propositum.

δ ¶ Præpositum suum.] *Apud B. Augustinum legitur,* vnusquisque ad propositum suum laudat, quod vendit. *In epistola vero Vrbani,* vnusquisq; propositum suum laudat, quod vendit, *Nomine autem propositi apud B. Augustinum interdum significari sectam quandam constat ex 2. lib. contra Cresconium, c. 56.*

Item Alexander secundus episcopus seruus seruorum Dei Lucensis ecclesiæ clero, & populo salutem perpetuã.

¶ Ministri, & seruitores ecclesiæ absque vlla venalitate ab episcopis ordinentur. C. IX.

EX multis temporibus hoc detestabile malum intra vestram ecclesiam inoleuisse cognouimus, vt nulli vmquam clerico, quamuis religioso, quamuis scientia & moribus prædito ecclesiasticum beneficium cõcederetur; nisi ei [c], qui profano pecuniæ munere illud emere studuisset: fiebatque ecclesia, & res eius ita venalis, veluti quædã terrena, & vilis merx à negotiatoribus ad vendendum exposita. Quod malũ, quàm detestabile, quantũ Deo, sanctisq; sit contrariũ, & sacri canones docent, & fere omnibus manifestum existit. ¶ Chalcedonense namq; concilium vnũ ex principalibus [d], simili pœna condemnat eos, qui ecclesiæ beneficiũ interuentu pecuniæ acquirunt, & eos, qui sacrã manus impositionẽ (per quam spiritus sanctus confertur) mercari dignoscuntur. Vtrosq; enim auctoritate inexpugnabili [e], illos [f] à beneficio, istos [g] à sacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes ementes & vendentes de templo eijciens, cathedras vendentiũ columbas euertit, nũmulariorum effudit æs, præcepti sui auctoritate denunçians, & dicens: [Nolite facere domum

1 Immo est argu. pro de hoc not. ext. de coniu. lepro. c.2.

b ¶ Hæc circa.] Hęc particula de capitulo non est &c.

c ¶ Nisi ei.] Simile habes 32. dist. interdixit.

d ¶ Ex principalib.] Papa tamẽ bene potest dispensare contra, si non sit in articulis fidei. 15. dist. sicut sancti. vel de vniuersali statu ecclesię, vt no. 25. q.1. ca. sunt quidã. sup. dist. 16. sancta.

Papa non dispensat in duob. casib.

e ¶ Inexpugnabili.] quantum ad ordines tetinendos.

f ¶ Illos.] s. ementes ecclesiasticum beneficium.

g ¶ Istos.] s. ementes sacram manũ impositionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accusationē admonitio dēt pcedere. 1 Arg.ea.ca q.7. accusatio ifi. vbi d hoc. & hoc not. inf.q.7. requiritis. Arch.

a ¶ Corripiendi.] Argu. simoniacos sine præcedenti admonitione esse puniendos, quod H. non concedit: quia secundum eum etiam in accusatione necessaria est admonitio propter euangelium. 2.q.1. si peccauerit 1. Item vt volens accusare si defecerit, subeat pœnam, quam cōuictus aduersarius subiret. Itē vt aduersarius non grauet in expēsis, & vt discipli na ecclesiæ non desetur. 23.q.5. excommunicatorum. argu. contra Hu. ext. de simon. licet Hely. Ioā. Quidquid dicit Hal li decret. licet. Itabitur B.

Fideles sunt domus Dei.

b ¶ A Sancta ecclesia.] Idest, à consortio fidelium per anathema. nam ipsi fideles sunt, domus Dei, vt inf. de pœn. dist. 4. in domo. nam aliàs ipso iure sunt suspensi, vt not. sup. ea. q. 1. reperiuntur.

Prælatus ex negligentia sua tenetur.

c ¶ Sanguis.] i. vindicta vel proditio, vel peccatum. infra, 9.q.3. episcopo.

d ¶ De manu.] Nota prælatum ex negligentia sua teneri. 81. dist dictum. ADDITIO Ad hoc 18.q.2. cognouimus. 83. dist. inferior. 81. d. dictum. vbi de hoc. Arch.

e ¶ Conferre.] Isti volebant facere fraudem legi: quia nec etiam tali prætextu debet quis aliquid accipere vel dare. extra de vsu. c. super eo. & hoc est fraudulentū munus, vt su. ea. q. 1. si quis neque. Arg. contra. sup. ead. q. 1. iudices.

f ¶ Scriptura.] su. ea. q. 1. non est putanda. 14. q. 5. forte.

g ¶ In Chalcedonē.] Sup. ea. q. 1. si quis episcopus.

h ¶ Possit.] Arg. cū simoniaco non posse dispensari in ordine, vel beneficio simoniace acquisito. arg. inf. ea. q. 7. requiritis. sup. ea. q. 6. si quis neque. Ioā. tamen cum eo qui scienter committit simoniam. si. lus Papa dispēsar. 2. q. 1. §. his ita. vers. fic & summæ. sed si eo ignorāte simonia cōmissa fit, vel si tantū in animo, episcopus dispensat, vt extra de simon. de regularibus, & c. ex insi illa decre. nobis. B.

Dispensare cum simoniacos pōt

patris mei domum negotationis.] Illud quoq; in eodem facto, solcite considerare, quod per totum textū sanctum Euangelij nusquam reperitur Dominum tāta seueritate, tam districta censura iustitiæ, peccantes corripuisse, cum non solum eloquio increpans, verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de templo; aperte demonstrans, quòd tales negotiatores, non sicut cęteri peccatores sunt corripiendi [a], sed à templo Dei, idest, à sancta ecclesia [b] longius sunt proijciendi. Nam sicut per columbarum venditores illi denotantur, qui sacram manus impositionem vendere conantur; sic per numularios ecclesiastici beneficij venditores designantur, qui domum Dei, teste [c] Euangelio, spelunca latronum efficiunt. Quapropter ego Alexander sanctæ Romanæ ecclesiæ, & Apostolicæ sedis Episcopus (immo minister indignus) tot & tanta mala in multis ecclesijs, & maxime in Lucensi ecclesia, ex iniqua concupiscentia fieri conspiciens, ne sanguis [c] iniquorum à districto iudice de manu [d] nostra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decreuimus. Constituimus itaque, & præsenti decreto firmamus (sicut olim nostri decessores fecisse noscuntur) vt nullus deinceps episcoporum, beneficium ecclesiæ (quod quidam canonica † vel præbendas, seu etiam ordines † vocant) pro aliquo pretio, vel munere clericis audeat vmquam conferre [e]: sed omnes ministros, & seruitores ecclesiæ gratis, & absque vlla venalitate in sancta ecclesia studeāt ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui maiores sacculos pecuniæ conferāt; sed eos, qui moribus, & disciplina, atque scientia diuites pro officio suo ipsam valeant sustentare ecclesiam. Constituimus, & eodem modo firmamus, vt nullus cuiuscumque gradus clericus pro ecclesiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ ecclesiarum, vel donarijs ecclesiarū, seu etiam quod pauperibus sit tribuendum; quia (teste scriptura α [f]) qui aliquid male accipit, vt quasi bene dispenset, potius grauatur, quām iuuatur. Quòd si aliquis diuinorum præceptorum, & animarum salutis immemor, præfatum beneficium ecclesiæ, iniqua cupiditate ductus vendere, vel emere temerario ausu præsumpserit, sicut in Chalcedonensi [g] concilio definitum est, gradus sui periculo eum subiacere decernimus: nec ministrare possit [h] ecclesiæ, quā pecunia venalem fieri concupiuit, & insuper terribili anathematis mucrone perfossus (nisi resipuerit) ab ecclesia Dei, quam læsit, modis omnibus abscindatur.

¶ *Extat integra hæc epistola in bibliotheca Vaticana post librum Anselmi Lucensis.*

α ¶ Teste scriptura.] *Hic referuntur verba ipsa beati Gregorij ex epistola ad Sygarium, quæ habentur supra eod. q. 1. non est putanda.*

Item Gregorius homilia 39.

Ioan. 2.

Ezech. 3.

† al. canonicis † al. ordinationes.

Sup. ea. q. 1. c. nō est putanda.

2 Dicunt quidam, q̄ cū simoniacus sit adepti sui beneficium, q̄ simoniace in nullo casu pōt ēē dispensare. ext. eod. nobis. Arch.

VEndentes.] CASVS. Aug. tripliciter exponit euangelij verba, vbi dicitur, q̄ Christus eiecit de templo vendentes, & ementes. Et dicit primo, q̄ ementes, & vendentes intelliguntur, qui emunt vel vendunt spiritualia. Secundo, qui contra iustitiam vendunt, quod de iure.

¶ Qui dona Dei vendunt, vel emunt, pariter à Deo damnantur. C. X.

Iuo p. 5. c. 88: Pann. l. 3. c. 119.

VEndentes & ementes è templo eliminat Christus quia vel eos, qui pro munere impositionem manuū tribunt, vel eos, qui donum spiritus emere nituntur, damnat. *Item infra.* ¶ Vendētes in templo sunt; qui hoc, quod quibusdam iure competit [a], ad præmium largiuntur. Iustitiam [b] enim vendere est, hac pro præmij acceptatione † seruare. Ementes vero in templo sunt qui dum persoluere proximo, quod iustum est, nolunt, dumque rem iure debitam [c] facere contemnunt, dato patronis pretio emunt peccatum.

† al. acceptione.

† al. præmio.

Item Beda ad c. Ioannis.

¶ Qui gratiam, quam à Deo accipiunt, non gratis exercent, venditores columbarum sunt. C. XI.

Iuo p. 5 c. 97. Pan. l. 3. c. 124.

NOn solum venditores sunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negotationis, qui sacros ordines, largiēdo pretium pecuniæ, vel laudis, vel etiam honoris inquirunt; verum ij quoq; qui gradum vel gratiam [d] in ecclesia spirituali, quam Domino largiente [e] perceperunt, non simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa retributionis [f] exercent, contra illud Petri apostoli: [Qui loquitur, quasi sermones Dei ℣. qui ministrat [h], tam quam ex virtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum.] Quicumque ergo tales sunt, si nolunt veniente Domino de ecclesiā auferri, auferant ista de actibus suis, ne faciant domum Dei domum negotationis,

1. Pet. 4.

Item ex epistola Vrbani Papæ.

¶ Quæ ex consecratione proueniunt, in suum ius vi, vel munere non conuertat. C. XII.

sup. ea. c. saluator.

REs ecclesiæ, quæ ex consecratione proueniūt, in suū ius vel vi, vel aliquo munere aliquem [i] conuertere non debere docens sanctus Vrbanus [k] ait: [Quisquis res ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur; quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter sua

Dona per pecuniam data est nulla.

i Vbi de hoc de præbendis conferendis. 2. quæst. 6. §. hoc etiam. Theologi & Decretistæ docentes, possint aliquid accipere.

iure facere tenentur. Tertio qui quod debent proprio motu persoluere nolunt gratis.

a ¶ Corripiendi.] Arg. q̄ in transactione illicitè pecunia interuenit, cum remittitur alicui quod de iure erat illi remittendum.

b ¶ Iustitiam.] Arg. q̄, sententia etiam iusta si per pecuniam data fuerit, nullius momenti sit, simoniam committit, vt 14. q. 5. non sane. 11. q. 3. qui recte 1. sed qa præmisit expositionem de simoniacis, videtur, quòd in his duobus modis nō sit simonia, quod verum est. alias tamen graue peccatum committitur, & sententia non valet 2 quæst. 6. §. difficilitia. vers. venales. C. de pœ. iudic. qui ma. iu. l. j. Dicunt tamen quidam, q̄ si causa est ecclesiastica, q̄ qui iustitiam emit, simoniam committit nisi in matrimonio. su. ea. q. 1. quidquid inuisibilis.

diti, nolunt nisi intuitu humanæ retributionis hæc exercere in ecclesia, vt supra. e. q. 2. quàm pie. & extra de sapientiæ. magistris. c. 1 2. & 3. nam dicit etiā lex, quod ciuilis iuris sapientia non sit pretio nūmario dehonestāda, &c. quasi violēt. ff. de va. & extraor. cog. l. 1. §. 3. dicit tamen lex, quod tutor pro facultate pupilli debet magistro dare ff. de vsi & vsufr. tuto. l. cum plures. §. fi tutor. Laus ciuilis tutor tenetur de administrationē est quod violentiā cō mittit; quia non gratis accipit, & aliàs dicitur committere sacrilegium quia res ecclesiæ quodāmodo pro missas non dat. arg. 17. q. 4 c. 2. ab initio extorquet, sm Io. de Fant.

e ¶ Debitam.] Videtur ergo, q̄ theologi, & decretistæ non possunt aliquid percipere ex eo, quod docent. nam ad hoc tenent. vt 43. di. Ephesijs. 36. q. 1. reuertimini. ar. contra. 28 q. 1. Iam nunc 12. q. 2. charitatem. Sed dic accipi posse licite 2. vt su. ead. q. 1. qui studet. super ver. sanitatis. sed pone q̄ missionem factam: quando tenetur sibi soluere? Dico, q̄ in principio anni. arg. C. de profess. l. medicos. lib. 10. Item aduocatus in principio debet salariū accipere 5. ff. loca. qui operas. argu. contra C. de suffra. l. vna Salarium autem non debet excedere summam centum aureorum. ff de var. & extra de cog. l. 1. §. fi cui autem etc.

2 De hoc 37. distin. de quibusdam. Archid.

3 Nisi sit aduocatus fisci, qui dēt in medio accipere. C. de aduo. di. iudic. l. per hanc. Arch.

c ¶ Debitam.] Id est quam iure tenetur soluere, scilicet cum quis aduocato dat pecuniā, vt ipsum defendat. sic vacat illa glo. Videtur ergo.

4 Sit sic tanquam violēter raptor vel detentor 4. sicut magistri. c. 12. & 3. nam dicit etiā lex, quod ciuilis iuris sapientia non sit pretio nūmario dehonestāda, &c. quasi violēt. ff. de va. & extraor. cog. l. 1. §. 3. dicit tamen lex, quod tutor pro facultate pupilli debet magistro dare ff. de vsi & vsufr. tuto. l. cum plures. §. fi tutor. rū est quod violentiā cō mittit; quia non gratis accipit, & aliàs dicitur committere sacrilegium quia res ecclesiæ quodāmodo pro missas non dat. arg. 17. q. 4 c. 2. ab initio extorquet, sm Io. de Fant.

d ¶ Vel gratiā.] Alicuius scientiæ, vel alterius doni.

e ¶ Domino largiēte. [In su. a 16. q. 1. reuertimini.

f ¶ Retributionis.] cum enim sint literati & aliis donis p

Iuo p. 5. c. 88: Pann. l. 3. c. 119.

†al acceptione.

†al. præmio.

Iuo p. 5 c. 97. Pan. l. 3. c. 124.

1. Pet. 4.

sup. ea. c. saluator.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PEruenit. CASVS. Dī hic q̄ inter maximos hæreticos debet computari qui laicis extraneis, seruientibus vel consanguineis, & non sacerdotibus decimas & oblationes concedit: & qui dant & q̄ recipiunt, gterno incendio puniūtur, q̄a H. vī intelligere, de iure spirituali: sed Bene. intelligit etiam de tēporali fructu. Sequens cap. patet.

a¶ Peruenit.] inf. 16. q. 7. peruenit.

b ¶ Siniſtra. Not. de episcopis, qui omnia agunt finittre, vt 35. dist. eccleſiæ.

c¶ Oblationes.] 10. q. 1 quia sacerdotes.

d¶ Laicalib.] Quod fieri nō debet, vt extra de deci. prohibemus. Vnde nota, q̄ fructus bene possunt dari laico ex causa: sed ius decimale nequaquā: nā aliud est ius, aliud est ipsa res sicut dicit iurispiritus, q̄ cū dicimus vitulum esse fructum vaccę, nō ius, sed corpus demonſtramus. ſt. de eui. l. vaccæ. pōsūt ergo dari decimæ, idest, res ipsæ in feudū, sed tamen nō tranſibit ad hęredes ext. de deci. ad hoc. vnde forte secundū q̄ feudum proprie accipitur, non possunt dari in feudum ext. de deci. quāmuis 1. De hoc dixi. 16. q. 1. cap. vlt. Et no. q̄ si dantur decimæ laicis, & aliqua crescāt noualia, non accrescūt eis decimæ noualiū, sed eccleſijs. ext. de dec. c. tua. Et dicit Innocētius, q̄ in his restringenda est pōtas, non prorogāda. extra de dec. tua nobis.

Decima nun quid potest dari laico.

1 Vbi de hoc. & 16. q. 3. §. fic etiā ibi videas.

e¶ Grauius.] Not. q̄ minus peccatū propter adiunctum grauius punitur. minus enim peccatū est dare consanguineo, q̄ extraneo. 86. distinnon satis. hæc est ordinata charitas: sed quia prouidendo cōsanguineis enormiter lędunt eccleſias idcirco dicit, q̄ peī est dare consanguineis id est, inde grauiorem la sionē lentit eccleſia. ſi. inf. 33. q. 2. latorem. Vel dic grauius, id est, communius. 32. q. 7. quid in omnibus. nam cæci sunt episcopi circa aepotes. 8. q. 2. dilectiſſimi. vnde tantus impetus in eo omnia fundendi uenit restringendus, vt dicit l. in alio casa. ff. ad le. Iul. de adul. nec in ea.

f ALtare.] Id est, quæ in altari offeruntur: vel in administratione altaris: vel in eccleſia.

g¶ Et decimas.] Scilicet si episcopus ab aliquo milite redimeret decimas, non est simoniacum: sed rei eccleſiasticæ lucra venit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei pecunia possideri existimat.

α ¶ Quisquis.] *Hæc sunt ex epistola Vrbani II. quæ refertur supra c. saluator. Verba autem antecedentia nusquam reperta sunt: quamuis similia quædam dissimili tamen sententia, legantur in epistola B Vrbani primi. In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus caput hoc sic citatur.* Item Beda ex epistola Vrbani Papæ. *quod non cohæret.*

Item Gregorius septimus.

¶ Simoniacus est episcopus, qui decimas, & oblationes laicis, non clericis distribuit. C. XIII.

PEruenit [a] ad nos fama siniſtra [b], quòd quidam episcoporum non sacerdotibus propriæ diœcesis decimas, atque Christianorum oblationes [c] conferant; sed potius laicalibus [d] personis, militum videlicet, siue seruitorum, vel (quod grauius [e] est) consanguineis. Vnde si quis amodo episcopus inuentus fuerit huius diuini percepti transgreſſor, inter maximos hæreticos, & inter antichriſtos nō minimus habeatur: & sicut Nicæna synodus, de simoniacis censuit, & qui dat episcopus, & qui recipiunt ab eo laici siue pretio, siue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur.

Inf. 16 q. 7. c. peruenit. Poly. l. 3. tit. 11.

In canonib. Nicænis ex Arabico ver sis, c. 49.

¶ *Infra etiam 16. q. 7. c. peruenit. citatur caput hoc ex Gregorio. Ac sane Lambertus Scafneburgensis narrat episcopum quendam Bambergensem, eccleſiam illam contra excommunicationem, & priuationem Gregorij septimi fauore militum, quibus multa largiebatur, per aliquot tempus retinuisse: & in ipsius Gregorij regesto lib. 6. epist. 5. simile quiddam reprehenditur in Hermanno episcopo Metensi.*

Item Paschalis secundus.

¶ Spiritum sanctum vendit, qui decimas pro pecunia tribuit. C. XIIII.

ALtare [f], & decimas [g] per pecuniam dare, & spiritum sanctum vendere, simoniacam hæresim esse nullus fidelium ignorat.

Poly. l. 3. tit. 11.

¶ *Supra ead. q. 1. cap. presbyter. hoc idem tribuitur Gregorio, quod hic Paschali secundo. Et forte Paschalis hoc, vt multa alia, accepit à Gregorio septimo, quæ ipse annotauit. In Polycarpo lib. 3. tit. xi. citatur ex concilio Toletano.*

Item Innocentius secundus in synodo Romana, c. 2.

¶ Careat honore male acquisito, qui eccleſiastica beneficia pro pecunia inuenire tentauerit. C. XV.

Pan l. 3. c. 138. ex Cabilonēſi.

SI quis præ-

ā per pecuniā acquirit, acquisito careat: & emptor & venditor & interuentor nota infamiæ percellantur. Vn de statuitur, vt nec pro paſtu, nec sub obtentu alicuius consuetudinis aliquid exigatur.

a ¶ Præbendas.] Vel benedictiones nubentium: vel sepultu.

bendas [a], vel prioratum, vel decanatum, aut honorem, vel promotionem aliquam eccleſiasticam, seu quodlibet sacramentum [b] eccleſiasticum, vt pote chriſma, vel oleum sanctum, & consecrationes [c] altarium, vel eccleſiarum, interueniente [d] execrabili ardore auaritiæ per pecuniam comparauerit; honore male acquisito careat; & emptor, atque venditor, & interuentor nota infamiæ percellantur [e]; & nec pro paſtu, nec sub obtentu alicuius consuetudinis [f] ante, vel post à quoquam aliquid exigatur, vel ipſe dare præſumat; quoniam simoniacum est: sed libere, & abſque dimi nutione [g] aliqua, collata sibi dignitate, atque beneficio [α] perfruatur.

inf. 12. q. 4. obijciuntur. contra. sup. dist. 8. si consuetudinem. inf. 8. q. 2. quæſta est. Io. Hodie prætextu consuetudinis nihil petī pōt, nec ante, nec post, vt extra de sim. Iacobus. Bi. nisi hoc reperiatur à iure permiſſum, vt no. sup. q. 2. placuit.

g ¶ Diminutione.] Nisi cum ex causa ordinet fructus eps: vt extra, vt eccleſiasti. benefi. fine dimi. vt noſtrum. Et ita si dignitas deferatur alicui diminuta, in ſolidum potest eam petere. arg. ext. de inſt. cum veniſſent.

α ¶ Beneficio.] *Ex duobus manuscriptis huius concilij exemplaribus in vno sic legitur, in altero vero,* officio.

De secunda & tertia quæſtione quid sacri canones diſſiniant; auctoritatibus hincinde in medium deductis patefactum est.

QVÆSTIO IIII.

VNc ergo de quarta [h] quæſtione est pertractandum, an paternum crimen huic imputetur, quod eo ignorante conſtat admiſſum. Quòd ignorantia hunc excuſet, multorum auctoritatibus probatur. Ait enim Auguſtinus, epiſt. 48. ad Vincentium.

¶ Alienum crimen, neſcientem non maculat. C. I.

NVllus [1] crimen maculat [k] neſcientem.

Item eadem epiſtola.

¶ De eodem. C. II.

QVis locus innocentiæ relinquitur, ſi alienum crimē maculat neſcientem?

¶ *Verba B. Auguſtini sunt hæc,* Quis locus innocentiæ reſeruatur, ſi crimen est proprium, neſcire crimen alienum?

NVnc ergo.] Hæc quæſtio diuiditur in quatuor partes. Et q̄ritur hic vtrum teneatur filius pro paterno crimine: & in hac prima parte q̄nis probat p x. auct. q̄ non tenetur. Secūda ibi, [Sed objcitur.] Tertia ibi, [hic i aq.] Quarta ibi.] Notandum.] Ioan. de Fan. CASVS. Hic intitulatur 4. quæſtio, qua quæritur an quis reā ht criminis q̄d eo ignorāte pr admiſit: & q̄ ignorantia eum excuſet multorū auctoritatib. probatur. Sequens, c. patet.

h ¶ De quarta.] Ad intelligentiā huiꝰ q̄ſtionis no. q̄ triplex est pœna, æterna, cōrporalis, & ſpiritualis. Æterna pœna nunquam punitur vnus pro alio, vt ſu. ead. c. 1. & cīā itaque. Corporalis pœna duplex est, quædā circa corpus ipium: & illa ſæpe punitur vnus pro alio. inf. ea. §. itē peccato. quædā circa ſtatum rei, vt est ſeruitus vel infāmia: & illa etiam punitur filius pro patre, vt 6. q. 1. §. verum. 15. q. vlt. cum multæ. Spiritualis quadruplex est, nam quædam est excommunicationis: & illa nunquā punitur vnus p alio, vt 24. q. 3. ſi habes. Alia interdicti: & illa punitur vnus pro alio, vt ext. de ſpon. non est uobis. Alia est remotio ab oblatione: & illa ſimiliter punitur vnus pro alio. 17. q. 4. mitor. Alia est ordinis: & illa ſimiliter punitur vnus pro alio. nam pp delictum vxoris vir remouetur à promotione, vt 34 d. ſi cuius. Item ſi pater neſciente filio emerit ei eccleſiam, ille pro peccato non remouetur à promotione: ſed tamen perdit eccleſiam, vt inf q. 5. c. Ioan.

Pœna est triplex.

Vnus an puniatur, p alio

Pœna corporalis est duplex.

Pœna ſpūalis ē quadruplex.

1 NVllius.] Scilicet alterius. nam ſuam quandoque commaculat, vt de pœn. dist. 2. ſciendum. 32. q. 7. quemadmodum. & ita non comprehenditur perſona, de qua fit ſermo.

k ¶ Maculat.] Inf. 15. q. 1. mulier. & q. vlt. cum multæ. inf. 17. q. 4. mitor. 34. d. ſi cuius. & 6. q. 1. §. verum 24. q. 1. non turbatur. Ioan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLacuit.] CASVS. Dicitur hic q̄ illi non debent à p̄motione repelli, qui infantes perfidia parentum ab hæreticis baptizantur, si hæc suo iudicio non fecerunt, nec ex post facto consenserunt.

a ¶ Promouentur.] su. ea. q. 1. ventum est, cōtra inf. ea. q. 7. 9 in qualibet. cōtra. Sol. illud ex nimio rigore: hoc ex dispē̄atione. Vel ibi de his q̄ postmodū in adulta ætate hęre si consentiunt: vel qui adulti ab hæreticis baptizantur: hic de istis, qui non acquiescunt, vel qui pueri baptizantur ab hæreticis 1.

1 Sub. quib. non nocet, ēe si à parentib offerant. arg. de cēse. d. 4. quæris. dumtū sup eis deest. su. e. q. 1. §. ecce. de conse. d. 4 ab antiqua. 10. de Fant.

QVi apud.] CASVS. Dī hic q̄ paruuli ab hæreticis, baptizati, si ñ postquam ad discretionē puenerint errori non consenserint, recepti ab eccle pleatur q̄d sint, si poterunt promoueri.

b ¶ Paruuli.] i. d. si non capaces. de cō secratio. distin. 4 paruuli.

c ¶ Ordine.] Idest, ſm antiquam regulam ecclesiæ.

QVia prælatꝰ.] CASVS. Quidā presbyter iniuste fuit sua ecclesia spoliatus, quam alius presbyter simoniace acquirere nō erubuit, vñ consanguinei primi presbyteri dolore cōmoti ēm presbyterū comprehendentes, ei oculos eruerūt: q̄ quo facto primus presbyter fuit excōicatus. Sed quia primus sacerdos (vt dicebat) nullo mō consensit: mādat de hoc Papa inquiri: & si inculpabilis inueniat, absoluatur. Sequens lex, &c. q̄d sequuntur plana sunt.

d ¶ Ablata.] Et idem erat ei restituenda, licet hoc expressū nō dicatur. sufficit. n. cōqueri de spoliatione, licet expresse nō petatur restitutio, vt 2. q. 1. notum. extra de causa poss. cum ecclesia. hic tamen non respōdet ad hoc: sed respondēdo eum innocentem, ergo & restituendum. arg. C. de diuer. rescr. l. 1. ext. de coniug. lep c. 2.

e ¶ Voluntate.] Arg. q̄ nudam voluntatem teneatur q̄s purgare si suspectus habetur: & alibi nuda voluntas legitur grauiter plectenda, vt inf. de pœn. d. 1. si quis eum, & c. si quis pulsatus. & 32. q. 5. qui viderit. Arg. contra de pœn. d. 1. cogitationis. Dicas igit. &, pro ideſt. Vel dic de voluntate in actum producta: aliàs non tenetur purgare

Voluntas nuda est q̄q; plectenda.

Item in Africano concilio, c. 14. legitur.

¶ De infantibus, qui ab hæreticis baptizantur C. III.

PLacuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur; ne, quod nō suo fecerūt iudicio, cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediat, quominus promoueantur [a] sacri altaris ministri.

Paulo aliter in originali.

Item in eodem, c. 24.

¶ De eodem. C. IIII.

QVi apud Donatistas paruuli [b] baptizati sunt, nondū scire valētes erroris eorū interitū, & postea quā ad ætatē rationis capacē peruenerunt, agnita veritate falsitatem eorū abhorrentes, ad ecclesiam Dei catholicam per vniuersum mundum diffusam, ordine [c] antiquo per manus impositionem recepti sunt; tales ad suscipiendum munus clericatus non debet impedire nomē erroris.

Deusſledit p. 2.

Item Leo quartus † Ebrunio, & Adelfrido episcopis.

¶ Consanguineorum maleficia in nullo clericis obsunt, nisi conscij fuerint. C. V.

† al. seruiunt.

QVia præsulatus nostri (quod bene nostis) magisteriū non solum de sacerdotum: verumetiam de sæcularium vtilitatib. debet esse solicitum; propterea fraternitatem vestram scire volumus, hunc præsentem presbyterū ad sedem Apostolicam venisse, nobisq; violentiam, & excōmunicationem suam per ordinem retulisse: quòd etiam sine iusto legis tramite illi sua fuisse ablata [d] ecclesia, similiter indicauit: quam alius dato munere sacerdos zelo ductus inuidiæ vsurpare præsumpsit. Inde parentes eius magno dolore compulsi presbyterum illum, qui suam tenebat ecclesiam, mox comprehenderunt, & ei oculos eruerunt. Tamen ipse sæpe dictus sacerdos dicit, quòd absque sua voluntate [e], & sine eius consilio hoc sit peractum. Qđ sit ita est, vt ipse nobis suo ore testatus est, vobis magnopere prouidendum est, vt si canonice [f] ipse excommunicatus non est, canonica super eum fiat remissio [g].

Digestis tit. de pœnis, l. crimen.

C. VI.

Lib. 48. titu 9. l. 26.

CRimen, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest. Namque vnusquisque ex suo admisso [h] ficio, arg. 24. q. 3. c. 2. ipse tamen eps non debet conqueri de consanguineis, si credit q̄ ita acerbe eum puniant. Sed nunquid tenetur eis remittere actionem iniuriæ, cum sciat q̄ si non remiserit, interficiēt eum fratres suiz dum tamen ipse eis nihil dicat. Sed rancorem tenetur dimittere. 50. d. si quis contritatus.

g ¶ Remissio.] Nullam enim pœnam patietur iniuste excommunicatus, vt 9. q. 3. non debet. ab sit enim vt iniuste. &c. C. de pœ sancimus.

CRimen.] ¶ Ex suo admisso.] Non enim debet aliquis

quis alieno odio prægranari. C. de inoffi. test. si quis in suo. §. legis. & hoc est verum in pœnis: secus in vsu capionibus, cuia vitium transit ad hæredem. ff. de acquir. poss. Pomponius. Item quod hic dicitur, regulare est, vt 56. dist. vndecunque. & c. nasci, & c. satis. in casu tamen quan.

b ¶ Genuit eum.] Siue de natiuitate in vtero, siue de nanuitate ex vtero 1.

c ¶ Consensione.] Sed nec tunc dicitur teneri peccato alterius: sed suo, scilicet cum consentit ad peccatum alterius. su. dist. 56. vndecunq; inf. 15. q. 8. c. 3. contra inf. 23. quæst. 4 ita. & c. si quis a catholica.

1 De consē. dist. 4. quæris. &c. si ad matris. & hic videas qđ not. ext. de tēpo. or. quęsitum. in glo. fi. infra, &c. Arch. In via, & in inuio differunt.

d ¶ Reatum.] Id est, causam reatus, scilicet originale peccatum. ex hoc c. colligitur, quod aliud est in via, in inuio. nam nō potest quis peccare per alium: licet possit saluari per alium, vt de pę. distin. 1. tres. & de cons. dis. 4. quæris. & bonum simile est in lege. nā dicit lex, q̄ si quis habet filium & postea creatur decurio, iste non dicetur filius decurionis: sed illi tantum, q̄ postea geniti sunt C. de decur. l. vlt. ff. eo. l. 2. §. in filijs.

e ¶ Vnus.] Partus enim pars viscerum est, vt ff. de vent. inspi. l. 1. §. 1. licet sit arg. contra de consec. distinct. 4. si qd quid.

Partus est pars viscerum.

f ¶ Admissum.] Id est receptum.

g ¶ Anima.] Sicut Dominus. per Ezechielem ait, vt inf. 24. q. 3. si habes.

h ¶ Consecrandus.] Id est, baptizandus. Ioan.

¶ Ei qui imitatur, impietas alterius nocet. C. IX.

HOmini [i], qui similis tui est, nocebit impietas tua; & filium hominis adiuuabit iustitia tua.] Humana impietas ei nocet [k], quem peruertendo inquinat: & rursus eum adiuuat nostra iustitia [l], quē à prauis actionibus mutat. Nocere enim vel iuuare nesciunt ea, quæ [l] vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non possunt.

Iob 35.

Exo. 20.

Econtra Dominus ad Moysem: [Ego sum Deus zelotes, qui visito [m] peccata patrum in filios [n] vsq; in tertiam,

quandoque aliter inuenitur de temporali pœna, vt 6. q. 1. verum. & c. ex merito. 15. q. vlt. cū multæ. & 14. q. 3. §. ita fu. q. 1 fertur. 8. q. 1. audacter. & dist 48. §. ecce, cum multis aliis captulis.

a ¶ Vdæi.] ¶ Fideles.] Sed nihil speciale constituitur hic circa Iudęos. idem enim sic in filijs aliorum damnatorum. C. de bo. dam. Auth. bona nisi in damnatis crimine læsæ maiestatis. vt 6. q. 1. §. verum. Præterea si conuertantur filij ad ecclesiam, non possunt eos parentes exhæredare, extra de iu. Iudæi. Quid iuris sit de filijs hæreticorum, dixi 23. q. 7. in princ. Io.

Iudæi filios suos ad ecclesiā conuertere non possunt.

Am.] CASVS. Dī hic q̄ ex quo filius à patre suo dimissus est, & alter effectus, patris delictum filium nō grauat, si filius non consenserit. sed peccatum originale filius à parte contraxit: quia tunc non erat alter ab eo immo vnus cum ipso: quod crimen contrahitur ab Adam: & sicut per alienum officium quis nesciens regeneratur, ita nesciens peccato originali coinquinat

Iob sunt vsque ibi, [Humana.] verb. Grego. verba Iob exponentis.

K ¶ Nocet.] Exemplo.

l ¶ Ea quæ.] Sicut sunt illa, ex quibus exempla nō sumimus, vt venustas corporis, a gritudo.

ECONTRA. CASVS. Hactenus probauit. Gratia. peccata parentum filijs non nocere. Nunc probat Gratia. econtra auctoritate Moysi, q̄ filius pro peccato patris punitur. Sed latum rīdet per Aug. dicentem, hoc non cōtingere propter iniqualitatem iudicij, sed propter clementiam Dei, qui nō punit aliū pro alio etiam corporaliter, nisi tertia vel quarta generatio veniat.

m ¶ Visito.] Id est, postea ¡visitando ad pœnitentiā ex pecto vsque ad senium. s. quousque videatur tertia & quarta generatio, quod est dicere, vsque ad finem vitæ sic Aug. exponit. vnde & sic licet mihi exponere.

n ¶ In filios.] Illud potest intelligi ad litteram. & hoc ideo dicit, quia homines non consueuerunt vltra vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Delictorum quadruplex est generatio.

vere. Vel potest intelligi mistice. nam prima generatio dr primi motus: & illi nō puniuntur, de quibus dictū est: Beatus qui allidet paruulos suos ad petram. Secunda generatio dicitur cogitatio, quæ nō punitur. de pœ. dist. 1 cogitationis. Tertia dicitur consensus: & iste punitur. nam facienti &. & consentienti dr par pœna constringit. 2. 2 q. 1. notum. Quarta est opus; ista similiter punit in filios cū sint immitatores paterni sceleris: aliàs non. su. ea. q. 1. cito turpem. Aliter numerāt istę quatuor generationes. de pę. d. 1. super tribus.

a ¶ Rediturum.] Id est, vsque in tempus filiorū, & vltra eos expectaturum ad pœnitentiā de peccatis suis.

b ¶ Inæqualitate.] vt alij peccēt, & alij puniantur, prout sequitur: & est vna dictio inæqualitate. & hæc verba licet non inęqualitate, sūt verba Aug & auctoritas ista facit ad propositum G. expositio, vero contra eum.

c ¶ Venerit.] Id est, nisi cum vitā finierit. Ioan.

CVM ERGO. CASVS. Dixit supra Gratia. q. peccatum patris filijs imputari nō debet, & quod per ignorantiam excusantur. Sed cum Inno. dicat, quòd baptizati ab hæreticis scienter promoueri non possunt, patet quòd infantes ab hæreticis baptizati, cū ipsi iuxta Africanum concilij valeant promoueri, sola ignorantia excusentur. Nam vt ait Aug. peccata parētū filijs non imputātur: nec spirituali pœna pp hæc puniantur. quare ab officio & beneficio ecclesiæ propter hæc priuari non debent, cum sit pœna spiritualis præterea si excusatur qui ignorāter à simoniaco ordinatur: ergo iste de quo dictum est in themate, excusandus est: quia per ignorantiam simoniace ordinatur. Innoc. sup. q. 1. verum est. in fin. Africanum concilium sup. ead. q. placuit. Sicut Aug. 24. q. 3. fi habes. Vrbani. sup. 1. q. 1. fi. qui à simoniacis.

d ¶ Cum ergo.] Hic ostendit q; ignorantia excusat infantes ab hæreticis ordinatos: & à simili videtur excusandus cui ignoranti patere ecclesiam adeptus est.

e ¶ Ignorantia.] Sed non semper. de pœn dist. 2. scien. m. & inf. c prox. turbatur. §. notandum.

f N On imputantur filijs.] Sup. ead. q. placuit.

g ¶ Pœna.] Scilicet excommunicationis. infra. 24. q. 3. si habes. sed alia bene extra de fil. presb. c. 1. & inf. eo. q. 1. c. 1. & ideo sophistice procedit de vna ad aliam. Argu. contra. 56. dist. c. 1.

h ¶ Item

& quartam generationem,] licet nō inæqualitate iudicij sed magnitudine clementię Augustinus asserit hoc dictū ita dicens: [In tertia, & quarta generatione peccatum patrum se Dominus comminatur in lege filijs redditurum[a], non inæqualitate [b] iudicij, vt alijs peccent, & alij puniātur; sed magnitudine clementiæ: dū sēper expectat ad pœnitentiam; & quod in prima generatione delinquitur, nō prius corrigit, & emendat; nisi & tertia, & quarta generatio venerit [c].] Cū ergo [d] de baptizatis ab hæreticis Innocentius scribat:] Lex est ecclesiæ iis, qui ab hæreticis baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum cōmunionem prębere, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare.] patet, quod infantes, qui ab hæreticis baptizati sunt, sola excusat ignorantia [e]; vt iuxta illud Africani concilii ad suscipiendum clericatus officium non eos impediat nomen erroris. sup. q. 1. vērum. sup. ea. q. apud

Item sicut Augustinus scribit ad Auxilium episcopū epist. 75.

¶ De eodem. C. X.

N On imputantur filijs [f] peccata parentū, quæ post eorum natiuitatem à parentibus cōmittuntur; nec propeccatis parentum spirituali pœna S filij sunt plectendi.

¶ In aliquot vetustis exemplaribus & caput hoc, & sequentia vsque ad finem quæstionis coniuncta sunt superiori. Nam sententia hinc inde acceptis, verba ferre de suo (quod sæpe facit) in his Gratianus affert. Et huius quidem patris sententia est apud B. Augustinū loco indicato. Verba autem ipsa referuntur infra 24. q. 3. sic habes.

Officio autem, vel beneficio ecclesię priuari, spiritualis pœna est: non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item si excusatur [h] qui ignorāter à simoniaco ordinatur, vt supra in cap. Vrbani legitur; & iste excusandus est [i], qui per ignorantiam simoniace ordinatur.

2. *Sed obiicitur illud Gregorii [k].* sup. ea. q. 1. fi ¶ à simoniacis.

[k] ¶ Gregorij.] In *aliquot vetusti codicibus legitur*, Augustini. *Anselmus vero citat ex Alexandro secundo.*

¶ De ecclesia quæ pactione consecrarur. C. XI.

E Ccleſia, quæ pactione [k] consecrata fuerit potius execrata, quàm consecrata dici debet. Ansl. 5. c. 20.

h ¶ Item si excusatur.] Vt sup. ea. q. 1. fi. g. à simoniacis.

i & Excusandus est.] Excusatur à reatu criminis; sed non quin priuentur beneficio. infr. ead. q. 5. capit. 1. & cap. præterea.

SED OBICITVR. Hæc est secunda pars quæst. in qua probatur contrarium per tres auctoritates. Io. de Pant.

K Ecclesia.] ¶ Pactione.] Infra 8. q. 2. Eleutherius. contra. Solatium est non prius cōsecrare nisi aliquid ex pacto detur vel promittatur, quod hic penitus reprobat, aliud est pro dedicatione pacisci de annuo reditu

Consecratur an prius ordinari intentione primi-

reditu ex oblationibus ecclesiæ, suggerente episcopo, & eius ecclesiæ presbyteris profuturo quod ibi fieri permittitur. H. contra 7. q. 1. episcopus. su. ea. q. 1. nō nocet. Sed dic q hic non fuit consecrata in forma ecclesię: & ideo debet consecrari. de cōse. dist. 1. ecclesias. Vel dic in

lucra sunt ab hæredibus extorquenda. ff. de calum. l. in hæredem. Arg contra. C. ne ex delict. defun. l. vnica. sed de canonica æquitate semper tenetur, etiam si nihil ad eum peruenit ex maleficio, vt dixi 16. quæst. 6. si episcopum.

Iosue 6. & 7. *Item peccato [a] ciuium, thesauri Hierico anathematizati leguntur: Vnde Achan, qui regulam auream, & quedā alia pretiosa furatus est, de anathemate dicitur tulisse.*

1 Reg. 25. Exo. 9. *¶ Item peccato Amalechitarum, animalia eorum iussa sunt interfici: quib. quia Saul peperćit, audiuit à Samuele: [Nescis, quia peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere?] ¶ Item peccato Aegyptiorum possessiones eorum grandini traditæ, iumenta, & primogenita eorum, morte consumpta sunt.*

1. Reg. 4. *¶ Item peccato Israelitarum, arca Domini Philistæis tradita est. Si ergo quæ sensu carent, vt ecclesia, altare, arca Domini, lapides Hierico, vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grādine denā stantur; si ea, quæ vim intelligendi non habent, vt animalia Aegyptiorum, & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte; patet quòd nullum excusat ignorātia criminis: maxime cū ex eo vtilitas deferatur ignorāti: veluti si qui spiā de latrocinio, et rapina filio suo ignoranti diuitias congreget, non excusat filium ignorantia; quin post mortē patris cogatur reddere male acquisita [b].*

Iosue 7. 1. Reg 4. Psal. 77. *¶ Item peccato Achan [c] plebs Israelitica in manibus hostiū tradita est. ¶ Itē peccato filiorū Heli, populꝰ ī manu [d] Philistinorū corruit. ¶ Peccato quoq; plebis electi eorū sæpè sūt impediti, & tādē cīe eis ꝓphetæ ducti sunt captiui.*

3 *His ita respondetur. Insensibilia', & irrationabilia peccato hominum vel execrantur, vel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, sed causa sacramenti [e], vel detestatione peccati, vel flagello [f] delinquentium. Causa sacramenti, vt thesauri Hierico [g], & animalia Amalechitarū. Hierico enim Luna interpretatur & significat mūdū istum; Amalechitæ interpretātur lingentes sanguinē, & significant cupidos, & auaros, & dæmonas. Israelitæ interpretātur viri vidētes Deū, & significant multitudinē sanctorum. Lapides ergo, & thesauri Hierico anathematizantur; animalia Amalechitarum* [h] in odium consecrantis hoc dici. simile 24. quæst. 1. pudenda. & ideo ita interpretatur Gratia. infra §. his ita. verficu. ia detestatione, quia reuera est consecrata.

ITEM PECCATO. CASVS. Hic probat quòd vnus punitur pro alio temporaliter: & primo per historiam de Achan. Secundo per historiā Amalechitarū. Tertio per plagas Ægyptiorum. Quarto per arcę Domini captionem. Quinto per historiam filiorum Heli, quę habetur 36. dist. legant. Sexto per prophetas propter peccata populi captiuatos.

Punitur tem- poraliter v quis p alio.

a ¶ Item peccato.] Hic probat quòd vnus punitur p alio temporaliter. primo per historiam de Achan. secundo per historiam de Amalechitis. tertio per plagas Ægyptiorum. quarto per arcæ captionem. quinto per prophetas propter peccata plebis captos.

b ¶ Acquisita.] Idem est de vsura. extra de vsu. cum tu. & est ratio, qua in vitium succedunt parentum. ff. de diuer. & tempo. præscrip. cum hæres, nam turpiter

c ¶ Achan.] Et nōne iam dixit de peccato Achan, sic: sed nō de pleb.

d ¶ In manu.] Ideo repetit, vt addat de populo, de quo nihil dixerat.

HIS ITAQVE. Hæc ē tertia pars q. in qua dicitur quod septem de causis ali qui puniuntur propter aliorum peccata. Io. de Fan.

CASVS. Respondit Gratia. quòd ita punit vnus p alio: hoc accidit vel ex causa sacramenti, vel ex detestatione peccati, vel ex imperitia patientiæ, vel ꝓpter flagella eorum, qui deliquūt opere vel consensu. Et ad hāc quadrimembrem diuisionem prēmissas historias competenter adaptat.

e ¶ Sacramenti.] Id est, figuræ.

f ¶ Vel flagello.] Aliter enumerat hic istos modos: & aliter exequitur in littera.

g ¶ Hierico.] Historia: Legit in libro Iosue, quòd Dominus anathematizauit vrbem Hierico, & omnia quæ in ea erant, præter metalla, quæ in primitias operum Dei cōseruabantur. Capta ciuitate, Achan filius Charmi furatus est clamydem coccineam, & centum siclos argenti, & regulam auream quinquaginta siclorum, & iratus est Dominus contra filios Israel. & cum Iosue mitteret tria millia expugnatorum ad expugnandam ciuitatem Hai, ceciderunt ex eis xxxvj. homines & cæteri fuerunt in fugam conuersi. Relatumque est Iosue prostrato in terram quod populus aliquid tulerat de anathemate: & ideo illud acciderat populo. surexit itaque ex præcepto Domini: & conuocato populo missę sortes per tribus: & cecidit sors super tribum Iuda. Secundo per familias. & cecidit sors super familiam Zare. Tertio super domos: & cecidit sors super domum Charmi. Quarto super capita: & cecidit sors super Achan: & dixit ei Iosue: Fili da gloriam Deo, et confitendo quid feceris, cumque confiteretur, iussit eum lapidari à populo. & familiam eius, quam habebat comburi.

h ¶ Amalechitarum.] Historia legitur in 1. lib. Regum quod cum Saul ex præcepto Samuelis pugnaret contra Amalechitas, præcepit vt homines & animalia interfi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

interficeret. percussit ergo Saul Amalechitas, & omne vulgus interfecit: & apprehēdit Agag Regem pinguissimum: & pepercit ei, & omnibus gregibus ouium & armentorum, & vniuersis quæ pulchra erant visu: nec voluit disperdere ea: quidquid fuit inutile, & reprobū, hoc destruxit & demolitus est. Dixitq; Dominus ad Samuelē. Pœnitet me fecisse Saulem Regem, venitque Samuel ad Saule, & dixit: Quę nam vox est gregū & armentorum, quę resonat in auribus meis? Et ait Saul: Tulit populus oues & boues pingues ad sacrificēdum, dixitq; Samuel, peccatti: ga melior est obedientia quàm victima & ait Saul peccaui, sed hac vice supporta peccatū meum. Rediit ergo Samuel, cum Saule & iussit Agag adduci Regē pinguissimum, & interfecit eum, & in frusta consciдit.

a ¶ Ad examinādā.] Id est, vt examinent cupidi a nō cupidis. Alia littera est, ad examinandam.

b ¶ Animalia.] Hic de flagello delinquētium. simi. 16. q. 2. reuertimini.

a ¶ Ægyptiorū.] Historia. Legit in Exodo q̄ cū Pharao nollet dimittere ppl̄m Israelē exire de Ægypto, percussit Dominus Ægyptum x. plagis, quę in Exodo exponuntur.

d ¶ Eorum.] Simile 16. q. 1. reuertimini.

e ¶ Indetestationē.] Hęc est detestatio criminis.

f ¶ Ecclesia.] De cōsi. di. 1. Arrianorū. & c. ecclesias ista duo c. malè inducit Gra. q̄ Arrianorū ecclesię nō cōsecrāt à catholicis i detestatione criminis: sed quia non fuerunt consecratæ in forma ecclesiæ: ergo melius potuisset inducere. su. ead. q. ecclesia, quæ pactione.

g ¶ Sanctificationem.] Supra ea. q. 1. qui studet.

h ¶ Carebāt.] Id est, extra formam ecclesiæ consecrabant, aliàs falsum esset.

i ¶ Item populus.] Hic addit quartam.

SIC ET NAVICVLA. CASVS. Nunc redit Gratianus ad propositum. vt probet alios puniri pro peccatis aliorum. Et primo per exemplum Ionæ, Secundo p peccatū Dauid populū numerātis. Tertio per paruulos Sodomitarū. Quarto per paruulos Dathan & Abiron. Quinto per Chanaam, qui patre peccante factus est seruus. Sexto per successionē Giezi. Septimo per reliquias Iudæorum. Octauo per quatuor successores Achab. Nono per Idumæos, qui descenderunt ad Esau.

K ¶ Ionæ.] Historia. Legitur in Ionat q̄ cum vellet Dominus Ionā mittere in Niniuē, vt prædicaret: surrexit Ionas vt fugeret à facie Domini in Tharsis: & descēdit in

Colligitur itaque ex his omnibus, quòd subditi in accusatione prælatorum sunt admittendi. Nũc videndum est, an monachi in accusatione episcoporum sint audiendi.

Hadrianus Papa in capitulis, c. 31. videtur eos ab accusatione remouere ita dicens.

¶ Monachi sacerdotes accusare, vel in eos testificari non possunt. C. LIIII.

PLacuit [c] eorum accusandi sacerdotes & testificandi in eos vocem obstruere, quos non humanis, « sed diuinis vocibus mortuos esse [d] scimus: quia vocem funestam [e] interdici † potius, quàm audiri oportet.

« ¶ Non humanis.] *In epistola Stephani est*, quos humanis, & diuinis vocibus damnatos, vel mortuos esse cognoscimus, *In epistola autem Melchiadis est, quemadmodum hic restitutum, est ex vetustis exemplaribus Gratiani, & capitulo Hadriani: sed subiungitur.* Quoniã infidelis homo mortuus est in corpore viuente: *& fortasse significatur locus Matt. 8.* Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: *aut locus Pauli. 1. Tim. 5.* viuens mortua est. *Quamobrem quod proprie pertinet ad homines infames, maximisque flagitijs obnoxios (vt est infra 3. q. 5. d. canonica.) non bene videtur hic referri ad monachos: sed minime id malitiose factum est, cum Gratianus monachus esset.*

Itẽ Lucius Papa epist. vnica.

Iuo p. 6. c. 326.

Itẽ Stephanus ep. 2. & Melchiades. ep. vnica. inf. 3. q. 4. hi, & capit. l. 7. c. 322. Ansl. l. 3 c. 88. Iuo p. 16. c. 332. Pann. l. 3. c. 45. Cod. l pennult. q. accusare nõ possunt.

† al. meritis

Item in concilio Chalcedonen. c. 4. præcipitur, vt ecclesiasticas actiones monachi attrectare non præsumant. 16. q. 1. q vere.

Item Pelagius 11. episcopis Italiæ.

¶ Monachi in accusatione non sunt audiendi. C. LIIII.

NVllus monachus talia vnquam arripiat, nec sæcularia[f], aut ecclesiasticaq negotia perturbare præsumat; quia mortua in ralibus vox est eorum.

Ansl. l. 3. c. 63. Pol. l. 4. tit. 34.

a *Idem habet. non licet clericis agere in ꝑsona. & in rem. ff. de pcu. l. 1.*

b ¶ Deturbare.] Id est, prohibere & remouere à malo cat qui fic non prohibet. 22. q. 2 primum. & c. faciat. & secundum hoc quilibet tenetur prohibere iniuriam à proximo. 25. q. 3. non inferenda. Alij hoc intelligunt de

c ¶ Aut ecclesiastica.] Id est, baptizare, quod olim non licebat eis. 16. q. 1. placuit.

SED ALIVD. CASVS. Soluit Gra. & dicit, ꝙ monachi non admittuntur ad accusandum episcopos ex præsumptione temeritatis, sed necessitate charitatis bene admittũtur, vnde præcipitur, vt cubicularij epi sint clerici religiosi, vel monachi, vt eius vita testimonium dicere

Sed aliud est, quod ex præsumptione assumitur temeritatis: aliud quod ex necessitate geritur charitatis. Monachi enim ex presumptione episcopos accusare non possunt, ex charitate possunt. Vnde et in canonibus præcipitur, vt cubicularij episcopi sint vel religiosi clerici, vel electi monachi, vt de eius vita testimonium dicere possint.

inf. e. cã pastoris.

7 ¶ *Item illud Eleutherij Papæ in epistola ad Galliæ prouincias, omnibus generaliter dicitur.*

¶ Consentire conuincitur, qui cum possit, peruersis negligit obuiare. C. LV.

su. dist. 83. c. error. & dist. 86. c. facientis.

NEgligere, cum possis [a] deturbare [b] peruersos, nihil aliud est quàm fouere. Nec caret scrupulo [c] societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

Ad Paulinum.

Item Hieronymus tam de se, quàm de alijs monachis in primo prologo bibliæ « scribit dicens.

« ¶ Bibliæ.] *In plerisque vetustis Gratiani codicibus legitur*, bibliothecæ.

¶ Quantum ex vitæ merito quis ecclesiam ædificat, tantum nocet, si destruentibus non resistat. C. LVI.

SAncta quippe [d] rusticitas, [e] solum sibi prodest: & quantum ædificat ex vitę merito ecclesiam Christi, tantum nocet [f], si destruentibus non resistat.

Item Gregorius.

¶ Subditi vitia prelatorum reprehendere studeant. C. LVII.

ADmonendi sunt subditi, ne plus quàm expedit, sint subiecti: ne cum studeant plus quàm necesse est, hominibus subijci, compellantur vitia eorum venerari.

¶ *Collecta est hæc sententia ex verbis B. Gregorij tertia parte pastoralis, admonitione decimæ octauæ, vbi de ellatis & humilibus loquitur.*

lib. 4. reg. c. 88. & post. lib. 12.

Item generali synodo præsidens dixit, c. 2.

¶ Clerici siue electi monachi sint cubicularij episcopi. C. LVIII.

Anſ. l 6. c 14. Poly. l. 7. tit. 5.

CVm pastoris.] CASVS. Quidam epi non habebant clericos cubicularios secum, sed pueros sęculares, quorum vita qualis esset in secreto, erat ignota clericis sæcularibus autem pueris nota. Præcepit ergo Gre. vt epi secum habeant clericos vel monachos cubicularios, qui possint esse testes de vita & conuersatione episco-

ADmonendi.] CASVS. Quidam subditi in bonis ac malis obediebant suis prælatis. Sed dicit Grego. ꝙ admonendi sunt, ne plus quàm expediat sint subiecti, vt vitia illorum non compellantur venerari:

g ¶ Admonendi.] Bonum mediocrè quandoque dimittitur propter bonum obidientiæ: se malum nunquam fieri debet, vt 11. q. 3. quid ergo Ioan.

1 Quo ad ꝓlatũ dic. vt le. & not. 6. q. 1. illi qui. 30. dist. c. 6.

c ¶ Scrupulo.] Id est, suspicione.

SAncta quippe.] CASVS. Quidam monachi erant valde in se religiosi, sed circa correctionẽ aliorum erant tepidi & remissi. Tales reprehẽdit Hie. dicens ꝙ sancta rusticitas tantum sibi prodest, & quantum ex vitæ merito ędificat ecclesiã, tñ nocet si destruẽtibus eam non resistat.

d ¶ Quippe.] Id est cũ simpliciter & piè viuunt, & alios nolunt increpare. Et intelligitur de prælatis qui ex officio tenentur resistere malis: & quorum taciturnitas est mortale peccatum, & magnum dãnũ in ecclesia operatur, vt 83. dist. nemo. Et est hic arg. vitam actiuam esse ꝓferendam contemplatiuæ, vt 7. quæst. 1. scias. & 8. q. 1. in scripturis. & habẽt se vt excedentia & excessa. Cõtẽplatiua, quantum ad personam cõtemplantis magis est secura, & minus vtilis, actiua vero magis laboriosa, & minus secura, sed magis fructuosa, vt extra de renunc. nisi cum pridem. & extra de reg. licet.

e ¶ Rusticitas.] Id est simplicitas.

f ¶ Nocet.] Intelligẽ hoc negatiuè, Id est non ꝑ hoc prodest ędificando, quantum edocendo, & resistẽdo simile 44. d. 1. §. debet. 22. q. 2. primũ. Io.

Universidad de Deusto
Biblioteca

episcoporum in secreto, & ex sedula visione exemplum profectus sumant.

Monachi accusare possunt.

a ¶ Cū pastoris.] Generaliter teneas, q̄ monachi possunt accusare & episcopos & alios, dumtamen hoc faciant de licentiā abbatis. 12.q.1. non dicatis 19.q.1. monachi. Et si suum abbatem accusare vult habebit expensas à monasterio, vt ext. & accusa. ex parte: & tūc non est necessarius consensus abbatis. sed si aliū vult accusare, non habebit expēsas à monasterio. Si sunt scholis, possunt agere de his tantum, q̄ pertinent ad studium, vt extra de offic. deleg. præterea. ff. de re iud. quæsitum. & ff. de iud. si longius.

b ¶ Pueri.] i. seruientes sic 22.q.2. § Abraham quoq; ff. de ver. signi. pueri.

Monachum inuito abbate, sibi pōt eps sociare.

c ¶ Vt quidā.] Duos habebit sacerdotes, & tres diaconos, vt de consec. dist. 1. iubemus. Sed nunquid cō tradicēte abbate potest sumere monachum episcopus sibi in socium? Non videtur, cum hoc, sit priuilegium Papę, vt 9. quæstio. vlt. per principalem. & 58. distin. c. 1. & ar. contra 16. quæst. 1. qui vere Ioan. Sol. credo quòd sic 1. nisi monasterium sit exemptū: cum maiora possit, vt extra de excess. præla. sicut vnire. B. Sed nōne monachi nūquam exibunt de claustro, vt 16. q. 1. placuit? Respondeo quādo perfecti sunt, sit hoc vt exteri? fuēficient vel qñ fiunt episcopi, & illi cubiculari j possūt esse testes non solū de conuersatione episcopi, sed etiā de facto eius, vt 12. quæstio. 1. manifesta. Ioan.

1 Ad hoc facit qđ no. su. 1. q. 1. per principalē. Sed a. cōtra. 21. q. 1. cū pvtilitate. Archid.

2 Ad hoc 4. 9. 3. c. 1.

d ¶ Testes.] Propter hoc inducit c. quia qui possunt testari 2. & accusare, nec tales episcopus potest ab accusatione repellere, vt extra de accusa. nulli. & C. qui accusare non poss. iniquum. argu. contra speciale in episcopo, Ioan.

PEruenit.] CASVS. Episcopus Massylien. prauos' homines habebat in sua conuersatione, & præcipue quendam presbyterum fornicatorem hoc peruenit ad notitiam Gregō. quare præcipit Virgilio episcopo, vt Massylien. vltione compescat, & presbyterum fornicatorem cogat pœnitere. Casus autem sequentis capi. planus est, quia nihil aliud dicitur, nisi quod episcopi secum debent habere homines boni testimonij, vt irreprehensibiles. appareant.

e ¶ In societate.] Nota q̄ præsumitur. contra aliquem vel pro aliquo ex societate, vt 28. q. 1. sæpè 81. dist. clericus & 18. q. 2. diffinimus. Ioan.

EPiscopi lectioni.] ¶ Possint.]su. dis. 93. diaconi. ITEM

storis [a] vita † esse discipulis semper debeat in exēplo, plerumque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis, nesciunt, quam, vt dictum est, sæculares pueri [b] sciunt. De qua re præsenti decrero cōstituo, vt quidā [c] ex clericis, vel vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, vt is, qui in loco regiminis est, tales † habeat testes [d], qui vitā eius in secreta conuersatione videant qui ex visione sedula exemplum profectus sumant.

† Hoc statuit Gregor. quādo licet cos ēē à suo ministerio remouēdos vt refertur Anco. in histor. p. 2. fo. 160. Io. 19.

† Habeat tales, qui vitā] origin.

Idem Virgilio episcopo Arelatensi, lib. 9 epist. 49.

¶ Prauos in sua societate episcopus habere non debet. C. LIX.

PEruenit ad nos fratrem, & coepiscopum nostrum Serenum Massylien. prauos homines omnino in societate [e] sua recipere; ita deniq; vt presbyterum quendam, qui post lapsum in suis adhuc dicitur iniquitatibus voluptari; familiarem habeat. Quod à vobis subtiliter requirendum est: & si constiterit, curæ vobis sit nostra hoc sic vice corrigere, vt & qui talem recipit, non familiaritate fouere sed discat potius vltione comprimere: & qui receptus est, idem discat cum lachrimis peccata diluere, non iniquitatem immunditijs maculare.

Item Paschalis Papa.

¶ Viros boni testimonij semper episcopi secum habeant. C. LX.

EPiscopi lectioni & orationi vacent, & semper secum presbyteros, & diaconos, vt alios boni testimonij clericos habeant, vt secundum Apostolum, & sanctorum Patrum instituta possint [f] irreprehensibiles inueniri. 1. Tim. 3.

Item Ioannes Baptista, cum duceret eremiticam vitā, scribas & pharisæos, sacerdotes & leuitas Iudæorū ad se venientes aspera increpatione redarguit. ¶ Item ex canonibus definitur. Illi, sacerdotes accusare possunt, qui ad eundē gradum conscendere valent.] Cum ergo monachi ad sacerdotij gradum laudabiliter pertingere valeant; patet, quòd & ipsi, sacerdotes liberè accusare possunt. Luc. 3. su. ea. c. sacerdotes.

ITEM IOANNES. CASVS. Per hunc §. probat Gratia. q̄ subditi possunt accusare prælatos, & dicit, quod Ioan. redarguebat Iudæos ad se venientes.

g ¶ Ioānes.] Probat cum hic eremita auecusibat, q̄ mo; Et nachi possunt accusare, quod verum est si habent speciale mandatum abbatis. 16. qō. 1. quæ vere 3. nisi forte requiri non possit sine magnæ difficultate. argu. ff. de hoc. Item iniusſed si vnius. §. filio. vt notaui 12. quæstio. 1. non catis.

ITEM EX. CASVS. Nunc concludit Grat. ex supradictis. Dictum est, supra, q̄ illi possunt accusare sacerdotes, qui ad eūdem gradum ascendere possunt. sed monachi possunt prouehi ad sacerdotium, ergo possunt accusare sacerdotes.

De

DE accusatione.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes, in quarum prima probatur, q̄ accusator debet esse præses, & obligare se proprio scripto ad talionem. Secunda ibi, [Quæ vero.] Io. de Fan.

CA.

QVÆSTIO VIII.

DE accusatione [a] vero, qualiter fieri valeat, in canonibus aperte decernitur.

Et Stephanus, epist. 1. c. 11.

Ait enim Calixtus Papa ad episcopos Galliæ, epistola secunda.

¶ Accusatio semper fiat in scriptis. C. I.

3. q. 9. c. absentem. Burc. l. 1. c. 171. Iuo p. 5. c. 289.

ACcusatorum personę nunquam recipiantur sine scripto: nec absente [b] eo, quem accusare voluerint, quibuslibet [c] accusare permittatur.

¶ In epistola Calixti, itemque apud Burchardum, & Iuonem sic habetur. Rimandæ sunt enucleatim personæ accusatorum, quæ sine scripto difficile, per scriptum autem nunquam recipiantur: quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest; sed propria voce, & præsente eo, quem accusare voluerit, cuicumque † accusatori credatur: *Quorum verborum bona pars refertur infra 3. q. 9. c. absente 1. quod sumptum est ex hoc eodem epistolæ loco.*

† al. quisquam accusator credatur

Cod. lib. 4. titulo, de probationibus, lege fin:

¶ De eodem. C. II.

SCiant cuncti accusatores eam se rem deferre debere in publicā notionem, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indicijs [d] ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita.

Cod. de accusationibus, li. 9. ti. 2. le. vlc.

Item Eutychianus Papa episcopis Siciliæ epist. 2.

CASVS. Hic ponitur §. qua quæritur, an accusatio debeat fieri in scriptis & q̄ sic primo, q̄ sic postea q̄ contrarium, & postea soluit in §. [Sed Calixtus.]

Accusatio

a ¶ De accusatione.] Circa hoc notandum est, q̄ aliud est infamatio, aliud denunciatio, aliud accusatio. Infamatio prohibetur su. ea. q. proxi. accusatio. 5. quæst. 1. c. 1. & 2. Secunda, scilicet denunciatio præcipitur su. e. q. 1. si peccauerit. sup. q. proxi. quapp & fit sine inscriptione. 3. q. 4. §. aliquando. Tertia scilicet accusatio permittitur, sed in ea inscribitur & subscribitur, inf ea. libellorū. Fallit tamen hoc in sex casibus. Non enim semper cogitur accusator inscribere, vt in leuibus criminibus. ff. de accusationibus. Casu vbi mulier accusat. 15. q. 3. de crimine secundū quosdā in crimine apostasiæ, & vbi Christianus Iudæa ducitur. Fallit etiam in crimine læsæ maiestatis. C. de apost. apostatarū. C. de Iudæis. ne 95, & vbi maritus accusat vxorē iure mariti. 4. q. 4. d. c. nullus. Item §. itē. C. de adul. si maritus. C. de adul. quamuis & l. ult. Fallit etiam si sit contra ius canonicum, vt extra de procu. tuæ fraternitatis. Item quando officium denunciat crimen alicuius. C. de accusa. ea. quæ. 4. q. 4. §. aliquando. B. Et cū crimen in modum exceptionis proponitur, secundum q̄ distinguitur extra de accu. per totum. Nunc videndum quid iuris sit circa singulos modos agendi. Et quidem denunciationem præcedet admonitio, alias remouetur denuncians à denunciatione, vt extra de accusa. super his. & c. si quis episcopus, & su. e. q. 7. accusatio. & cap. si quis ergo. Item criminosi, infames. inimici, possunt à denunciatione repelli, vt 3. q. 7. qui

Denunciati punitio.

dum exceptionis obijcitur crimen, distingue vt extra eo. super his. & extra de ord. cog. cum dilectus. & debet esse præsens. extra eo. qualiter. & in hoc casu laici bonæ famæ admittuntur ad agendum, excipiendum, & testificandum. extra de test. tam litteris. & 23. distin. Sed cum crimen obijcitur in modum accusationis, semper est necessaria inscriptio, vt inf. ea. libellorum. fallit in sex casibus supra not. & in septimo secundum quosdam cum officialis accusat. C. de accusa. ea quæ. In hoc casu pœna est depositio, vt sup. prox. q. lator. & extr. de simo. dilectus.

Accusati punitio.

ACcusatorum.] CASVS. Quæsitum fuit à Calixto, an accusatores recipi debeant sine scriptura. & accusato absente. Et certe respondetur quòd non.

b ¶ Nec absente.] C. de pœ. ne diu. contra. Sed illud speciale est in apparitore. sic sup. ea. q. 6. §. si sunt quorum. & notaui 1. q. 4. nullus.

c ¶ Quibuslibet.] Intr. 5. q. 2. relatum. Sed contra. 5. q. vl. Epiphanium.

Inquisitā punitio.

SCiant.] CASVS. Dicitur in hac lege, q̄ accusatores accusationem suam debent deferre in publicam notionem, quam possint testibus & alijs probationib. iudici demonstrare.

d ¶ Indicijs.] 32. q. 1. dixit & 15. q. 6. c. 1. Sed contra. 3. q. 9. absens. sed ibi non accusatur, sed tantum libellus accusationis proponitur. est contra absentem. libellus tamen in absentia rei proponitur. ff. de adulte. miles. §. sexaginta. Hoc verum est nisi absens sit per contumaciam 2, vt 3. q. 9. decernimus.

2 Idē tenent B. & L. ad hoc 24. q. 3. de illicita, Archi.

Quis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qvisquis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ qui vult alium accusare in iudicium veniat, & indicet nomen rei, ad pœnam se talionis obligando, sita quòd accusator vel accusatus in custodia habeantur, considerata dignitate personæ: & si accusator non probauerit, puniatur pœna talionis. In secunda parte quę incipit ibi, [Qui vero.] dicitur ꝙ qui vadũt ad sortilegos, & magos, non admittuntur ad accusationem.

¶ Casus seq. cap. planus est.

a ¶ Quisquis.] Hoc ponitur C. de accusa. l. vlt.

b ¶ Vinculum inscriptionis arripiat.] id est, obliget se ad talionẽ. 4 q 4. §. inscriptio. Arch.

c ¶ Dignitatis.] Quia pari iure censentur accusator & accusatus. 3. q. 9. c. vlt. C. de exhi. re. l. vlt. Tamen

Dignitate ſ litus minas punitur quam alter.

rõ dignitatis in hoc hr, quòd minus punitur constituras in dignitate, quàm alter. 24. q. 1. qui cõtra. & c. quisquis.

d ¶ Similitudo.] Nisi istis casib. exceptis. su. e. q. 3. §. notãdũ 2.

Qvi crimen.] Sed Stephanus.] CASVS. Probauit sup. G. quod accusatio debet fieri in scriptis, modo videtur probare cõtrarium, & probat superficialiter.

Per scripta.] CASVS Quæritũ est, vtrũ per epistolã possit quis alium accusare? & rñdetur ꝙ nõ, sed voce, propria & accusato presente, quia absens ab aliquo accusari non potest.

e ¶ Absens.] Potest enim libell⁹ dari absente accusato, vt 5. q. 6. Epiphanium. C. de exhi. re. l. 2 & etiã die feriato, vt ff. de adult. miles. §. sexaginta. prius tamen denunciabit eum accusator quem vult accusare: alias non audietur, vt ff. de adul. denunciasse. & C. de accu. absentem: deinde det libellũ iudici: iudex tamen non prius libellum recipiat, quàm inscriptio sit facta, & fideiussorem dederit de lite prosequenda. C. ad Turpil. l. 1. & C. qui accu. non pos. l. 3. Postmodum vocandus est reus: secundum legem. C. de exhi. re. l. 2. & nomẽ eius recipietur inter nomina reorum. & hoc fit cum lis est const. ff. de adult. si maritus. §. prę scriptiones. & ff. de iure fis. fiscus & prius habebit inducias xx. dierum ad deliberandum, non trium tantum

Accusato absente põt dari libellus.

ſ Ad hoc C. de casu. nõ prius. ff. de iu. si lõgius. & ita not. Vinc. extra de elec. con gregato.

vt quidam dicunt, vt ff. de pub. iud. inter. habebit etiam inducias triginta dierum ad componendos mẽstos penates, vt C. de exhi. re. l. 2. secundum canones tamen nõ videtur, quòd necessaria sit denunciatio, vel talis solemnitas, vt extra de accus. licet. in fi.

SED

¶ Accusatio semper debet fieri in scriptis. C. III.

Qvisquis[a] ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat[b], custodiæ similitudinem α (habita tamen dignitatis[c] æstimatione †) patiatur; nec impunitam fore sibi nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo[d] supplicij. *& infra.* ¶ Qui vero ad sortilegos, magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

Cod. Theod. l. 9. tit. 1. c. 18. In capitul. Hadriani. c. 6. Poly. l. 5. tit. 1. Iuo p. 6. c. 332. Pann. l. 4. c. 76. In cap Hadriani. c. 67. inf. 3. q. 5. ca. constituimus.

† al. exiſti maxime

α ¶ Custodiæ similitudinem.] *In originali impresso est*, custodiat similitudinem, habita tamen dignitatis æstimatione potiatur: nec forte sibi nouerit, &c. *itemque apud Hadrianum, nisi quod habet*, nec sibi fortè nouerit. *itemque apud Iuonem, & In aliquot vetustis Gratiani codicibus, in quorum vno est*, habitæ tamen dignitatis. *In Panormia autem legitur*, custodiat similitudinem supplicij, habita tamen dignitatis æstimatione. Nec forte sibi nouerit, &c. *In codice est eadem lectio, quæ hic retenta est.*

Item Sixtus III. in epist. ad episcopos Orientales, c. 4.

¶ De eodem. C. IIII.

Qvi crimen obijcit, scribat se probaturum. Reuera β ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur. Et ibi qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

Et Fabianus epi. 3. inf. 3. q. 9. c. 1. sup. 2. q. 3. c. 3. & 6. Bur. c. l. 16. c. 3. Ex concilio Araſico. Pann. l. 3. c. 75.

γ ¶ Reuera.] *Addita est hæc clausula ex originali: quæ est etiam apud Fabianum infra 3. quæst. 6. cap 1.*

Sed Stephanus Papa contra videtur scribere dicens, epistol. 2. c. 4.

¶ De eodem. C. V.

Per scripta nullius accusatio suscipietur, sed propria voce (si legitima, & condigna accusatoris persona fuerit) præsente videlicet eo, quem accusare desiderat: quia nullus absens[e], aut accusari potest, aut accusare.

Poly. 5. tit. 1. Burc. l. 1. c. 177. Ansl. 3. c. 55. Iuo p. 5. c. 293. & p. 6. c. 328. Pann. l. 4. c. 53. & 55.

Sed Calixtus Papa præcipit, vt accusatur præsente eo, quem accusat, in scriptis iudici accusationem offerat, & propria voce litteras suæ accusationis legat. Stephanus autem prohibet, ne absens aliquem per epistolã accusare audeat. 2 ¶ Quæ vero sit forma accusationis, & quis modus concipiẽdorum libellorum, Paulus in Digestis libro † de publicis iudicijs, titulo de accusationibus, & inscriptionibus lege 3. ostendit dicens. ¶ *Libellorum inscriptionis*

† In vulgaris editis habetur, [de publicis in primo. dicijs.

Lib. 48. ff. de accusat. l. 3. quilibet 48. in pandectis inscribit libro

SED CALIXTVS. CASVS. Grat. soluit contrarietatem hanc; quia quod dicit Calixtus, intelligitur, quòd accusator debet præsente accusato & in scriptis accusationem iudici offerre: sed Stephanus prohibet ne aliquis accuset alium per epistolam.

LIBELLORVM. CASVS. Dicitur in hac lege, qualiter libellus accusationis in adulterio concipi debeat: dẽt fieri hoc modo, Lucius Titius tali die apud talem iudicem accusat B. mulierem de adulterio, quod dicit eam cum M. commisisse in tali ciuitate, mense tali, in domo tali diebus consalibus tunc existentibus, sed dis & ho-

& horam cõmissi criminis, assignare non compellitur. Et si libelli non sunt legitime concepti, nomen rei abolebetur, & iterum poterit accusari. Præterea inscribere debet accusator, vel alius pro eo, si ipse nescit litteras: & si aliud crimen obijcitur, debet in libello accusationis cõprehendi. & si accusator decesserit, vel alia cã eũ impedierit accusare, nc mẽ rei abolet reo postulãte. & ex integro intra triginta dies poterit ab eo accusari. Eodem modo

† al. lege Iulia adulterii reã.

† Abest à pandectis Florent.

† al. libellos

† al. & ipſum libellis.

† al. aliaue cã

† al. ſenatus conſulto

fin Decretistas formabit libellus, excepto eo, ꝙ vbi ponitur nomen Imperatoris, ibi ponetur nomen Papæ, & vbi ponitur nomen Consulis ponetur nomen episcopi. α Consul & dies.] Instituræ accusationis: quia de die commissi criminis loquitur, nam Consul. & dies sunt ꝑ ponendi. hodie primo ponitur Imperatoris nomen, postea Consulis; postea indictio: postea mensis & dies. in β ¶ Caio Seio.] Ideo nomen exprimitur, vt fm qualitatem personæ puniatur magis vel minus. Sed quid si ignoratur persona quæ fit illa persona? Videtur quòd nihilominus ipse accusare possit, ut 5. q. 1. c. 2.

γ ¶ Neque autem diem.] Commissi criminis, sed non

concepti libelli, vt supra diximus. penitus contrarium est in ciuilibus actionibus, vt ff. de eden. l. 1. §. diem autem. A testibus autem quæritur dies, vt 3. q. 9. nihilominus. & 35. q. 6. de parentela. De hoc plene dicemus inf. 4. q. 3. in testibus 2. & etiam dicent in qua parte domus fm Hug. dies est assignanda: quia non licet uagari cũ discrimine alterius, vt ff. de iniur. l. prætor. Io. Tamen dic, ꝙ non aliud tenetur dicere testis, quàm accusator proposuit: quia non aliud iudicandũ est, quàm in libello comprehensum sit, arg. ext. de causa pos. cum super electione. de simon. licet Hely. vltra medium. Bar. d ¶ Se professum esse.] Idest, se velle ꝓsequi accusationem, & subituram talionem si non probauerit. Ioan.

Testis an deponere dẽat de die.

e ¶ Sed & si aliud.] i. eodem modo est procedendũ, si aliud crimen obijciat.

f ¶ Reo.] Hoc etiam fiat elapso biennio, vt C. vt intra certum tempus. l. vlt.

g ¶ Videbimus.] ff. ad Turp. l. in senatus. §. vlt.

CAVSA TERTIA.

Qvidam episcopus[h] *à propria sede dejectus est, petit restitui: post restitutionem ducitur in causam, inducias postulat, tandem ad eius accusationem procedit quidam non legitime coniunctus, & duo infames, & tres religiosi: accusatores testes de domo sua produeunt, & alios sibi inimicos extra suam prouinciam:*

Vidã epiſcopus.] CASVS. Supra in proxima causa tractauit de ordine iudiciorum, & de rest. spolia. Sed quia non ad plenum dixerat, ideo supponit hanc causam tertiam, in qua plenius tractat de restitut. spoliat. & de iudicijs dandis, & an infames sint admittendi ad accusandum, & quales testes sint admittendi, & qualis debet esse iudex, & de multis aliis: quæ omnia, vt ad pertinens pateant thema proponit, de quo xj. elicit quæstiones,

Spoliatus eſt semper reſtituendus regulariter.

h ¶ Quidam episcopus.] Hic primum agitur, an spoliatus sit restituendus, fd supra causa 1. qõ. 2. agebatur an spoliatus esset in ius vocandus. Est autem regula, quòd spoliatus ab alio, quã a iudice, vel etiam si a iudice est spoliatus sine ordine iuris, semper statim est restituendus, non obstante exceptione alicuius criminis, vel nõ canonicæ institutionis, vt extra de restitutio. spoliat. in literis, & capitu. item cum quis & cap. conquerente. & 6. quæſ 3. denique. Fallitur casibus hic notatis. Intrusio, scilicet quando aliquis occupauit sedem Apostolicam violenter, vt infra eod. §. pater. sed hoc speciale est in Papa. Dilapidatio, ut 3. q. 2. quia e. sed hodie hoc nõ tenet, quia non est spoliandus aliquis nisi ꝓbata suspicione: vt extra de simon. licet. Criminis enormitas, ut 2. q. 5. si

Spoliato ſia multiscaſib. denegat reſtitutio.

per cā. Infamia & criminis euidētia, vt 2.q.5.presbyter 1:.& q.1.scelus.& cap.manifesta. Item crimen simoniæ, extra de simo.accusatum.&c.tanta. Contumacia, vt 3.q.9.decernimus. Sōandalum, vt 3.q.6. hæc quippe. Fornicatio notoria.extra de diuor.significasti. Item cum reus est absens. extra de off.iud.deleg.consultationibus. Cum incontinēti deiecit.extra de rest.spol.olim Item cum spoliatio est probata in modum exceptionis.extra de ordi. cog.cum dilectus. Item secundum quosdam cum incontinenti spoliator vult probare exceptionem. extra de restit. spol.litteras.fi. ad exhib.l.3.§.ibid. Item cum à muliere objcitur læuitia viri vt extra de restit. spol. ex transmissa. Item in casu quem habes,ext. de diuor. gaudemus. in fi. Itē exceptio rei iud.2.q.6.§.diffinitiua. Item exceptio iurisiurandi,vel pacti secundū quosdam, vt ext. de restit. spoliat. accepta.& capit.solicite. Item si.s.b conditione possedit, ext. de rest.spol.olim causā. Item si ex gratia vel precario possedit.infra 10.q.3. q.i cognouimus.& ext. de exc. prælat. cum ad quorundam. Item si possedit,vt colonus ff.de vi. ar. cum fundum. Hoc autem scias, q quatuor sunt auxilia producta,p quæ petitur restitutio,actio, interdictum, conditio ex canone, iudicis officium. Actione petitur restitutio, vt actione qđ metus cā dat restitutio contra quemlibet r possessōē.ff.quod met.l.metu.§.volenti. Item actione de dolo petitur restitutio & g illam nō fit restitutio, nisi contra illam qui dolum fecit.ff.de dolo.l.si plures. Item per interdictum restitutio datur contra illum solum,qui vim fecit.vt extra de resti.spol.cum ad sedē.in fi.Per conditionem ex canone datur restitutio contra quemlibet possessorem,vt extra de app.bonæ memoriæ. &extra eod.c.sæpe.& in fe ad.redintegranda. Item per judicis officium petitur restitutio cum aliquis propter absentiam perdit rem suam,de qua agitur. ff. ex quibus cau.maio.l.1. & pertotum, & illa potest agi contra quemlibet possessorem, vt 16.q.3.porro.

Restitutio petitur quatuor auxiliis.

a. Nā p hāc actionē adnocatur res ēt ab eo qui metum non intulit.ff.qđ met. caus. si cum except.§.2 C.eo.tit. nonintereſt. Archid.

V ōd restitutio.] CASVS. Hic intitulatur prima qō, qua quæritur an restitutio sit danda cīb.expoliatis. Et probatur q. sic p c. sequentia.

E Piscopi.] CASVS. Quæsitum fuit vtrum crimen alicui quod possit obijci episcopis reb.suis expoliatis,vel de sedibus suis eiectis ante restitutionem? Et certe respondet Papa,quòd non.

a ¶ Omnia.] Etiam depositā,vt ff.depositi.l.1. qui autē, & ff.de vi & vi ar.l.1.quod autem.

b ¶ Nullum crimen.] A Spoliatore,vel generaliter à nullo,cum sit inermis.vt infra.q.2.oportet.

b ¶ Nullum crimen.] Pro quo fuerunt spoliati secundum Hug.vel nec illud nec aliud potest obijci à spoliatore.2.q.2 in scripturis,& c.nullus. Sed mirū est, si aliquis non potest eū de crimine illo accusare,fvt inf.q.2. cum ecclesiæ.& c.prox.cum res inter alios acta alijs nō prejudicet.Item nunquid spoliator potest eum accusare postquam est restitutus? Arg.q non,ext. de rest.spol. item quis,arg contra q possit saltem ciuiliter 2.inf.ea. q.2.audiuimus.

Egisco-

Causa III. Quæstio I. 671

E Piscopi.] CASVS. Dicitur hic, q debent episcopi ad synodum vocari, vel eis crimē aliquod obijci, nisi prius rei propriæ,vel ecclesiæ eis fuerint restitutæ: nisi spoliati essent auctoritate Romani pontificis.

Spoliatus à spoliatore conueniri potest.

a ¶ Episcopi.] Si th spoliatus velit agere contra spoliatorem,

Anſ.l.3.c.50.

¶ De eodem. C. II.

E Piscopi[a], si à proprijs sedibus,aut ecclesijs sine auctoritate Romani Pontificis expulsi fuerint;antequàm ad synodum vocentur,proprius locus, & sua omnia eis redintegranda sunt.Nulla enim permittit ratio,dum ad tempus eorum bona, vel ecclesiæ, atque res ab æmulis, aut à quibuscumque detinentur, vt aliquid illis objci debeat: Nec quidquam potest eis quoquo modo quilibet maiorum,vel minorum objicere[b],dum ecclesijs,rebus,aut potestatibus carent suis.

c ¶ Sine auctoritate Romani Pontificis.] *Sunt hæc verba etiam apud Anſelmum licet non sint expressa in originali; cuius hic sententia potius; quam ipsamet verba referuntur vsque ad versicu.* Nulla.

Sed notandum est,quòd restitutionis sententia sola non sufficit,nisi præsentialiter omnia iudicis officio restituantur,vt eiectus,vel spoliarus etiam naturalem [c]possessionē recipiat.siue animo,& corpore alieno, ueluti per procuratorem;siue animo,& corpore suo.(uncta quoque,quæ sibi ablata fuerant, quacumque conditione, in eodem loco,unde surrepta fuerant,reuocanda sunt.

Vnde Ioannes urbis Romæ episcopus scribit Zachariæ archiepiscopo,epistola 1.

¶ De eodem. C. III.

R Edintegranda sunt omnia expoliatis,vel eiectis episcopis præsentialiter ordinatione Pontificum,& in eo loco [d]vnde absscesserant funditus reuocanda,quacumque conditione temporis, aut captiuitate [e], aut dolo [f], aut violentia[ſ] maiorum, aut per quascumque iniustas causas, res ecclesiæ, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem .γ aut regularem ad synodum vocationem eorum, *& reliqua.*

Mutatis verbis sed incolumi sententia. Anſ.l.3.c.46.

Vbi hodie et Eusebius epi. no.2.& in 5.synodo Romana sub Symmacho Anſ.l.3.c.51.& 55.

Vel, virtute

β ¶ In eo loco.] *Apud Ivonem, & Symmachum legitur,* & in eorum vnde absscesserunt, potestatem, funditus reuocanda. *Apud Eusebium vero*, in eorum vnde absscesserunt, loca funditus reuocanda.

γ ¶ Ante accusationem.] *Hæc vsque ad finem addita sunt ex originali, quibus oratio absoluitur,& quorum pars in fine huius quæstionis a Gratiano repetitur.*

Pignus prætorium & conuentionale.

c ¶ Naturalem.] Nec sufficit dare pignora. extr.de sen.& re iud. cum aliquibus.similiter in prætorium pignus est quis corporaliter mittendus. ff. de pigno.act. non est mitum.secus in conuentionali. ff. ea.l.1. & ff.de dolo.l.ſi plures.

d ¶ In eo loco.] Etiā vltra mare,& sunt reuocanda sumptibus spoliatoris. ff. de rei vend.ſi vero.

e ¶ Captiuitate.] Inf. 16.q.3. porro. & c precedenti.

Spoliatus p vim, vel motum agit ad quadruplū.

e ¶ Captiuitate.] Si enim per vim aliqd ab eo extortum est vel ablatū, intra annū potest agere contra detectorē in quadruplum: post annū in simplum. ff. de vi & vi ar.l.1. Sed si per metum est extortum aliquid, tunc contra omnem possessorem agitur intra annum quadruplum cum nō

Dolosus an possit in perpetuū, conueniri.

vult restituere. ff. quod met. causa. si cum exceptione. §.1.2 & 3.

f ¶ Aut dolo.] Et tunc vsque ad biennium potest conueniri qui dolum committit, vt C. de dol. l.vlt.sed perpetuo potest conueniri actione in factum de eo, quod ad eum peruenit, vel si dolo fecit quominus ad eū perueniret.vt ff. de dol. in hæredem. & l.eatenus.& l.dolo ve.Cum autem canon 2 quiparet dolum,metum vel violentiam, videtur q cōditione ex hoc canone quilibet possidens conueniri possit.arg.ad hoc ext.de iud. quia. & extr.de transac.veniens.& ext.de emp.& vend.peruenit.extra vt lit. penden. eccl.sia. & extra de app.bonæ memoriæ.& est expressum,extra de rest spol.sæpe.

f ¶ Aut dolo.] Arg. q restituendus sit qui dolo suo iuri

renũciat, vt inf. 15.q.6.c.1 & 30.q.1.dictum. & C.de inoffi. test. eum qui. 1. respon. extra de his quæ vi metus ve causa fiunt, cũ dilectus. cont & 20 q.3. cõstituit. cõt.

NVlli dubium est.] CASVS. Quidam episcopi iniuste fuerunt expoliati, & à suis sedibus eiecti. alij episcopi non iuuabãt eos: immo (quod deterius est) ponebant insidias, diabolo instigante, quos Alexãder reprehendit dicẽs tales esse schismaticos, & Christum crucifigentes in ipsis expoliatis episcopis. & quod facere non debent, hoc probat, quia sæpe boni diabolo cooperante tribulationem patiuntur per malos.

a ¶ Auxilio.] Episcopi sibi inuicem dent præstare mutuum auxilium, vt sup. distin. 90. præcipimus, & iõ inducit hoc cap. scilicet, quòd semper sit subueniendum spoliatis.

b ¶ Vestro.] Argum. Ecclesiam q̃ libet tenetur pastoralem quilibet defendere. 95. tenetur. 1 Vbi & hoc dicitur. 1. & si contra ecclesiã. 1.q.7.c.1. ibi videas. & q̃ leg & eo quod habet ab not. 16. q.1. nos autem, & 11.q.3.qd ergo. Arch.

DEus ergo.] CASVS. Præcipit Fabianus Papa omnibus episcopis, q̃ ipsi opem ferant, & auxilium sacerdotibus expoliatis, eos restituendo, & eorũ calumniatorem, & persecutorem excõmunicando.

PATET ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex supradictis, quòd expoliati non debẽt vocari ad causam, nisi prius fuerit corporaliter restituti. Huic conclasioni obijcit hoc modo. Nam vbi non fuit legitima institutio, restitutio esse non potest. Vnde si qui fuerint expoliati, q̃a canonice non fuerint electi, vel per simoniam fuerint electi, restitutionem postulare non possunt. Et hoc probat Gratia. per capitulum 79. dist. si quis pecunia. Postea soluit, & dicit q̃ illud cap. intelligitur tantum in eo casu quo sedes Apostolica per violentiam occupatur, & si talis expellat, nõ fit restitutio: quia non esset iudex superior, sub quo restitutus conueniretur. Alij vero inuasores, & iniusti detentores si spolientur, debent restitui, nisi continuato libello possessio fuerit recuperata: secus si non continuato libello.

a ¶ Si quis pecunia.] Sup. d. 79. si quis pecunia. hoc tamen ibi non dicitur, sed melius posset induci quod est 23. dist.

Item Eusebius Apostolicæ sedis episcopus, epist. 2. ad Aegyptios.

¶ De eodem. C. IIII.

RE integranda sunt omnia expoliatis, vel eiectis episcopis, &c. *vsque*, funditus reuocanda, *eodem modo, vt supra.* Anselmus ibidem

Item Alexandes Papa epistola 2. in principio.

¶ Non est sacerdos, sed schismaticus, qui fratrum se subtrahit obsequijs. C. V.

NVlli dubium est, quia boni à malis semper persequuntur, & tribulantur. Propter quod humiliemur sub potenti manu Dei, vt liberet nos in tpe tribulationis. Nam, sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret; sic diabolus non cessat circumire, & quærere, quos ex fidelibus perdat, & maxime illos, quos ardentiores in seruitio Saluatoris, eique familiares inuenerit. Familiares dico eos, quos sibi sacrari, & in ordine Apostolatus constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus suis, & oblationibus ea delent, atque consumunt. *& infra.* ¶ Qui autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio [a] vestro [b] se subtraxerit, magis schismaticus, quàm sacerdos esse probabitur. [Ecce (inquit Propheta) quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.] Illi vero in vnum non habitant, qui à fratrum solatio se subtrahunt aut (quod deterius est) fratribus insidias præparant, aut laqueos ponunt. *& in fine epistolæ tertiæ.* Dominum crucifigunt, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnum vero cruciatum sustinet qui vim patitur. 1. Petr. 5. Osea 4. su. 1. q. 1. ipsi sacerdotes. Burc. l. 1. c. 129. Ino. p. 5. c. 229.

Item Fabianus Papa epist. secunda ad episcopos Orientales.

¶ Excommunicentur qui opprobrium, & calumniam inferunt sacerdotibus. C. VI.

DEus ergo, Fratres, ad hoc præordinauit vos, omnes, qui summo sacerdotio fungũtur, vt iniustitias remoueatis, & præsumptiones abscindatis, & in sacerdotio laborantibus sucurratis opprobrijs, & calamitatibus eorum locum non præbeatis; sed ei qui calumniam, & opprobrium patitur, adiutorium feratis: illum vero, qui calumniam, vel opprobrium facit, abscindatis, & Domino in suis sacerdotibus opem feratis.

Patet ergo, quòd expoliati prius sunt præsentialiter restituendi, antequam ad causam sint vocandi. Sed obijcitur vbi non fuit legitima institutio, ibi non põt esse restitutio. Non. n. probatur destitutus, qui prius nõ fuit institutus: ac per hoc nec restaurationem postulare potest. illi ergo, quorum electio vitiosa est, vel qui à clero non sunt electi, vel à populo expetiti, vel qui per simoniam irrepse-

runt, non sunt habendi inter episcopos: & ideo, si à sedib. quas tenere videbantur, expulsi fuerint, non possunt restitutionem petere, antequam vocentur ad causam. Vnde supra in tractatu ordinandorum: [Si quis pecunia [a] vel gratia humana, seu populari, vel militari tumultu, &c.] Sed hoc in eo tantum casu intelligitur, quo Apostolica sedes per violentiam occupatur: quo casu iudex non inuenitur, cuius officio ille Apostaticus possit excludi. In alijs autem locum non habet, cum violẽta possessio, nisi per iudicis sententiam, violento detentori detrahi non possit. Si autem vetus Dominus bello non continuato [b], sed renouato vt illũ de possessione eiecerit, iudicis auctoritate prædoni possessionem restituet. Si ergo episcopi à sedibus, quas quomodo tenere videbantur, non per iudicem, sed violẽter eiecti fuerint, post eiectionem restituendi sunt ante regularem ad synodum uocationem. sup. d. 79. si quis pecunia.

QVÆSTIO II.

DE inducijs [c] autem post restitutionẽ præstandis, & quo spatio temporis concedendę sint, scribit Ioannis Papa epistola prima ad Zachariam archiepiscopum dicens. 1. Ps

¶ Secundum tempus expoliationis conceduntur inducię restitutionis. C. I. Ex Bonifac. ep. 2.

QVanto [d] tempore expoliati, vel expulsi esse videbuntur, antequam ad synodum conuocentur, sub eodem spatio temporis eis inducię indulgeantur. inf. 4. c. prius. ipsi prors. verba

Item Pelagius Papa secundus episcopis Italiæ.

¶ Dum possessiones, vel res episcopi detinentur, aliquid sibi obijci non potest. C. II. Anfl. 3. c. 63.

CVm ecclesia alicuius episcopi, aut possessiones, vel res ab æmulis eius, vel à quibuscunque alijs non sua sponte [e] detinentur, aliquid illi non debet aut potest à quoquam ante redintegrationem omnium rerum suarum obiici, Sed prius illi legibus redintegranda sunt omnia & postea tempore à patribus definito, sunt negotia ventilanda.

Inducię tum quinq. sunt genera.

2 Dicas q̃ hæ appellationes magis laessũr, quæ nõ sunt contenẽdæ. ext. de dec. tua. Idẽ not. fm Laur.

3 Tu dic q̃ esse reus vtrum velit crimen confiteri, an negare, cum sciat se esse reum, vel non. Item nec iudicatoriæ dantur, quia ibi pœna non differtur nisi in casibus, vt 31. q.3. cum apud. opin. c ontrariã ve tior, vt per doc. i ca. 2. de dila. & per Bal. & Sal. in auth. offeratur. C. de li. contes. & Alexã. de Imo. in l. 1. ff. de edend. post prin.

a Adde ad b ¶ Non continuato.] Idest, si non interponitur cõtrarius actus. ff. de test. hæredes palam, vel continuato cum primum poterit. ff. ad Tertul. l. 2. §. confestim.

DE iudicijs.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per octo auctoritates, quòd inducię post restitutionẽ sunt dandę spoliatis & restitutis, vt diu gaudeant cõmodo possessionis ante quam cand. ibi. [Quod si male.] Io de Fan. spoliatorib. respondeant: quæ tamen arbitrariæ sunt. Secundo ibi. CASVS. Hic intitulatur 2. qõ. qua quæritur an dãdæ sint

QVanto tpe.] CASVS. Dñ in hoc c. q̃ tantum tempus dandum est expoliatis antequam ad synodum vocentur, quanto tempore fuerunt expoliati, vt sub eodem tempore eis inducię dentur.

d ¶ Quanto.] i. quali. i. si longo tpe fuit spoliatus, longo tempore erit restitutus. sic 90. d. si quis monachus. in fi.

CVm ecclesia.] CASVS. Dicitur hic q̃ nihil potest obijci spoliato, nisi primo ei omnia fuerint restituta, quibus fuerat spoliatus, & nisi post restitutionem habuit tempus a patribus diffinitum. Casus autem seq. c. facilis est, & per te videbis.

e ¶ Sponte.] Arg. q̃ spoliatus suo iuri potest renunciare. arg. contra extra de rest. spol. solicite.

Spoliatus tñdere non tenetur.

a OPortet.] Nudi.] Ecce ratio canonicis quare spoliatus non tenetur respondere, & est forte ideo statutũ, quia cum est spoliatus. nõ potest sufficere ad sumptus iudiciales, nec inuenit hões adeo fauorabiles, & per hoc videt, ꝙ nec spoliatori, nec alij teneatur respondere super ali quo quod ei obijcit. arg. sup. ea. cum eccle fiæ, & sup. q. proxi. c. 2. Item videtur ꝙ si modicum esset ei ablatum, ꝙ tunc quilibet & pro qualibet causa teneatur tñdere, vt extra de restit. spol. frequens. lib. 6.

Adiuimus quosdam.] CASVS. Quidam quosdam episcopos infamauerunt, & à proprijs sedibus expulerunt, & eis expulsis ãlios loco eorum substituerunt expulsis vinentibus: quare. Gregor. Papa reprehendit eos grauiter, & mandat deiectorib. vt deiectores restituant, & subditos deijciant, quos præcipit infames fieri, & ab honoribus ecclesiæ arceri. Si autem isti deiectores aliquã querelam cõtra eos habuerint, eis restitutis apud Romanã sedem proponant. Casus antem sequentis c. planus est.

b ¶ Infamatos.] De facto, vel ab æmulis aliàs enim non restituerentur si essent infames de iure, vt 2. q. 5. presbyter fi. B.

c ¶ Quia alibi.] Su. 30. dist. episcopi.

d ¶ Habueritis.] Sed quam possunt habere querelã? criminalem non pñt, cũ sint inimici, ext. de restit. spo. item cum quis 1, non ciuilem, quia ceciderunt à iure suo. 36 q. 6. placuit forte loquitur de his, qui suam iniuriam prosequuntur, vt 4. q. 6. omnibus.

e Electis.] ¶ Afiuersariæ.] Ad plus, vel sex mẽsium ad minus.

PRius ergo.] CASVS. Hoc c. Idem dicit cum superiori c. cum ecclesiæ. Sequens vero c. idem dicit cum illo cap. quanto.

Si

Item Stephanus Papa quintus Girardo Leodiensi.

α ¶ Quintus. *Addita est hæc vox ex vetustis codicibus, & restituta vox,* Leodiensi: *cum antea legeretur,* Laodicensi. *Nam mansi, de quibus in subiecto capite agitur, ostendunt non ad Græcum episcopum, sed Germanum, vel Gallum hæc fuisse scripta.*

¶ Ante litem contestatam violenter ablata restituantur. C. III.

OPortet, vt primum vos tam de inuasis ciuitatibus & monasterijs, & mãsis, quàm de reliquis generaliter rebus redinuestiri facietis: quia nec nudi [a] contendere, nec inermes inimicis vos debemus opponere.

Item Euaristus Papa epistola 2.

¶ Deijciantur à clero, & infames fiant, qui loca expulsorum adulterina fœditate inuaserunt. C. IIII.

Poly. l. 2. tit. 11. Burc. l. 1. c. 140. Iuo p. 5. c. 254. Anſl. l. 3. c. 45.

AVdiuimus quosdam à vobis infamatos [b], & dilaceratos episcopos, ac è ciuitatib. proprijs pulsos (quia alibi [c] episcopi constitui non possunt, nisi in ciuitatibus non minimis) & alios in eis, ipsis viuentibus constitutos. Ideo hæc vobis scribimus, vt sciatis hoc fieri non licere, sed proprios reuocari, & integerrime restitui debere. Illos vero qui adulterina fœditate sponsas suas, (quas & vxores eorum præfixo tenore esse intelligimus) tenent, eijci vt adulteros, atque infames fieri, eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduersus eos aliquam querelam habueritis [d], his peractis inquirendum erit, & auctoritate huius sanctæ sedis terminandum.

Item Gaius † epistola 1. ad Fœlicem.

† In vulgã. legebatur, Gelasius.

¶ Induciæ sex mensium iectis, vel expoliatis præstentur. C. V.

EIectis, vel expoliatis, post integram restitutionem anniuersariæ [e] induciæ, vel sex mensium indulgẽdæ sunt.

Item Eusebius Papa epistola 2.

¶ Post restitutionem induciæ præstandæ sunt. C. VI.

Et Io. 1. epist. 5. su. ea. c. quanto. Iuo p. 5. c. 249. Anſl. 3. c. 249. Anſl. 3. c. 44. Pann. l. 4. c. 50. † al. fue

PRius ergo oportet omnia illis expoliatis legibus redintegrari, & ecclesias, quæ eis sublatæ sunt, cũ omni priuilegio sibi † restitui; & postmodum non sub angusti temporis spatio, sed tãtum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati, vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum conuocentur.

Item Fœlix Papa II. in rescripto ad episcopos Aegypti, c. 8.

¶ De eodem. C. VII.

Poly. ibidem. Anſl. l. 3. c. 53. Pann. l. 4. c. 52.

TAmdiu in sede propria pacifice, & potestatiue cũcta disponens resideat, quamdiu expulsus, vel expoliatus suis carere visus est rebus.

Item Fœlix Papa I. epist. 2. ad episcopos Galliæ.

1 Ista decr. non vī inhibere, nisi ante restitutionem, vt ibi not. Go. ꝙ post restitutionẽ bene potest, vt in hoc c. audiuimus. & ar. ext. de ord. eo c. vl. Arc.

Si episcopus.] CASVS. Aliquis episcopus erat spoliatus rebus suis, vel ecclesiæ, vel erat de ecclesia eiectus. Quæritum fuit à Fœlice Papa, vtrum possit compelli venire ad synodum, & tñdere obiectis ante restitutionẽ. Et respondetur, ꝙ non, nisi suo statui & honori primo fuerit restitutus, nec vocari poterit nisi sponte venerit pro suis negocijs: minimè tamen iudicandus, cum propter hoc non venerit: post restitutionem vero gaudebit inducijs, prout iudices viderint expedire.

a ¶ Detentionem.] Si detines me ne possim intrare possessionem competit mihi interdictum vnde vi. ff. ne vis fiat ei qui in possessione. mi. l. 1. §. fine autem. & 92. dist. si quis. & in constitutione extra de rest. spo. sæpè.

b ¶ Conuocari.] Sed nunquid veniet allegare priuilegium 1. vt extra de app. cum parati. & c. si duobus? Respondeo non: cum constet eum esse spoliatum. sic ff. de pecio tempore. Scias ergo, ꝙ vbi euidens est citationem non tenere, reus non tenetur venire etiam ad allegandum suum priuilegium. Scias ergo ꝙ quandoq; citatio non valet, quia intra angusta ipa fit, vt 5. q. 2. c. vl. quandoque non valet: quia non exprimitur causa quare fiat citatio, vt 5. q. 2. c. vlt. qñque non valet: quia nimis maturatur peremptorium, vt extra de dila. dilecti. Postea pone feriato, vt 15. quæstio. 4 c. 1 & 2. & ff. de feriis. l. 1. & 2. & quandoque non valet ratione loci, vt si citatur extra prouinciam 2. vltra duas dietas, vt extra de rescript.

Anſl. 3. c. 84. Iuo p. 3. c. 248. Pan. l. 4. c. 44.

Pann. l. 4. c. 48.

¶ Ante restitutionem aliquis ad causam vocari non debet. C. VIII.

SI episcopus suis fuerit, aut ecclesiæ sibi commissę rebus expoliatus, aut (quod absit, quòd alienum ab omnibus esse debet fidelibus) à sede propria eiectus, aut in detentione [a] aliqua à suis ouibus fuerit sequestratus; tunc α canonicè ante in pristinum statum restituatur cum omni priuilegio suo honoris, & sua omnia, quæ insidijs inimicorum suorum ei ablata fuerant, legibus redintegrentur. ¶ Non enim conuocari [b] poterit, vel præiudicari [c], nisi ipse pro sua necessitate (minimè tamen iudicandus) aduenire sponte [d] elegerit. Nullatenus ergo à quoquã respondere cogatur, antequam integerrimè omnia, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati eius ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. Præsul vero cum omni honore statui pristino reddatur; & ipse dispositis, ordinatisq; liberè, ac securè diu [e] suis rebus, tunc regulariter intra quatuor, vel quinque, vel sex [f], aut septem mẽses, iuxta quod possibilitas ei fuerit, & non ante conuocatus [g] ad tempus in concilio legitimo, & canonico veniat ad causam: etsi ita iustè [h] videtur, accusantium propositionibus respondeat.

α ¶ Tunc canonicè.] *In originali sic legitur,* tunc canonicè (antequam in pristino statu restituatur cum omni priuilegio sui honoris, & sua omnia, quæ insidijs inimicorũ suorum ei ablata fuerunt, legibus redintegretur) nec conuocari, nec iudicari poterit, nisi ipse, &c. *Nec multo secus habent* Iuo, *&* Pannormia, *nisi quòd loco,* antequam, *legunt vt Gratianus,* ante.

2 *Quòd si male viuẽdo facultates ecclesiæ dispersit episcopus, ab eius patrimonio, quousque de dilapidatione rerum ecclesiasticarum cognoscatur, submouendus est: exemplo tutorum, & curatorum; qui dum fuerint suspecti, à tutela, vel cura remouentur, donec de suspecto cognoscatur.*

3 Nã tũc ab ea põt recedi, qã dic, vt leg. & no. 2. q. 6. quoties epus. Archid.

Item non valet si rescriptũ Apostolicum non inseritur, vt ext. de dila. ꝑterea. & extra de offi. iu. dele. cũ in iure. Item si euidẽs est iudicem esse inimicum 3. vt 3. q. 5. quia. Item non valet si ille, qui citatus est, spoliatus est, vt hic. Item non valet si ad querelam liberti citatur patron?. 4. q. 3. liberti. & generaliter vbicunque euidenti exceptione reus se tueri põt. ff. de iud. nõ videtur. Sed si dubiũ est, an citatio teneat, tũc tenetur venire ad allegãdum suũ priuilegiũ, vt extra de ap. si duobus, &c. cum parati. ff. de iudic. si quis ex aliena. Inuenio tamẽ, quòd citatio quandoque nulla est, & tamen nisi citatus, defendatur, procedatur contra ipsum, vt ff. iud. sol. si reus. Item inuenio, ꝙ citatio est iniusta ex persona agẽtis, cũ agens agit calumniosè, & tamen nisi citatus venerit ad iudiciũ, punitur, vt extra de accus. veniens. & arg. ff. ne qs eum qui in ius vocã. est, vi eximat. l. pe. Io. Tutius tamen est, ꝙ citatus vadat allegaturus priuilegium suum, vel appellaturus, si eum grauauerit, nisi quando constat eum non esse suum iudicem. B.

Induciæ sunt arbitriæ.

4 Dic vt no. in ꝑdi. c. cũ sit ext. & of. deleg. ꝗrenti. ext. de ꝓcu. cap. diſe. Gus. Arch.

c ¶ Vel præiudicari.] Id est præiudicium fieri.

a ¶ Qui autem.] Hæc quæstio expedita est. 2.q.3.

b OMnis.] ¶ Puniatur.] Si conuictus fuerit de calumnia, vt 2 q.3.§ notandum.

QVia.] CASVS. Quidam subdiaconus crimē cuidam diacono obiecit, sed defecit in probatione. Quæsitum fuit à Grego qualiter dēat puniri? & respondet q̄ pœna talionis puniri non potest, cum sit diaconus, sed careat promotione sacerdotij, quam habere poterat, & executione officij, q̄ habet, & tāquam reuera infamis verberibus castigetur velut laicus cōictus de crimine, & illud verbū, vel vt laico, in apparatu exponit multipliciter, sed certe per casum posītum debes litteram intelligere. c ¶ Manus.] Presbytero enim, & diacono tantum manus imponitur, vt 20.dist. presbyter. & c.diaconus. Sed contra 49.d.c.1.vbi & clerico iubetur manus imponi, sed illud de manu benedictionis, hoc de manu consecrationis. Vel dic q̄ tempore Gregorij, subdiaconatus non erat sacer ordo. 31.dist cap.1.

Perdit quis quod nunquā habuit.

d ¶ Sacerdotio.] Quod habiturus erat, argu. q̄ quis dē perdere quod nunquam habuit. 30. q.1. puella. 17.dist. concilia. 23.q.4. Guilisarius. 27.q.2.§ ex his 2.

e ¶ Caltigari.] Hic vna pœna commutatur in aliam pœnam corporalē sic 12. q.2 §. libertus. & 68.dist. presbyter. 14.q.vlt c.1.ff.de accu.hos.§.omnibus. in fi.

f ¶ Veluti.] Hic vult dicere, q̄ subdiaconus conuincitur veluti laicus quantum ad hoc, scilicet q̄ sicut causā laici ab episcopo vno audiri potest, sic causa subdiaconi, vt 15.q.8. Felix. secus est in diacono, quidam etiam referunt hoc ad qualitatē testiū, vt sicut bigami admittantur

linguam mendacij.] Item c.13. ¶ [Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratè† loquitur, sentiet mala.] & infra. [Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit, & confundetur.] Item Augustinus in psal.37. [Si aliquando p̄ humana infirmitate pedes nostri in aliquod peccatum mouentur, insurgūt linguæ iniquissimorum inimicorum, cum fuisset miserendum: irrident impij, vnde dolent pij.]

† inconsideratus est ad loquēdū] vulg. in vers. ga dixi

α ¶ Iudex.] *Sic in bibliis etiam Compluti, & Antuerpiæ impressis. Sed in nonnullis manuscriptis habeitur*, iudex: *Græce autem ἐπιδεικνμένου πίστιν ἀνυγγέλλει δίκαιος, ὁ δὲ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλος, id est*, clarum testimonium dat iustus, testis autem iniustorum dolosus.

6 ¶ Si aliquando.] *Hic versiculus videtur sumptus partim ex verbis B. Augustini, partim ex glossa marginali, & interlineari ineundem locum ex eod. B Augustino, & Cassiodoro.*

QVAESTIO VI.

VI autem a, quod intulit, probare non valet, puniendus est. capit.1.2.c.27.

Vnde Hadrian. Papa ait in capitulis, c.41.

¶ Puniatur qui alijs falsa intulerit. C. I.

OMnis, qui alijs falsa intulerit, puniatur b, & pro falsitate ferat infamiam. Anſl.3.c.92.

Item Gregorius Papa.

¶ De eodem. C. II.

QVi calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam si probasset, reus vtique sustineret.

¶ Hic Gratianus partem sequentis capituli, quasi quandam per se sententiam, quod non raro solet, præponit.

Item in regesto.

¶ Qua pœna feriatur, qui crimen illatum non probat. C. III.

QVia iuxta canonicas patrum sententias, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam si probasset, reus vtiq; substineret; ac per hoc, quia subdiaconus crimen diacono probare non potuit, quoniā impositionem manus c (qua carere potuisset) non habuit, non solum α sacerdotio d, sed officio caruit & tamquā reuera infamis meruit verberibus castigari e. Nam cui cum tribus testibus, veluti f laico crimen quodlibet approbatur, non est mirum, quod obiecit dum probare non

Iuo.diaco. li. de vitæ B. Greg. c. 31.

tuntur contra laicum, sic cōtra subdiaconum, quia posſunt ex dispensatione fieri subdiaconi, vt 34.distinct.lector. sed eadem ratione homicida admittitur contra sacerdotem, cum secum dispensari possit à Papa 1.

PRESBYTERI. CASVS. Quæsitum fuit ab Imperatore

sufficit, si corporali infamię, quemadmodum laicus, ex iuris similitudine subiugatur. Quod esset diacono gradum amittere, hoc fuit subdiacono famæ plenitudine caruisse.

¶ In regesto B. Gregorij hæc non sunt inuenta, sed habentur omnia in vita ipsius à Io. diacono scripta, lib.4.c.31. Is enim postquam citauit epistolam 66. libri noni Anthemio subdiacono scriptam, in ea ista colligit, Idcirco Gregorius non probantem quod obiecerat, subdiaconum officio iubet priuari: quia iuxta canonicas patrum sententias, quia calumniam, &c. *vsq; ad finem. Sicut autem caput hoc ex Io. diacono sumptum est; ita in Decretalib. caput primum tit. de calumniat. ex ipsa Gregorij ad Anthemium epistola est acceptum.*

α ¶ Solum.] *Vox ista abest ab originali, sed ob glossam non est inducta.*

Codice libro primo, tit. de episcopis & cleri cis, l.8. Imperator Theodosius.

2 ¶ *Presbyteri a citra iniuriam quæstionis testimonium dicant, ita tamē, vt falsa nō simulent. Cæteri vero clerici, qui eorum† deinde gradum, vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges b præcipiunt, audiātur: ut salua tamē sit litigatoribus falsi actio, si fortè presbyteri, qui suo† c nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam sunt præcepti, hoc ipso, quod nihil metuant, vera suppresserint. Multo magis enim pœna digni sunt, quibus quam plurimum honoris per nostram iussionem delatum est, si occultè† inueniantur in crimine†. ¶ Item constitutione tertia coll.9. ¶ Presbyteri d, seu diaconi, si falsum testimonium dixerint; si quidem in re pecuniaria; à diuino ministerio duntaxat per tres annos separati, monasterio tradantur: Si in criminali, clericatus honore nudati, legitimis pœnis c subijciantur. Cæteri vero clerici communi α iure ab officio ecclesiastico pulsi, sine delectu causæ legitimè coerceantur.*

tal. eum

tal. sub

tal. si in occulto inueniatur

Concor. crimen. Cod. eod. ti. Authentica sequē. ti. Presbyteri. Nouella 123. §. Sacerdotes. reuerendissimis. ff. de pœnis. l. fi. ff. de accusat. l. eos

α ¶ Communi.] *Hæc omnia verba*, communi iure ab officio ecclesiastico pulsi, *absunt à manuscriptis, sunt tamen in translatione, quæ habetur in codice. Nec vero Gratianus ipsa omnino verba aut veteris interpretationis, aut Iuliani, aut Irnerij retulit. Quare operæ pretium fuerit nouellam ipsam Græcam, & vulgatas interpretationes consulere: extant enim aliquæ varietates non contemnendæ.*

tal. mysteriis

Item Gregorius Ianuario episcopo lib.3. epist.24.

¶ Ad sanctæ communionis ministerium† non accedat, qui crimen illatum non probat. C. IIII.

3 EPipha-

1 De hoc ar tificio nota tore de hom. dign. fol. Arch.

2 Vnde gñaliter intelligas litteram vt sonat ſm B. Iſi.

3 Et videas q̄ not. 2.q. 3. in ſumma. in fin. & q̄ legi. & not. q.3. Rex dēt & 33. q. 5. hæc imago. in ſi. Arch.

nore an presbyteri cum ferunt testimonium sint verberibus subijciendi? Et respondet quòd non, propter prærogatiuam sacerdotij, hac tamen conditione, vt falsa non dicant, cæteri vero clerici prout leges præcipiunt. secus si directè accusatur testis 3. vt 50. distin. si episcopus. & ff. de fal. l. 1. §. vlt.

EPiphanium.] Hæc est 3. pars q.in qua vult probare qualiter sunt puniendi qui non probant, quod obijciunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obijciunt,& ad hoc ponit 2.c. Ioan.de Fan.
CASVS. Quidam absentes libellum accusationis, vt Epiphanium infamarent miserunt episcopo suo.s. Ianuario ; qui cum libello accusationis prædictum Epiphanium ad Papam misit. tunc Papa examinata causa, & cognita innocentia Epiphanij eũ absoluit, & mãdat episcopo, vt illos accusatores excommunicaret, nisi venirent, & probarent crimẽ qđ obiecerãt. ita posuit Hugo casum. Beneuẽ. vero sic ponit casũ. Epiphanius presbyter dicebatur rem cum quibusdam mulieribus habuisse:qđ scelus qdã sermone tacito nomine suo significauit Dño Papę Greg. quo audito pcepit Grego. Sabino defensori, vt mulieres illas, quas presbyter Epiphanius docebat cognouisse, & alios q eiusdẽ rei veritatẽ iciũt, Romam adducat: quo facto, & oĩbus in presentia Papæ positis, cũ nullum crimen in Epiphanio inueniret,remisit eum ad Ianuarium episcopum, coram quo si ille,qui talem epistolam misit, non apparuerit paratus qđ obiecit probare, a cõmunione remoueatur.Sed primꝰ casus mihi magis placet. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ad finem, quantum ad casus positionem.

a ¶ Epiphanium.] De eo agitur extra de testi.quoniam.

b ¶ Litteris.] Sed qualiter hoc fecerit,cum nõ sit admittẽda accusatio p litteras, vt 2. q. 8. per scripta. & 3.q.9.absẽte? sed hic non plene examinauit causam.

c ¶ accusatũ.] Id est, infamatum.

d ¶ Discutientes.] De plano, non in forma iudicij. extr.de accusatio.olim.

e ¶ Absoluimus.] Ab obseruatione iudicij, vnde postea admittitur accusatio.

f ¶ Paratus.] Nonne potuit accusator petere, & dicere se ea desistere. Accusator potuit desistere, vt su.e.q.1.quidam.& ante lit contest. potest desistere accusator,vt extra de accus. licet 1.in hn. sed istud est speciale in accusatione episcopi, vel cum orta est infamia, vt dixi sup.4. q.5. quisquis.

g ¶ Delatori.] Confessio.

h ¶ Lingua.] Sed qualiter dat Papa iura de pœna sanguinis contra illud 23. q. 8. his à quibus. sed hic docet quid facere debeat iudex sæcularis. sic 27. q. 1. Duo nes dicunt, q̃ licet viles admittantur ad accusationẽ, non tamen ad testimonium, quia tota vis negotij pendet ex testimonio,sed non in accusatione. Vel dic,vt dixi 2.q.1.in primis.in fi.

nium[a] presbyterum quorundam sacerdotum † litteris [b] criminaliter accusatum [c]: cuius nos, vt valuimus, discutientes [d] causam, nihilque in eo obiectorum reperientes, vt ad locum suum reuerteretur,absoluimus[e]. Criminis ergo eius auctores te volumus perscrutari : & nisi qui easdẽ transmisit epistolas,paratus [f] fuerit hoc,quod obiecit, canonicis, atq; districtissimis probationibus edocere, nullatenus ad sanctæ ministerium † communionis accedat.

† al. sacerdotiũ

α ¶ Epiphanium.] *In epistola hæc antecedunt.* Præterea nostri latorem præsentium Epiphanium presbyterum quorundam, &c.

Item ex decreto Hadriani Papæ,c.49.

¶ Qua pœna delator sit feriendus. C. V.

DElatori [g] autem lingua [h] capuletur, aut conuicto caput amputetur. ¶ Delatores autem sunt, qui inuidia produnt alios.

In capitulis Hadriani. c. 49. Cap.l.7.c.360. Ansl.3.c.88.

¶ Habetur inter capitula Hadriani c 49.allatum,quantum conuenire licet,ex legibus sæcularibus. Nam in codice Theod.lib.10.tit.10. l.2.fere idem: in libro autem 7.cap c.360.prorsus idem habetur.

[Item ex concilio Eliberitano.]

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

Capitul. l.6.ca. 244.

DElator si quis extiterit fidelis, & per delationẽ eius aliquis fuerit proscriptus,vel interfectus, placuit nõ nisi ℔ in fine accipere communionem. Si leuior causa fuerit, infra quinquennium accipere poterit communionem. Si cathecumenus fuerit, post quinquennij tempora admittatur ad baptismum.

Eurc.l.6.c.27. Iuo p.10.c.156.

℔ ¶ Non nisi,] *In concilio ipso,& capitularibus legitur,* nec in fine: *quod in multis eiusdem concilij decretis repetitur. Quomodo autem hic, & apud Eurchardum, atque Iuonem legitur, conuenit canoni 13.Nicæni concilij,in quo sic statutum est.* De his,qui ad exitum veniunt,etiam nunc lex antiqua regularisque seruabitur;ita,vt si quis egreditur è corpore, vltimo & necessario uiatico minimè priuetur. *Hanc controuersiam copiosè explicat Ius.l.epist.3.c.2. Exuperio episcopo Tolosano.*

In regula Isidori.c.7.

Item ex octaua synodo.

¶ Qui innocentem falso crimine maculauerit, sacerdotis arbitrio pœna diuturna purgetur. C. VII.

SI quis falsum dixerit, vel personam innocentis falso crimine maculauerit ; iuxta sacerdotis arbitrium diuturnã pœnitentia expurgetur.

¶ Capiti huic in vulgatis erat præpositum nomen paleæ, quod sublatum est auctoritate omnium vetustorum exemplarium, quotquot collatæ sunt. Extat autem in regula monachorum B. Isidori.c. 17.

Item ex concilio Agathensi, c.32.

DVo fornicatores.] CASVS. Supra in 2 & 4. causis in multis capitulis docuit Grat. q̃ criminosi,& infames repelluntur ab accusatione, & testimonio : sed quia quædam sunt crimina excepta.in quibus criminosi vel

¶ A communione coerceatur vel sæcularis,vel laicus, qui ecclesiam vel clericum vel per calumniam fatigauerit. C. VIII.

† clericum] Ansl.3.c.116. Burc.l.15.c.5. Iuo p.6.ca.367. & p.16.c.6.

SI quis vero sæcularium per calumniam ecclesiam, aut clericum† fatigare tent auerit,& conuictus fuerit; ab ecclesiæ liminibus, & à catholicorum communione, nisi digne pœnituerit,coerceatur †.

† al. arceatur

CAVSA SEXTA.



VO fornicateres,& infamia notati, quendã religiosum epm de simonia accusare nituntur:reus alterius prouinciæ archiepi iudicium expetit : tandem in probatione deficit accusator:reus cogitur ad suæ innocẽtiæ assertionẽ.

1 *Hic primũ quæritur; an crimine irretiti, vel infamia notati ad huiusmodi † accusationem sint admittendi.*

† al. huius

2 *Secundo, si episcopus in eos accusationem vertere voluerit,an simplici assertioni suæ sit fides habenda.*

3 *Tertio,si liceat sibi expetere iudicium archiepiscopi alterius prouinciæ.*

4 *Quarto,cuius iudicium sibi sit expetendum si circa suã sententiam episcopos suæ prouinciæ discordare contigerit.*

5 *Quarto,si in probatione deficit accusator, an reus sit cogendus ad probationem suæ innocentiæ.*

QVÆSTIO I.

Vòd autem.] Hæc quæstio diuiditur in quatuor partes. In prima probatur per 16. auctoritates sanctorum, q̃ infames, excõmunicati, & inimici non possunt alios accusare, Secũda ibi,[Cum itaque.] Tertia ibi, [Quicunq.] Quarta ibi,[Verũ.] Io ō Pã.

CASVS. Hic intulatur prima quæstio, qua quæritur an criminosi, & infames repellantur ab accusatione? Et certũ est, q̃ sic,vt 2.q.1. in primis. nisi in crimine excepto, vt 89.distin. si quis Papa, & 16.q. 3.sane.& p̃cedit hoc ordine Grat. in hac quæstione. Primo p̃bat, q̃ criminosi & infames non debent admitti ad accusandum vsque ad §. sed licet. Postea dicit, q̃ in crimine excepto & in crimine simoniæ bene admittuntur testes isti & similes.

a ¶ Quod autem.] In simonia quilibet auditur accusans cõtra laicum, etiam meretrix,vt 89. dist.si quis Papa. & ext. de simonia & hoc ideo q̃ omnia crimina nulla reputantur respectu istius, vt 1.q. vlt. patet.secus.si accusatus sit clericus,& bonæ famæ, vt 2.q.1.in primis. in fin.immo eadem est distinctio in laico.an prius fuerit bonæ famæ, an non, vt ff.ad leg Iul. maiest.famosi. Licet aũt in exceptis criminib.admittant̃ criminosi : non tñ sine criminib.tormento, vt 4.q̃.3. stificari possi ea.Si ergo clericus sit. Criminosi in exceptis.

est bonæ famæ nullo crimine suspectꝰ, nõ audiẽ contra ipsum, vt extra. de testi. veniens.Si est malæ,q̃libet admittitẽ ad accusandũ & testificandum, vt ext.de simo. per tuas.Quidam tamen dicunt, q̃ licet viles admittantur ad accusationẽ, non tamen ad testimonium, quia tota vis negotij pendet ex testimonio,sed non in accusatione. Vel dic,vt dixi 2.q.1.in primis.in fi.

SI sacerdos sine crimine elegi præcipitur [b], nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accusari,aut calumvel infames admittuntur,ideo anne& it hanc causam,vt ostendat, q̃ in crimine excepto, criminosi & infames admittuntur.Ostendit etiam, q̃ simplici assertioni episcopi non creditur,cum vult alium accusare,& q̃ episcopus accusatus ad alium archiepiscopum ire non debet, vt hæc & alia faciat proponit thema,de quo quinque erunt quæstiones. Sunt autem crimina excepta (vt dicit Ht.crimen læsæ maiestatis: crimen perduellionis, quod est species criminis læsæ maiestatis, crimen hæreseos, crimen simoniæ,crimen sacrilegij, crimen fraudati census vel annonæ.Inter hęc est crimen simoniæ,quod maius in ecclesia frequentatur.

SI sacerdos.] CASVS. Quæritur est ab Anacleto, an criminosi possint accusare sacerdotes? Et respondet; 1 Et sic p̃ q̃ non:quia cum ab Apostolo præcipiatur sacerdotem tet præceptũ fine crimine eligi, nunquam dẽt à criminosis accusari, esse Apostolo sed ab illis tm, qui possunt ad sacerdotium promoueri. li ordinã dũ

b ¶ Præcipitur.] Ab Apostolo 1,vt 85. d. primum si tale esse fine crimine quod est accusatione,& damnatione dignissimine fm Hi. mum,vt 81.dist.Apostolus.

& Laur.

Omnes.

In secunda parte dicitur, quòd anathematizati repellun tur similiter ab accusatione: quia infames sunt: nec possunt communicare nobiscum, nisi absoluantur. Secunda pars incipit ibi, [Similiter.] Sequens capitulum patet.

Infamia an possit per pœnitentiã purgari.

1 Quia pœna, & c. vt no. 15. q. 5. presbyter. in gl. q. pœna, &c.

2 Hoc determinat ex. de tẽpo. or. c. vlt.

O Mnes.] CASVS. Dicit Hadrianus Papa, q̃ omnes dñr eẽ infames, quos leges sæculi infames appellant, & isti talee & alij, qui suis culpis non possunt ad sacerdotium promoueri, repelluntur ab accusatione, quia sicut maior à minori iudicari non põt, ita nec accusari.

a ¶ Leges.] Sed & alios dicimus infames secundum canones, qui nõ sunt infames secũdum leges, vt bigamos, & corpore vitiatos, sicut nec omnes dicimus infames secundum canones, qui secundum leges sunt infames, vt mulier, quæ nubit intra tẽpus luctus. Ioã. Sed certe bigami & corpore vitiati non sunt ifames, & si sint irregulares, cum nõ deliquerint. B. Dicũt tamẽ quidam, q̃ infamia, quæ est irrogata per sententiã, vel quæ cõtrahitur ipso facto, vt cum aliqua deprehendit in adulterio, vel cũ aliquis contrahit binas nuptias, de qua agitur. ff. de his qui notan. infa. quid ergo infamia hæc non purgatur per quantamcunque pœnitentiam 1, vt 2. q. 3. §. hinc colligitur: nisi restitutus sit ab illo, qui potest restituere, vt à principe, vel à senatu, vt 2. quæst. 3. §. notandũ vt 2. in fi. ff. de postu. l. 1. §. de qua. Alia est infamia facti, de qua agitur infra ea. sunt plurimi. & melius dicitur infamatio, quæ inducit purgationẽ, & illa aboleturpurgatione præstita, vt 15. quæst. 5. de crimine. Est etiam quædam infamia canonica, quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali, vt hic, & 32. q. 5. præceptum, in fi & aboletur per pœnitẽtiam, vt inf. eo. illi, qui. tamen (vt dicunt quidam) talis non admitteretur ad accusationem vel promotionem: quia non sufficit, q̃ modo non sit infamis: sed q̃ nunquam fuerit infamis. inf. e. ad. qui crimen 2. Item infamia contracta ex sententia excommunicationis tollitur per absolutionẽ, vt 3. q. 1. ca. 1. sicut finito tempore relegationis tollitur infamia orta ex sententia, ff. ad munic. ordine.

b ¶ A minoribus.] Honestate morum. i. criminosis. ne fit contra 2. q. 7. præsumunt. & c. lator.

ILli qui.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. Prima loquitur de peccatoribus non excommunicatis. Secunda de anathematizatis. In prima ergo parte dicitur, quòd illi qui mortalia peccata committunt, non debent recipi ad accusandum: quia infames sunt, & in barathrum dilabuntur: nisi eis à sacerdotibus est subuentum: vnde sunt ad pœnitentiam compellendi, niari permittitur, nec ab alijs, quàm ab ijs, qui sine crimine sunt, & iuxta electionem a sacerdotes ordinari possũt; & tales per omnia inueniuntur, quales sacerdotes eligi iubentur.

a ¶ Iuxta electionem.] *Sic in omnibus collatis manuscriptis codicibus, præterquam in vno in quo est*, iusta electione. *In vulgatis erat*, iuxta electionem canonicam, *In epistola autem ipsa sic legitur*, & iuxta electionem, si necessitas fuerit, aut ipsi uolendo Domino seruire elegerint, sacerdotesque sine crimine fieri, & ordinari possint, & tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes iubentur.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 21.

¶ Infames, & qui culpis exigentibus ad sacerdotium prouehi non possunt, sacerdotes non accusent. C. II.

Poly. l. 5. tit. 1.

j OMnes vero infames esse dicimus, quos leges a sæculi infames appellant, & omnes, qui culpis exigentibus ad sacerdotium non possunt prouehi. Indignum est enim, vt illi eos accusent, q̃ esse non possunt, quod ipsi sunt: quoniam sicut maiores à minoribus b non iudicantur, ita nec criminari possunt.

Item Fabianus Papa, epist. 2. episcopis Orientalibus.

¶ Infames sunt, qui regnum Dei consequi non valent. C. III.

1. Gal. 5

ILli, qui c illa peccata perpetrant, de quibus Apostolus ait: [Quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.] valde cauendi sunt, & ad emendationem, si voluntarie noluerint, compellendi d: quia infamiæ maculis sunt aspersi, & in barathrum delabuntur; nisi eis c sacerdotali auctoritate subuentum fuerit. ¶ Similiter & illi, de quibus ipse ait: [Cum huiuscemodi f hominibus nec cibum sumere.] quia infamia sunt notati, antequam sacerdotali auctoritate sanentur, & in gremio sanctæ matris ecclesiæ redintegrentur: quia qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt.

1. Cor. 5

Item Fabianus, epistola 1.

c ¶ Illi qui.] Secundum quosdam prima pars loquitur de criminosis non excommunicatis. secunda de excommunicatis. Secundum alios loquitur prima pars de occultis: secunda de manifestis criminosis.

d ¶ Compellendi.] Arg. existentem in mortali peccato cogendum esse ad pœnitentiam. 22. q. 6. 1 prædicandum. 24. q. 3. tam sacerdos. Arg. contra. 2. q. 1. multi.

e ¶ Nisi eis.] Arg. tolli infamiam per satisfactionem ecclesiæ, vt 22. quæst. 5 præceptum. 35. quæst. 6. si duo. Argumen. contra. 3. quæst. 4. consanguineorum, & cap. 2. qui. infra ead. quicunque. & 22. quæstio. 5. paruuli. Sed dic quod canonica infamia per pœnitentiam tollitur: sed non illa quæ irrogatur ipso facto, vel per sententiam Ioann. de ipso occulto crimine tollitur per pœnitentiam 3, sed non de manifesto, vt extra de tempor. ordi. c. vl. & pen.

f ¶ Huiuscemodi.] Scilicet excommunicatis.

2 ¶ Omnes. ¶ Ante satisfactionem.] Vel iuramentum. extra de sententia excommu. per tuas.

Beatus.] CASVS. Iacobus episcopus Hierosolymitanus quæsiuit à Clemente qui sint repellendi ab accusatione episcoporum? Et respondet, quòd quatuor genera

Ante satisfactionem excommunicati ad accusationem non admittantur. C. IIII.

Anſ. l. 3. c. 1.

1. Cor. 5.

2 OMnes illi sunt ab accusatione repellendi, quos Apostolus commemorat, dicens; [Cũ eis nec cibum sumere,] & ante satisfactionem a ecclesiæ non sunt susciendi.

Item Clemens Papa Iacobo Hierosolymorum a episcopo, epist. 1.

a ¶ Hierosolymorum.] *Antea erat*, metropolitano. *Emendatum est ex plerisque manuscriptis codicibus. Nam & Clemens in epistola sic ipsum Iacobum vocat.*

¶ Sacerdotes non nisi à coæqualibus accusari debent. C. V.

Auſ. ibidem.

Beat. 8.

BEatus Petrus homicidas, & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales nõ erant, ab episcoporum † vexatione, & accusatione dicente † b Domino prohibebat, & non nisi à coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat. *& paulo post.* ¶ Infames etiam omnes, & quos primates, & leges sæculi non susciunt, sed & laicos ab eorum accusatione, & vexatione semper repelli debere rogabat c, & cunctos illis subditos esse præcipiebat: cunctorum sacerdotum vitam superiorem, sanctioremque, ac discretam à sæcularibus, & laicis hominibus esse d, & spirituales quosque, atque sacerdotes super carnales, ac laicos semper constituendos docebat; quoniam pro minimo d nobis esse debet, vt à talibus e arguamur, & iudicemur, vel ab humano die. f Maiores vero à minoribus nec accusari, nec iudicari vllatenus posse dicebat: quoniam non solum hoc diuinas, sed & leges sæculi inhibere docebat.

†[eorum] ori. †[docente] ori.

1. Cor. 4.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 68.

¶ Qui criminosus fuerit, sacerdotes accusare non potest. C. VI.

Anſ. l. 3. c. 88.

QVi crimen g intendit, agnoscendum est, si ipse ante h non fiat criminosus: quia periculosa est, & admitti non debet rei i aduersus quemcunq; professio. *& infra. c. 72.* ¶ Testes autem sine aliqua sint infamia, vxores, & filios habentes, & Christum k omnino prædicantes.

fu. 3. q. 11. negãda.

QVi crimen.] CASVS. Quæsitum fuit ab Hadriano q̃ repellantur ab accusatione, & testimonio? Et respondet, q̃ si à tẽpore baptismi fuit criminosus, repellitur ab accusatione. quia vox malorum non est admittenda. Infames autẽ omnes à testimonio repelluntur: & qui nõ habent filios, & vxorem fideles. [Habentes,] id est si habuerint habeant tales.

g ¶ Qui crimen.] Si vis dicere q̃ qui peccauit post baptisma, potest promoueri si egerit pœnitentiam; tunc dicas illum hic appellari criminosũ, qui per sententiã 2. conuictus est. Vel de enormibus criminibus intelligas, quę irrogant infamiam ipso iure: vel de illo intellige qui pendente accusatione qua, & ipse fuit accusatus, noluit accusare aliũ: quod non licet. 3. q. vlt. neganda. Baz. autem facit vim in hoc verbo criminosus: f. plenus vitijs: sicut ille qui est periturus, vt inf. ea. quicunque. & licet quilibet criminosus etiam non cõuictus repellatur, vt extra de testib. super eo. tamen si probat se egisse pœnitentiam, bene recipitur, maxime in ciuili. argu. 50 distin. ferrum. & ff. de ædil. edic. q̃dam ita, licet sit arg. contra extra de simo. per tuas, vbi dicitur quòd in exceptis c. i

1 Humana. n. dies appellatur humana, q̃ spes. Arch.

2 Ad hoc facit q̃ no. 3. q. 3. cap. 2. in gl. 1. adaptarogant infamiam ipsi tis in fin.

Testis repellitur probato crimine contra ipsũ.

Pœna nõ impedit accusationem.

3 Concor. tex. in l. qui ea mente. cum ibi no. ff. de furt.

Si omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

SI omnia.]CASVS.Hoc c.loquitur de occultis peccatis, quæ soli Deo punienda relinquunt. Fit ergo casus. Quidam æmuli accusabant prælatos suos de occultis criminibus, quæ nullo modo probare poterant: & dicebant se pro bono hoc facere: scilicet vt prælati sui fierẽt meliores,quæsitum fuit ab Anacleto an bene facerẽt? Et respondet q nõ,quia si omnia delicta occulta,& manifesta accusarentur,& vindicarẽtur in hoc sæculo, in futuro nil Deo reseruaretur,cui soli occulta relinquũtur:& illi qui talia dicunt in vanum laborãt, qui Deum volũt adiuuare; & plus stimulis inuidię, quàm amore charitatis agitantur.

1 Alij dñt, q intelligitur de eo q malo zelo accusat, & littera capituli ad vtrũ que intellectum satis adaptatur. Arch.

2 Si omnia.]De occultis loquitur 1. quę soli Deo reseruantur. 32. dist. erubescant.

b ¶ Inuidiæ.]Hic cauſa inuidię quàm charitatis, vt dixi 2.q.7. si quis episcopus.

SAcerdotes.]CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes: in prima parte dicitur,q populus, i.laici non sunt admittẽdi ad accusationem sacerdotũ: q a subesse debent eis, & non præesse. In secunda parte dicitur,q accusatores non sunt recipiendi nisi sint idonei; & omnes illi qui armantur contra patres spirituales accusando eos calumniosè,sunt infames.Secũda pars incipit ibi, [Hi qui non sunt.]

OVes.] CASVS. Quidam laici, vel clerici criminosi accusabant,& reprehendebant episcopos ex suspicione: quod dicit Pius Papa non esse faciendum. Et hoc probat tribus rationibus. Prima est, quia non debet esse discipulus supra magistrum.Secunda, q a spi à Deo sunt iudicandi. Tertio. n. dẽt, quia laici, vel subditi à prælatis tamen iudicandi sunt. primo, & in hoc c. oues. Arch.

Præsumptio est triplex. 2 Dic q hæc præsumptio est inualida, & repellitur in iure, in nullo. n. dẽt, quia laici, vel subditi à prælatis tamen iudicandi sunt. primo, & in hoc c. oues. Arch.

a ¶ Si omnia.]De occultis loquitur 1. quę soli Deo reseruantur. 32. dist. erubescant.

b ¶ Inuidiæ.]Hic cauſa non præsumit potius accusationẽ fieri causa inuidię quàm charitatis, vt dixi 2.q.7. si quis episcopus.

c ¶ Oues.]Sic 2.q.7. oues.

d ¶ Suspicio.]Sic 2.q.1.c 1.Suspicioni temerariæ 2 non creditur 11.q.3. in cunctis. probabilis inducit præsumptionem.ff.quod met.cau l.vlt.7.q.5.presbyter. violentam condemnationem. 32. q. 1. dixit. & C.de adulteris. quamuis. licet sit argum. contra. extra de præsumptio. litteras.

IPSA AVTEM. CASVS. Quia supra c.oues.& c.sacerdo-

Non solum autem criminosi,sed etiam quilibet alij ab accusatione episcoporum repelluntur.

Vnde Anacletus Papa,epist.1.ait.

¶ Deo non placet, qui seruos suos accusat. C. VII.

SI omnia [a] in hoc sæculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendijs,qui solem certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat se Deo in hoc placere, quòd seruos suos accusat,& vt meliores fiant, dicit se hoc agere; in vanum laborat,& plus inuidiæ [b] stimulis agitatur,quàm charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget;nec vlla requirit commendationis augmenta.

Item Telesphorus epistola vnica,c.3.

¶ Populus sacerdotes arguere, vel increpare non valet. C. VIII.

Et Iulius in decret. c.10.

SAcerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiũt, ab omnibus sunt audiendi,atq; timendi; non dilaceranda,aut detrahendi:quia à quibus se Domini populis benedici, saluari, & instrui cupit; nullatenus debet eos arguere,nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus.n.ab eis docendus est,& corripiendus,non ipsi ab eo. quia non est discipulus super magistrum. *& infra.* ¶ Dei ergo accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituuntur sacerdotes, accusat, vel damnari cupit. *Idem infra.* ¶ Hi qui [α], non sunt idonei, non suscipiantur ad accusationem: omnes qui aduersus patres armantur,infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt,non respuendi,aut insidiandi.

Anſel.3.c.12. Iuo p.6. c.314.

Matth.10.

Iuo p.6.c.315.

α ¶ Hi qui.] *In aliquot vetustis codicibus est caput distinctum à superiore.*

Item Pius Papa epistola prima.

¶ De eodem. C. IX.

Et Cornelius epist. 2.

OVes [c] pastorem suum non reprehendant; plebs episcopum non accuset,nec vulgus eum arguat:quoniã non est discipulus super magistrum, neque seruus supra dominum. Episcopi autem a Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam à subditis,aut prauæ vitæ hominibus non sunt arguendi,vel accusandi,aut lacerandi. *& infra.* ¶ Nemo bonum faciens,alteri verbo, aut facto nocere vult: quanto minus in suspicionem debet venire fidelis homo,vt dicat, aut faciat ea,quæ pati non vult? quia omnis suspicio [d] potius repellenda est,quàm approbanda, vel recipienda.

Poly.l.5.tit.1. Iuo p.5. c. 243. Pann.l.4. c.36. Luc.6.

Ipsa autem detractio,licet ex vitio detrahẽtium,tamẽ iusto Dei iudicio nonnunquam aduersus bonos excitatur:

In se mala sint:tamen iusto Dei iudicio permittitur, vt qui nimis de se præsumunt propter bonum quod habẽt, & aliorum laudibus extolluntur in altum, per tractionẽ inuidorum humilientur. Quod probat per duo capitula sequentia. a ¶ Do-

vt quos vel domestica [a] præsumptio, vel aliorum fauor in alium extulerat,detractio humiliet.

Vnde Ambrosius ad c.22.Lucæ.

¶ Ne quis se præsumat,linguæ malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur. C. X.

¶ Rubrica hæc non valde conuenit subiecto capiti, & pie est interpretanda;nam simili locutione vtitur Dauid 1.Reg.16. loquens de Semei.

Ioan.21

IMitare Petrum tertio alibi dicentem:[Domine tu scis, quia diligo te.]Etenim,quia tertio [b] negauerat, tertio confitetur:sed negauit in nocte,confitetur in die. Hæc autem ideo dicta sunt, vt sciatis, neminem iactare se debere.

Mar.14.

Nam si Petrus [c] lapsus est,quia dixit: [Et si alij scandalizati fuerint in te,sed non ego.] quis alius iure de se præsumat? Denique & Dauid,quia dixerat: [Ego dixi in mea abundantia [d] non mouebor in æternum;] eam sibi iactantiã obfuisse profitetur dicens:[Auertisti faciem tuam à me,& factus sum conturbatus.]

Psa.29.

Item Greg.lib.9.epist.39.ad Theotistam patriciam.

¶ Vt boni salubriter humilientur, linguæ malorum contra eos insurgunt. C. XI.

SVnt plurimi,qui vitam bonorum amplius, quàm debent,laudant [e]:& ne qua elatio de laude surrepat;permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere,vt si qua culpa ab ore laudantiũ in corde nascitur,ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est ergo,quòd doctor gentium se in prædicatione currere testatur per infamiam [f],& bonam famam,qui etiam dicit; [Vt seductores,& veraces.]

2.Cor.6.

Eusebius i epist. ad Gallię epos. inſra.c.ex mento.

Verum hac auctoritate & prohibentur spirituales à carnalibus accusari, non carnales à spiritualibus. Quod ex verbis eiusdem datur intelligi,quibus in eodem capitulo subiunxit dicens: [Sapite languescente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur:sicut scriptum est [h]:] Omne caput languidum,& omne cor mœrens,à plãta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas.] Quapropter manifestum est diabolum,(qui sicut Leo rugiens circuit quærens,

Esa.1.

1.Pet.5

1 Conc.tex. in l. seruos. C.ad leg Iu. de vi pub.& l.4.C.de epi. aud.

2 Ar.ad hoc ex.per re iu. lib.6.ad Apostolicæ.vers. deieranit. &c.Arch.

a ¶ Domestica.] Idest propria vel domesticorum persona.

b ¶ Tertio.] Hic videtur q toties pœnitentiam faciat quoties committo fornicationem etiam cũ eadem mulierem; æquale peccatum committit,sicut si secundo accederet adpriorem.sed pro illo secundo peccato quod facit cum altera,noua pœnitentia sibi inducitur.ergo & noua pœnitentia est indicenda sibi, si ad eandem denuo accedat: cũ patet peccatum: & hoc concedi potest 2: licet secundum leges qui sæpius rem contrectat, non committit diuersa furta. ff. de furt. ei qui.

c ¶ Petrus.] Argum. maiori. fi.32. q. 5. si Paulus.

d ¶ In mea abũdantia.] .i. confidentia bonitatis.

SVnt.] CASVS. Dicit Greg.quòd Deus permittit bonos à malis infamari & reprehendit vt si qua nascitur elatio in corde bonorũ ab ore laudantium, per os vituperantiũ suffocetur. Et hoc probat exemplo Pauli, qui dicit: Apud quosdam habiti sumus vt seductores: apud quosdam habiti sumus veraces.

e ¶ Laudant.] Hoc est veniale peccatũ. 25.dist. criminis. sed qui cõmendant mortalia vitia. mortaliter peccant. 45. dist. sunt nonnulli.

f ¶ Per infamiam.] .i.quidam desipiẽtes dicebãt eos veraces: quidam non. 41.dist. quod dixit Dominus.

VERVM. CASVS. Hic ostendit Gratia. quòd illud cap. scilicet prælatos accusare non debent, vel reprehendere: quia hoc fit diabolo instigante, vt per tales reprehensiones prælatis languescentibus corruant ipsæ plebes in ima: & sic pereãtur. & ostenditur quòd detractores deterius delinquunt,quàm illi, qui bona rapiunt temporalia:quia detractores rapiunt bonos mores & virtutes, quæ sunt intrinseca:illi autem rapiunt extrinseca. In eod.cap.1.inferiori parte eiusdem cap. Scriptum est, in Esaia.

g ¶ Verum hac auctoritate.]Ssup.e.oues.hæc sunt verba eiusdem Pij:& continuantur illi,c. oues.

h ¶ Sicut scriptum est in Esaia.

Quie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVieſcite.] CASVS. Docet Fœlix Papa in hoc c. q; boni prælati non ſunt arguendi: & hoc probat au ctoritate Nicænæ ſynodi. Quieſcite à vexatione & pſecutione bonorũ ſlatorũ.

EX merito.] CASVS. Docet hic Gregorius oẽs homines ſeruare aures & oculos & linguam ſine macula & vitio: & ſimplicitatem columbæ habere: nec debẽt alios & maxime prælatos infamare, & hoc probat auctoritate Dauid prophetæ dicentis: Sedens inquit, &c. quoniam propter mala merita plebis permittit Deus prælatos damnari & deprauari, vt qui ſequuntur, procliuius corruant: & vt capite langueſcente cætera membra lãgueſcant. Seq. c. pat et.

a ¶ Deprauantur.] i. praui epiſcopi conſtituuntur. nõ enim propter aliorum merita efficiũtur mali, ſed mali, pp malorũ merita prælati fiũt, vt 8. q. 1. audacter.

b ¶ Cadant.] Quia cõponitur orbis Regis ad exemplum. argumen, 11. q. 3. præcipue.

c ¶ Audiat.] Sic infra, 11. quæſt. 3. non ſolum.

d ¶ Vnquam.] Scilicet p detractores: ne ſit cõtra, ſu. 5. q. 5. nõ vos. Vel dic per eos. i. per curioſos. vnde Iuuenalis: Scire volunt ſecreta domus, atque inde timeri.

SApiens.] Ita ordina litteram. Omnis qui nocet nõ eſt ſapiens. i. nullus qui nocet eſt ſapiens, ſapientia virtutis, id ſapore virtutis: Sed forte eſt ſapiens ſapientia ſcientiæ. i. ſciẽs. ſic enim & mali ſunt ſapientes: ſed ſoli boni ſunt ſapientes ſapore virtutis, qui ſapiẽtia dicitur. Et taliter ille qui nocet non eſt ſapiens. Nã innocens dr qui ignorat quid noceat. 22. q. 4. innocens.

Regem imitantur ſubditi.

quem poſsit deuorare) cordibus plebiũ ſuadere, vt doctoribus, atque paſtoribus ſuos detractores irrogent, vel eos accuſent, vt plebes langueſcentes (non tenentib. paſtoribꝰ fræna eorum) laſciuiant, atq; in ima ruant, vt ſaltem ſic pericli tari poſſint. Multum vero diſtant damna morum à dãnis rerum temporalium, cũ iſta extra nos ſint; illa vero in nobis.] & infra: *[Peius & malum fore non exiſtimo; quàm Chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotibus.]*

Paulo aliter in originali impreſſo Anacleti.

α ¶ Capitulo.] *Quæ ſubiungit Gratianus*, capite langueſcente. &c. *ſunt in epiſtola 3. Anacleti, & apud Iſidorum de ſummo bono, lib. 3. c. 38.*

β Peius.] *Sunt in 1. epiſtola Alexandri primi.*

Hinc etiam Fœlix II. ait epiſcopis in Alexandrina ſynodo congregatis.

¶ Deo recte famulantes perſequi non licet.
C. XII.

QVieſcite (inquit ſancta, & magna Nicęna ſynodus) & nolite perſequi eos, qui rectè † Deo famulantur, & ſincera voluntate ſuperni † Dei mandata cuſtodiũt, & noſtris legib. ſubiuganturꝰ quia nec decet, nec ordo patitur, vt iniqui, & carnales ſpirituales perſequantur.

† al. Deo perſecte miniſtrant.

† al. ſequntur.

Item Anterus Papa epiſtola vnica.

γ ¶ Anterus.] *Sic reſtituendum eſt ex pleriſque vetuſtis. Nam antea erat* Gregorius. *Videtur tamen Gratianus hoc tribuiſſe etiam Gregorio ſupra c. ſunt plurimi in verbis*: Quod ex verbis eiuſdẽ datur intelligi, quibus in eodem capitulo, &c. *Confectum autem caput hoc eſt magnam partem ex Anacleti ſententijs in epiſtola tertia.*

¶ Subditi prælatos ſuos accuſare non debent.
C. XIII.

EX merito plebis nonnunquã epiſcopi depreuantur a quatenus procliuius cadant b, qui ſequuntur. Capite langueſcente cętera corporis membra inficiuntur. Deteriores ſunt, qui vitam, moreſque bonorum corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum, prædiaque diripiunt. Caueat vnuſquiſque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, ideſt, ne aut ipſe alijs detrahat, aut alios audiat c detrahentes: [Sedens (inquit) aduerſus fratrem tuum loquebaris] detrahendo. [Et aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, &c.] Parcant ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiátque ſermones ſuos, & ſciant, quia cuncta, quæ de alijs loquuntur, ſua ſententia iudicabuntur. Nemo inuito audito ri libenter refert. Officij ſingulorum ſit, dilectiſſimi, non ſolum oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam, nec quid in cuiuſquam domo agatur, alia domus per eos † vnquam d nouerit. Habeant omnes ſimplicitatem columbæ, nec cuiquam machinentur dolos, & ſerpentis aſtutiam, ne aliorũ ſupplantentur inſidijs †.

Anacletus epiſtola 3. Iſidorus l. 3. de ſummo bono, c. 3. ſup. eadem ſunt plurimi. ii. e. deteriores, & 9. q. 3. facta.

pſ. 49.

Hier. ad Nepotianum ſimile.

† vos] orig.

Item Lucius Papa epiſt. vnica, epiſcopis Galliæ, & Hiſpaniæ ſcribens.

¶ Sapiens nocere non cupit. C. XIIII.

SApiens non eſt omnis, qui nocet.

Item Anacletus Papa, epiſt. 3.

Et Cornelius Papa epiſt. 2.

Iuo p. 3. ca. 140.

DEteriores.] CASVS. Hic detractores reprehenduntur, qui ſuos doctores & prælatos infamant, & dicitur, q; ſunt deteriores quàm illi, qui bona rapiunt temporalia: quia raptores auferunt ea, quę extra nos ſunt: detractores vero corrumpunt bonos mores noſtros: & ideo merito ſunt infames.

a ¶ Deteriores.] Peius eſt perſuadere, quàm facere, vt ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere, & l. vt tantum. & 86. diſt.

b SVmma.] ¶ Detrahere.] Sup. d. 46. accuſatores.

c ¶ Et accuſare.] Supra 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. de pœ. diſt. 1. homicidiorum.

¶ Raptoribus deteriores ſunt epiſcoporum detractores. C. XV.

ſup. e. c. ex meritо.

Burc. l. 1. c. 138.

Deuſdedit p. 3.

Iuo p. 5. c. 239.

Anſel. 3. c. 11.

DEteriores a ſunt, qui doctorum vitam moreſque corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt. Ipſi enim ea, quæ extra nos, licet noſtra ſint, auferunt: noſtri autem detractores, & morum corruptores noſtrorum, ſiue qui aduerſus nos armantur, proprie nos ipſos diripiunt α. & ideo iuſte infans ſunt, & merito ab eccleſia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis ſæpe paſtores deprauantut eccleſiæ, vt procliuius corruant, qui ſequuntur.

Anſel. 6. c. 137.

α ¶ Diripiunt.] *Anteà legebatur*, nos ipſos decipiunt. *Emendatum eſt ex Iſidoro lib. 3. de ſummo bono, ca. 38. Anacleti verba, quantum conijci poteſt, referente: & optime conuenit cum ijs, quæ antecedunt. Verum in duobus antiquis exemplaribus epiſtolarum, Anacleti, altero Vaticanæ, altero Florentinæ bibliothecæ, habetur*, nõ nos, ſed proprie ſeipſos decipiunt.

Item Alexander Papa, epiſt. 3.

¶ De eodem. C. XVI.

1. Ioan. 3.

SVmma iniquitas eſt, fratres detrahere b & accuſare c. Vnde ſcriptum eſt: [Omnis qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt: & omnis homicida non habet partem in regno Dei.]

Patet ergo, vt præmiſſum eſt, quòd carnales prohibentur ab accuſatione ſpiritualium, non ſpirituales ab accuſatione carnalium.

2 *Cum itaque criminoſi & infames ab accuſationib. prohibeantur, videndum eſt, quos canonum ſacra auctoritas infames appellet.*

De his Stephanus Romanæ eccleſiæ epiſcopus ſcribit Hilario, epiſt. 1. c. 1. dicens.

¶ Quæ perſonæ infames habeantur.
C. XVII.

Poly. l. 5. tit. 1

Deuſdedit p. 3.

Anſel. 3. c. 5.

Burc. l. 1. c. 173.

Iuo p. 5. c. 291.

Pann. l. 4. c. 66.

INfames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, ideſt omnes, qui Chriſtianæ legis normam abijciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica contemnunt d, ſimiliter fures e, ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos; ſepulchrorum quoque violatores, & Apoſtolorum, atque ſucceſſorum eorum, reliquorumque patrum ſtatuta libenter violantes, & omnes, qui aduerſus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur: ſimiliter & inceſtuoſos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis [publicis † f fugientes, & qui indigna ſibi petunt g loca tenere, aut facultates eccleſiæ abſtrahunt iniuſte, & qui fratres calumniantur, aut accuſant, & non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam h prouocant i, & omnes anathematizatos k, vel pro ſuis ſceleribus, ab

† hæc vox abeſt ab orig.

Crimen q̃libet infamat.

d ¶ Contẽnunt.] Si. 19. diſt. nulli.

e ¶ Fures.] Ex hoc c. patet, q; omne crimẽ infamat ſecundum canones. & ſup. cap. omnes. & c. ſeq. Item ex hoc cap. vꝫ, quòd omne crimen ſit publicum ſecundum canones.

f ¶ De bellis publicis.] Tales ſunt rei læſæ maieſtatis, vt ff. ad l. Iul. maieſt. & capite puniuntur: niſi quando dominũ defendere non potuerint. ff. de re mil. omne. §. qui in acie.

g ¶ Petũt.] Ambitioſe, vt ſup. 1. q. 6. ſicut.

h ¶ Ad iracundiam.] ext. de homic. ſicut dignum. § illi vero.

i ¶ Prouocant.] ideſt delatores, vt q. 5. vlt. delatori.

k ¶ Anathematizatos. Supra 3. q. 5. conſtituimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Legitimam.] i. plenam, aliter enim non promouentur, nec aliquem possunt accusare, vt inf. sequitur.
b ¶ Curiæ.] 54 d.c.1.& 2.
c ¶ Mentem.] Vt furiosi.
d ¶ Manifestantur.] Sup. 33. dist. maritum.

QVicunq.] Hæc est 3. pars, ſi qua ponit pœnã periuro: & specificat de infamibus. Io. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit quam pœnam debeat pati, q sciens committit periuriũ. Et respondetur q debet pœnitere p quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequentes annos, & in testimonium nunquam recipiatur: cõmunionem tamen post pœnitentiam recipiat.

e ¶ Peierauerit.] Su. 5. quæst. 5. constituimus.
f ¶ Septem.] 22. q. 4. qui sacramento. contra. Solu. ibi.
g ¶ Sine pœnitẽtia.] Interiori. si. 50. dist. clerico.
h ¶ Testimonium.] Etiam post pœnitentiam peractã, vt inf. 22. qõ. 5. paruuli. Et hoc est verum in testibus 1. secus videtur in accusatore, vt 22. q. 5. si quis conuisum. litteras &c. & de pur. c. j. & de test. testimonium. Arch.

1 Ext. de ap. qõni. ibi videas. de præ
Iuramentũ vtrũ ifamet.

ecclesia pulsos, & omnes, quos ecclesiasticæ, vel sæculi leges infames pronunciant. Hi nimirum † omnes, nec serui ante legitimam [a] libertatem, nec pœnitentes, nec bigami, nec illi, qui curiæ [b] deseruiunt, vel non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem [c] vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur [d], hi omnes, inquam, nec ad sacros gradus debent prouehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, nec rectã fidem, vel dignam conuersationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare [α].

† paulo aliter i originali.

α ¶ Accusare.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, nec ad accusationem, seu ad testimonium nullatenus iuste possunt recipi, *quæ sunt expuncta, quoniam absunt à manuscriptis (vno excepto) & originali, & Burchardo, Iuone. In Pannormia tamen hæc postrema pars post verbum*, manifestantur, *sic habet*, Hi omnes nusquam nec ad sacros gradus debent prouehi, nec ad accusationem, seu ad testimonium ullatenus iuste possunt recipi.

Item Fabianus Papa.

¶ Infamis efficitur, qui sciens peierare præsumit.
C. XVIII.

3 QVicumque sciens † se peierauerit [e], quadraginta dies in pane, & aqua, & septem [f] sequentes annos pœniteat, & nunquam sit sine pœnitentia [g], & nunquam in testimonium [h] recipiatur [i]; communionem tamen post hæc percipiat.

Poly. l. 6. tit. 11. Burc. l. 12. c. 8. Iuo p. 12. c. 65.
† al. sciens peierauerit

Item Eusebius Papa, epist. 1. ad episcopos Galliæ.

¶ Accusatores †, & personas, quas leges sæculi non admittunt, ecclesiasticæ quoque repellunt. C. XIX.

† al. Accusationes

NOs sequentes patrum vestigia pro saluatione seruorum Dei, quascumq; ad accusationẽ personas leges publicè non admittunt, his imgugnandi alterum & nos licentiam submouemus: & nullæ accusationes à iudicibus audiantur ecclesiasticis, quæ legibus sæculi prohibentur.

3. q. 5. de accusationib. §. idcirco. Anſ. l. 3. c. 25.

Sed licet [k] infames ab accusatione episcoporum prohibeantur, non tamen isti ab huiusmodi † [l] accusatione prohibendi sunt. Hæreticos namque accusare infamibus non prohibetur, vt supra patuit in ea † causa, vbi de accusatione minorum aduersus maiores [m] disputatum est.

† al. huius

† al. eadem 2. q. 7. per totũ.

Item.

2 Cum ista gl. conc. Bar. post glo. in l. Lucius. ff de infam. & Al. de Imo. in l. fi ex falsis. C. de transa.

ista transactio si quis maior. Alij dicunt, quòd iuramentum quod interuenit in contractibus, non infamat: secus in iuramento quod fit in iudicijs. hoc est certum, quòd omne iuramentum infamat canonica infamia 2. Virum autem temeratium iuramentum repellat à legitimis actib. dixi 85. dist. Florentinum. & extra de testi. & attestatio. ex causam quæ.

NOs sequentes.] CASVS. In hoc capitulo dicitur, quòd quæcunque personæ repelluntur ab accusatione secundum leges, eædem repelluntur, secundum canones.

SED LICET. CASVS. Dictum est à principio causæ, quòd infames ab accusatione prohibentur. Nunc vero dicit Grat. q licet generaliter prohibeantur, non tamen prohibentur ab accusatione huius episcopi, qui fuit damnatus est, & hoc probat tali ratione, quia hæreticus vel simoniacus minor est catholico: sed hoc an generaliter intelligatur: scilicet vt hæreticus sit minor quolibet catholico, Aug. noluit definire.

K ¶ Sed licet.] Infert ex prædictis.
l ¶ Ab huiusmodi.] Idest, simoniæ.
m ¶ Maiores.] Vt 2. q. 7. per totum.

QVæro.] CASVS. Duæ sunt in hoc quæstiones. Prima est, vtrum ille qui ignoranter incidit in hæresim, grauius peccet, quàm ille qui sciẽter est auarus. Et respondet Augustin secundum illam regulam, qua peccata scienter facta præponuntur peccatis ignorantibus. similis compensatio est 9 dist. in canonicis. Quod autem minus sit peccatum ignorantis quàm scientis, habes 22. q. 7. quemadmodum, qñq; vñr plus peccare ignoranter pecantes q̃ scienter, vt 24. q. 1. schisma. qñque paritcantur vt hic

d ¶ Præcipitare.] Gratianus tamen in simili quæstione præcipitat sententiam, vt 2 qõ. 7. §. sed quæritur, Vrbanus eãdẽ vñ soluere 12. q 1. scimus.

VERVM. Hæc est quarta pars quæstio. in qua quæritur vtrũ infamis possit episcopum accusare de simonia, cum esset bonæ famæ: & primum dicit q nõ; & hæc est vera solutio: sed postea impugnat quod dixerat. Io. de Fan.

CASVS. Iste §. respicit quod dictum est supra c. quæro. in fi. cap. & su. ead. §. licet vbi vñ probatum, q infames cõtra hæreticos & simoniacos admittũtur. Et dicit Grat. q ã illis sequũtur, quos constat esse hæreticos per præsũptionem. & ideo qui libet criminosi & infames contra eos admittũtur. hic autem episcopus, de quo in themate agit, in omnibus religiosus apparet: & ideo infames ab eius accusatione repelluntur.

VERVM. Grati. respon. illi ca. quæro. & illi §. sed licet. in qui bus probauerat infames admittendos cõtra hæreticos & ita contra simoniacum: & eius solutio durat vsq; ad §. hæc licet ratione. & ibi incipit suam solutionem impugnare.

e ¶ Constat.] Si constat, ergo non est necessarius 2. accusator expone ergo cõstat, q constat per famam: quia sunt malæ famæ.

2. q. 1. de manifesta. ext. de accusationibus. Archid.

f ¶ Apparens.] Hæc solutio est canonica: quia concordat cum Grego. 2. q. 1. in primis. & impugnatio, quam ponit in sequenti. §. allegando ponitur.

HÆC LICET. CASVS. Obijcit modo Gra. contra supradicta. & dicit quod licet videantur quæ dicuntur in §. ratione niti. tamen exemplo criminis læsæ maiestatis falsa intelliguntur: in quo non quæritur, an cogitare contra animam principis sit maiestatem lædere: sed an de eius nece tractauerit. eadẽ ratione non debet quæri an simonia sit hæresis, sed an commiserit simoniam ille episcopus. & ad hoc inducit legem sequentem.

g ¶ Tractauerit.] Sic supple in simonia non est quærendum

C. XX.

CVm maiores scientia, & moribus à minoribus accusari phibeantur, non æquales ab æqualibus vel minores à maioribus; ab huius ergo α accusatione nõ sunt hi prohibendi, cum hæreticus catholico minor sit. Sed hoc an generaliter accipiendum sit, Augustinus non † definiuit lib 4. de baptismo contra Donatistas, c. 5. dicens.

† al. Aug. diffinium.

¶ *Caput hoc in plerisque vetustis exemplaribus coniunctum est superiori. Quare conijcere licet hæc esse verba Gratiani.*

α ¶ Ab huius ergo.] *Locus hic emendandus est ex manuscriptis. In impressis legebatur*, ab accusatione huiusmodi sunt prohibendi: *ex qua lectione vix aptè sententia elici poterat.*

¶ Dubium est, an sciens auarus: an nesciens hæreticus grauius peccat. C. XXI.

ß ¶ Cum ad hoc tantum.] *Magna est hoc loco varietas. In codice regio legitur*, cum ad hoc tantum quaqua fieri iussa sunt, interrupta noscentur, ne languoris, &c. *Apud Burchardum*, cum adhuc tantum fieri iussa sunt, nec interrupta noscuntur, ne languoris, &c. *Apud Iuonem*, cum ad hoc, & nec languoris. *cætera eodem modo.*

γ ¶ Sed etiam sacro.] *Hic quoque magna varietas. In codice regio plenior est oratio*, sed etiam honori mysteriorum Dei prouidetur abunde, dum ab offensionis casu procuratur etiam cauere solicitè.

δ ¶ Completa benedictio.] *Sic restitutum est ex codice regio, cum quo aliquot editiones conueniunt: multaq; etiam alia in hoc capite emendata.*

ε ¶ Indiuiduum.] *In codice regio est*, indultum.

3 *Ecce, quòd episcopo petente, precibus etiam populi, infirmitate grauato, nisi voluerit, alius subrogari non debet: sed ei coadiutor dabitur. similiter senectute grauato, vel minimo præsumptionis actu soluantur; cum ad hoc tantum fieri iussa sunt; ne interrupta noscantur, vel languoris prouentu robore salutis priuetur natura. Non ergo fragilitati solum consulitur humanæ; sed etiam sacro honori mysteriorum Dei prouida cauetur solicitudine. Censuimus ergo conuenire, vt cum à sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si ægritudinis acciderit quilibet euentus, quo cœptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum episcopo, vel presbytero alteri consecrationem exequi officij cœpti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysterijs cõpetit; quàm aut incipientis, aut subsequẽtis completa benedictio sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cum enim simus omnes vnum in Christo, nihil cõtrarium personarum diuersitas format: vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Quòd etiam consultum cuncti ordinis clerici iudiuiduum, sibi esse non ambigant: sed, vt præmissum est, præcedentibus libenter alij pro complemento succedant. Ne tamen, quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur; nullus post cibum, potumque quamlibet minimum sumptum Missas facere, nullus absque prouentu patentis molestiæ minister, vel sacerdos, cum cœperit; imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerare præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.*

Imperfecta duo faciunt vnum perfectum.

De sacerdote quid dices, qui dum venit ad consecrationem, memor est mortalis peccati. Dico q̃ perfecere debet, licet peccet cõficiendo. extr. de celebra. Missa. de homine. Item est hic arg. q̃ duo imperfecta faciũt vnum perfectũ. sic 4. q. 3. item in criminali. §. sæpè. de pen. d. 1. tres sunt. C. de dona. sancimus. in fi. 16. q. 3. §. potest. Arch. contra 23. dist. quorũdam. & C. qui nu. tute. l. 1.

c ¶ Cõpleantur.] Ar. nihil credas actũ, & c. fin. 38. d quæ ipsis. 23 dist. quorundam. Item ex eo q̃ dicit, ordine, est arg. q̃ ordo turbatus irritat factum, vt 61. d. miramur. & 68. dist. sicut. quod verum est de ordine, q̃ est de substantia rei.

ADDITIO. Vt extr. rescript. cum dilecta. & de restit. spo. Pisanis.

d ¶ Minimum.] Pransõ non licet celebrare 2. Missam, vt hic, & de cons. d. 2. liquido. nec bapizare, nec signare. de cons. dist. 5 vt ieiuni, & c. seq. sed est fortè abrogatum id quod est inf. de consec. distin. 1. sacramenta. vbi dicitur, q̃ in cœna Domini pransus potest celebrare. & intellige si eodem die pransus est, vt dies à media nocte incipiat: & etiam si ante mediũ noctis comederet, & adhuc sentiret eructationes: quia nondum est cibus digestus quãdiu sẽtiet cibũ, abstinebit inf. de consec. dist. 2. tribus. medicinam fortè potest sumere: quia illa non connumeratur inter alimenta, vt ff. de pœna. lege. l. non omne. quod non credo: sed nec aquam calidam potest sumere, vt extra de cele. Missa. ex parte.

Celebrare pransõ non licet.

2 Quod no. 75. dist. q̃ à patribus in gl. quod si.

Celebrare nullus debet ante digestionem.

ECCE. Hæc est 3. pars huius q. in qua dicitur q̃ propter senectutem, vel simplicitatem datur coadiutor: quod probatur per duo cap. 1o. de Pan.

CASVS. sup. in c. scripsit. &c. quamuis. dictum est, q̃ infirmitate grauato, nisi voluerit, alius subrogari non debet: sed ei coadiutor dabitur. similiter senectute grauato, vel minimo præsumptionis actu soluantur; cum ad hoc tantum fieri iussa sunt; ne interrupta noscantur, vel languoris prouentu robore salutis priuetur natura. Non ergo fragilitati solum consulitur humanæ; sed etiam sacro honori mysteriorum Dei prouida cauetur solicitudine. Censuimus ergo conuenire, vt cum à sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si ægritudinis acciderit quilibet euentus, quo cœptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum episcopo, vel presbytero alteri consecrationem exequi officij cœpti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysterijs cõpetit; quàm aut incipientis, aut subsequẽtis completa benedictio sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cum enim simus omnes vnum in Christo, nihil cõtrarium personarum diuersitas format: vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Quòd etiam consultum cuncti ordinis clerici iudiuiduum, sibi esse non ambigant: sed, vt præmissum est, præcedentibus libenter alij pro complemento succedant. Ne tamen, quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur; nullus post cibum, potumque quamlibet minimum sumptum Missas facere, nullus absque prouentu patentis molestiæ minister, vel sacerdos, cum cœperit; imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerare præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to dabitur coadiutor. & hoc probatur per sequens capitulum.

PEtijsti vt cum.] Iste archiepus tria petijt à Papa, scilicet quòd sibi coadiutorem adiungeret, & q eligeret sibi successorem, & q ordinaret eum episcopũ in eadẽ ecclesia, vt sic esset sibi coepus in eadẽ ecclesia. Primũ sibi concedit: quia de iure nõ potuit denegare, cum esset senectute grauatus. Secundum licet esset contrarium ecclesiæ, cõcedit tamẽ ei speciali priuilegio: sicut in articulo mortis eligat eum sibi successorem. Tertium autem q similiter erat contra ius commune, ei ex toto denegat, scilicet vt ipso viuente in ecclesia debeat ipsum ordinare episcopum. Beneuen. vero sic ponit casum. Bonifacius archiepiscop[a] Moguntinus tria postulauit à Zacharia Papa, s. vt coadiutorẽ sibi habere liceret, cum esset senectute grauatus. Secũdum, vt liceret sibi successorem eligere. Tertium, vt in vita sua liceret sibi illum cõsecrare in episcopũ. Sed Zacharias primum, & secundũ sibi concessit: tertium vero concedere noluit. Sed quia littera videtur aliqua antulum discordare, tu aptabis eam ad casum secundum, qđ melius est. [Ordinabis,] id est, facies, & constitues illum episcopum, id ideſt, superiatendentẽ ijs quibus coadiutor debet intendere.

a ¶ Præsentibus.]8. q.1.c.2. contra, sed i-

1 Certe id stud est dispensatio. quod sequitur, ex rex- cet Papa det aliqui tu non habe bus potestatẽ eligẽdi tur cum di- ei prælatum, tamen cit tantum aliorum cõsensus est præsentibus requirendus. sic 21. cuactis, &c. dist. in nouo. 8. q. 1. li- & nihil di- cet. & ff. de ritu nup. ci. de consen generali.

sn, vel sic cõ b ¶ Ministret.] Et ita tinebatur i iste eps erit vicarius forma gra- huius archiepiscopi, tiæ. Arch. vt extra de offi. iud. ord. quoniam in plerisque.

Q Via frater.] CASVS. Io. episcopus Narnien. eccle- CASVS. H. casum istum sic ponit. fiæ adeo simplex erat, q res ecclesiæ ministrare nesciebat. vnde petit à Pelagio quendam presbyterum nomine Cõstitutum in adiutorem. præcepit ergo Pelagius clero illius ecclesiæ, quatenus principaliter Ioanni episcopo, secundario vero illi Constituto obedientiã præbeant competentem: ita vt in nullo eius dispositionibus nesciebat

mitate grauato alius possit subrogari, patenter monstratur. Senectute autem grauato, non successor, sed coadiutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis succedat. Sic c *Augustinus dicitur accessisse, non successisse Hipponensium episcopo.* suæa. c. nõ aũt.

Hinc etiam Zacharias Papa scribit Bonifacio Moguntino archiepiscopo.

¶ Senectute grauato coadiutor est dandus, qui morienti succedat. C. XVII.

PEtijsti, vt cum nostro consulto pro superueniente tibi senectute, atq; corporis imbecillitate, si poteris inuenire alium in eadem sede, in qua præes, pro tui persona debeas collocare. Nos vero, adiutore Deo, consilium præbemus tuæ sanctitati, vt pro salute animarum rationabilium, fautore Christo sedem, quam obtines, Moguntinæ ecclesiæ nequaquam relinquas. Sin vero Dominus dederit iuxta petitionem tuam hominem perfectum, qui possit solicitudinem habere, & curam pro salute animarum; pro tui persona illum ordinabis episcopum; eritq; in Euangelio tibi credito, & ministerio Christi portando in omni loco requirens, & confortans ecclesiam Dei. *Item ad eundem epistola vltima.* ¶ Si eundem diuina voluerit clementia post tui diem transitus superesse, si eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit diffinitum; ea hora qua te de præsenti sæculo migraturũ cognoueris, præsentibus [a] cunctis, tibi successorem designa, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi alijs patimur; quod tibi charitate cogente largiri censuimus. *Item ibidem paulo superius.* ¶ De eo autem, quòd tibi successorem constituere dixisti, vt te viuente in tuo loco eligatur episcopus; hoc nulla ratione concedi patimur; quia contra omnem ecclesiasticam regulam, vel instituta patrum esse monstratur: sed volumus, vt tibi ministret[b], & sit in Euangelium Christi adiutor. ¶ *& infra* ¶ Nimis enim reprehensibile esse manifestũ est, vt te viuente tibi alium substituamus; sed hoc commonemus, vt quamdiu te diuina iusserit clementia superesse; sine intermissione orare non cesses, vt tibi Deus illum succedere concedat, qui ei possit esse placabilis, & populum irreprehensibiliter regere valeat.

¶ *Prior pars huius capituli vsque ad vers.* Item si eumdem *sumpta est ex epistola Zachariæ Papæ, cuius initium est,* Sacris liminibus: *quæ extat Romæ manuscripta in bibliotheca Dominicana; quam etiam edidit frater Laurentius Surius in vita B. Bonifacij, sed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in epistola vltima ex tomis conciliorum.*

Item Pelagius Papa clero Narniensi †.

¶ Non successor, sed coadiutor viuenti episcopo datur. C. XVIII.

†al. Nauariẽsi. †al. Narniẽs

Q Via frater, & coepiscopus noster Ioannes ecclesiasticæ vtilitatis studio suadẽte, & naturæ suæ simplicita-

te [a] laudabili consideratione tractata, ob hoc, quod se ingerenda patrimonij gubernandi cura, vel in disciplina ecclesiastica conseruanda minimè fatetur idoneum: Constituti [b] presbyteri ad hæc explenda sibi exposcit adhiberi personam: vt ea, quæ sunt necessaria, competenti disponente solicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præsenti vobis iussione præcipimus, vt seruata primo [c] in loco episcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit ineulpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad diuini cultus obsequium pertinent, vel quæ ecclesiasticæ vtilitatis peragere cura suaserit, præbeatis obediẽtiam [d] Constituto competentem, in nullo dispositionibus eius spiritu contumaci resultantes: immo competenti vigilantiæ vestræ studio, quæ pro ecclesiastica vtilitate gerenda Constitutus monuerit, adimplentes: vt his ita dispositis, & consueta vobis stipendia ministrentur, & quæcumque in præfatæ ecclesiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis [e] sunt necessaria compleantur.

fu. c. factus. & c. Nouatianus, fu. ea. ficut vir.

Illud vero Cypriani f, *de hæreticis intelligendũ est, qui catholicorum ecclesias sibi vsurpare contendunt.* ¶ *Illud vero Euaristi* g *Papæ tunc intelligendum est, quando nec ineuitabilis necessitas, (persecutorum videlicet) nec* c *Apostolica, aut regularis mutatio, sed ambitio sola episcopum de ecclesia ad ecclesiam transire cogit.* ¶ *Vnde cum in principio sui capituli diceret:* [*Episcopus non debet dimittere ecclesiam suam.*] *subsequenter adiunxit:* [*Absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica, uel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungere.*]

4 *Ambitionis* h *enim causa quicunque ecclesiæ suæ mediocritate despecta ad maiorem ecclesiam transire voluerit, debet reuocari ad propriam* †. *Quod si redire contempserit, careat aliena, & propria.*

f ¶ Illud vero Cypriani.] fu. ea. factus. & c. Nouatianus.

g ¶ Euaristi.] sup ea. ficut vir.

AMBITIONIS. Hęc est 4 pars huius q. in qua probat p 15. auct. quòd nullus sine licentia possit dimittere ecclesiam suã, & transire ad aliam: & si fecerit, reuocabitur. Hoc intelligo in epo, & sup. in alijs autem credo, q possint renunciare si volunt. sup. ead. quàm periculosum, ext. de ser. non ord. eo libentius. aliàs videntur serui. quod falsum est. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicit Grat. q si quis transit causa ambitionis ad aliã ecclesiam, debet reuocari ad suam ecclesiam, & si redire contemnit, aliena carebit & propria. Et ad hoc inducit sequentia capitu.

h ¶ Ambitionis.] Ad hunc enumerat Gratianus causas propter quas fiunt mutationes: & quare clericus amittit ecclesiam suam. Sunt autem quinque causæ mutationum, scilicet causa leuitatis, cupiditatis, necessitatis 2. vtilitatis, humilitatis. Cum causa necessitatis transit, necessitate cessante recuperat ecclesiam, vt inf. ead. pastoralis. Cum causa cupiditatis tranſit, tũc vtra q caret, vt inf. ea. c. eos. & si quis episcopus. sed tñ ecclesia potest eum repetere, vt inf. ead. ca 1. & cogitur tunc redire, vt inf. e. si qui vero. In causa leuitatis est vis aliquanta. H. dicit q idem sit in causa leuitatis, quod in causa ambitionis, quod s. sine admonitione potest priuari si ex causa leuitatis adhæserit alij, nisi prior ecclesia velit eum repetere. si autem non adhæserit alij, aut ecclesia habet eum pro derelicto, aut non. si habet puta si contrahat matrimonium, vel sit miles: tunc potest priuari. Item ſm H. si defuerit per tres septimanas, vel duos menses, & sine iusta causa, & absq; licentia prælati est in studio, vel in peregrinatione in his omnibus sine admonitione potest priuari, vt dicit: honestum tamen est, vt admoneatur, vt infra ea. si quis presbyter. & c. si quis in clero. & extra de coha. cler. & mu. c. si quisquam. verius credo q semper primo admonendus est, vt ext. de appel. peruenit 2 & ter admonẽdus est, vt extra de sen. excom. in audientia. Item arg. ad hoc if. e. q-

Clericus ecclesiam mutet quinque causis.

2 Qđ est cũ pp persecutionem recedit. L.

uanit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenit.extra de elect.non resi.ex parte.& ext.eo.ex tuæ. Nec enim de facili credendũ est aliquem hre ecclesiam suam pro derelicto.extra de renun.super hoc.nec enim ex sola absentia præsumitur habere ecclesiã pro derelicto,cũ põt quis ex iusta causa abesse,vt extra vt lit.non cõte.q̃m frequẽter.si autem nõ inuenitur fiat prout dicitur in illa decreta. ex tuę. De vtilitate patet:q̃a causa vtilitatis transire potest ad aliam ecclesiam auctoritate maioris,vt int.ea.mutationes. Item si cã humilitatis trãsit ad monasteriũ,non potest eam repetere, vt ff.ea. hoc nequaquã. Alio modo ẽt consuerunt quidam distinguere, vt inuenies in illa glosia, cum quis.

¶ Ambitionis.] Cum quis sine licẽtia prælati recedit,de ecclesia, si quidẽ ex causa necessitatis, adhuc eam retinet,vt sup.e. præsentiũ.si ex causa voluntaria,perdit eã. 21.q.2.si quis iã translatus.si autẽ ex vtili causa recedit,non pdit eam, sed punitur alio mõ à iudice.de cons.d. 5. non oportet 2.& 91.dist. clericus. Sed si accedit ad aliam ecclesiam, videtur renunciare primæ 1.vt extr. de pb. de multa. & de concess.præb. litteras. in fi. populus tñ eum si vult repetere potest. inf.c non oportet. Si autem prælatus per tres septimanas abest,per triennium suspendit̃ inf.e. si qs in clero. Si p duos menses,priuatur ecclesia. su.eo. pśentiũ.Si per quinq. annos, deponit.extra de cle. non resi. c. 2. Prælatus vero si diebus solennibus defuerit ab ecclesia: punitur.inf.ea. si quis in clero.immo & clericus si vna hora defuerit 92.dist.c vlt.vbi deponitur.

1 Dic vt no. extra de cle. non resi. ex resi. ex tuæ. & 21.q.1.clerici.& c.relatio. & extra de of. vicar. cap.1./Arch.

NOn oportet.] CASVS. Omnia sequentia c.loquuntur de transeuntibus ambitiosè: quod ab initio semper præsumitur, cum sua auctoritate hoc faciunt. Dẽ ergo hic, q̃ nec episcopus nec presbyter,nec diaconus debet de ciuitate ad ciuitatem transire: & si quis præsumpserit, ecclesiæ suæ restituatur.

2 Et ita hoc ſtatutum est in fauorem ecclesiæ.s.q̃ põt eum repetere, sed nõ cogit eũ recipere.

a ¶ Non oportet.] Hoc c.respicit primam partem.

b ¶ Restituatur.] Ecclesiæ, si ecclesia eum repetit 2.inf. ea.si quis episcopus.& tunc cogitur redire,vt inf.ead.si qui vero.

Ar. 32. q. 1. de benedi. Go.Arch.

PEruenit.] CASVS. Pimenius Amalphitanæ ciuitatis episcopus nou residebat in ecclesia sua: sed foris p diuersa loca vagabatur. Præcipit ergo Gre. Anthemio subdiacono, vt illum admoneat ad ecclesiam suam redire: & si contemnat,detrudat eũ in monasteriũ:& hoc Papæ significet, vt quid sit postea facturus agnoscat.

c ¶ Episcopum.] Episcopus ad plus secundũ iura canonica per sex menses aberit,vt extra de cler.non residen. ex

Et in Aquisgr. c. 43.

Vnde in Nicæno concilio c.15.legitur.

¶ Episcopus,vel quilibet clericus relicta sua ecclesia non debet ad aliam transire. C. XIX.

Anſl.6.c.112. Burc.l.2.c.97. Iuo p. 6. c.174

NOn oportet[a] episcopum,vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare;non episcopus,nõ presbyter,non diaconus transeat. Si quis autem post definitionem sancti, & magni concilij tale quid agere tentauerit, & se huiusmodi negocio mancipauerit;hoc factum prorsus in irritum ducatur,& ecclesiæ restituatur [b],cuius fuit episcopus,aut presbyter,aut diaconus ordinatus.

¶ *Ex duobus codicibus collectionis Anselmi in vno emendatiore caput hocita habet, vt verba hæc.* Quod non oporteat episcopũ, vel reliquos ordines demigrare, *sit rubrica & capitulum hoc modo incipiat.* Vt de ciuitate ad ciuitatem,non episcopus,non presbyter, non diaconus transeat. *In altero vero eadem rubrica est nigris litteris scripta, & est initium capituli, vnde videtur caput hoc esse concinnatum, quemadmodum est apud Gratianum, salua sententia ipsius canonis.*

Item Gregorius Anthemio subdiacono,lib.5. epist.23. siue c.123.

¶ In monasterio deputetur episcopus, qui in ecclesia sua residere contemnit. C. XX.

Anſl.6.c.173

PEruenit ad nos Pimenium Amalphitanæ ciuitatis episcopum [c] in ecclesia sua residere non esse contentum; sed foris per diuersa loca vagari. *& infra.* ¶ Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt supradicto episcopo interminari non desinas, quatenus hoc de cætero facere non præsumat; sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quem si fortè non emẽdari post tuam interminationem [d] cognoueris; in monasterio eum deputare [e], & nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere [f] debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.

Item ex concilio Carthaginensi 5.c.5.

Et in Africano c 83.

¶ Episcopo nulli conceditur principalem cathedram relinquere,& ad aliam ecclesiam se transferre. C. XXI.

Anſl.6.c.176.

PLacuit,vt nemini fit facultas,re-

a ¶ In monasterio.] Ecce quod non licet episcopo, nec presbytero, nec diacono, nec alicui clerico ire de ciuitate ad ciuitatem, nisi ex causa, vt hic dicitur.

b ¶ Restituatur.] Ecce quod ille qui recedit ex causa, non pdit ecclesiam, sed restituitur ei.

c ¶ Episcopum.] Ecce quod episcopus debet residere in ecclesia sua, & non debet ire per diuersa loca.

d ¶ Interminationem.] Ergo admonendus est.

e ¶ Deputare.] Hic subditus suspendit suum prælatum. Præcipit ergo hic Papa, quod subditus suspendat suum prælatum. Et sic 74.dist.honoratus hoc etiam laicus posset.32.distin. Præcipit ergo hic Papa, quod subditus suspendat suum prælatum. Et sic 74.dist.honoratus hoc etiam laicus posset.32.distin. §.verum.& fœmina,vt 2.q.5.Mennam. Sed certè in hoc non erat subditus: quia faciebat hoc ex delegatione domini Papæ. Idem est de alijs. quæ dicitur dist. 32.

f ¶ Facere.] Argu. q̃ si Papa mandat alicui vt excommunicet aliquem, idem non potest eum absoluere, vt arg.27.q.1. si homo. Sed hoc verum est, cum hoc alicui specialiter demandatur. si autem mandetur decisio causæ alicuius iudici, & alteram partem excommunicet, potest illam absoluere.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt nullus prælatus relicta cathedra principali ad aliam diœcesim se præsumat conferre propter propriam vtilitatem suã, curam ecclesiæ posset negligere.

a ¶ Relicta.] Clericus inconsulto episcopo non potest dimittere ecclesiam suam.extra de renun. admonet. & si tran-

licta [a] principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diœcesi [b] constitutam se conferre, vel in re propria diutius quàm oporteat,constitutum, curam, vel frequentationem propriæ [c] cathedræ negligere.

Et in Africano c.41.

Item ex concilio Carthaginensi 5.c.8.

¶ Intercessori, cathedram, cui datus est, tenere non licet. C. XXII.

tal.exempto

CONstitutum [d] est, vt nulli intercessori licitum sit cathedram,cui intercessor datus est,quibuslibet populorum studijs,vel seditionibus retinere: sed dare operam, vt intra annum [e] eisdem episcopum prouideat. Quod si neglexerit,anno expleto † interuentor alius tribuatur.

Item ex concilio Nicæno,c.16.

¶ Excommunicẽtur clerici,qui relicta sua ecclesia ad eam redire noluerint. C. XXIII.

Anſl.7.c.107. Burc.l.2.c.98. Iuo p.6.c.175.

SI quis vero sine respectu agentes,& timorem Dei ante oculos non habentes,neque ecclesiastica statuta custodientes recesserint ab ecclesia sua,siue presbyter, siue diaconus,vel in quocunq; ecclesiastico ordine positi fuerint; hi non debent suscipi in alia ecclesia:sed cum omni necessitate cogantur [f],vt redeant [g] ad ecclesiam suam. Quòd si permanserint,excommunicari eos oportet.

Item ex concilio Antiocheno, c.3.

& in Chalced. ca.20.In Aquisgran.c.71. Anſl.7.c.170.

¶ De eodem. XXIIII.

SI quis presbyter,vel diaconus, vel quilibet clericus, deserta sua ecclesia,ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migrauit, perpetuo manere, vlterius ministrare non debet, præsertim, si ab episcopo suo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quòd si post enocationem sui episcopi,non obedierit, sed inobediens perseuerauerit, omni modo ab officio suo deponi debere,nec aliquando spem [h] restitutionis habere: si vero propter hanc culpam depositum, alius episcopus [i] susceperit tranſit de vna ecclesia ad aliam de eodem episcopatu ibi sufficit tacitus consensus episcopi: quia tacitus dissensus dissoluit matrimonium carnale, vt 33.q.5. qui vxorem.Sed si transfert ad aliam diœcesim: tunc quasi liberatur à patria potestate:quod non potest fieri nisi expresso consensu episcopi.C. de emanc. liber.l.3. & exb ¶ In diœcesi.] Nisi causa visitandi,vt 10. q. 1. placuit.

c ¶ propriæ.] Not.quòd prælatus non debet præponere ecclesiam vtilitatem vtilitati ecclesiæ.& si in hoc passa fit damnum, illud de proprio refarciet. 12.q.4. quicunque

d ¶ Constitutum.] Curam debet habere visitator in electione 2:& ideo prohibetur eligi. ne possit malignari: sicut tutor prohibetur ducere pupillam ante reddita ratiocinia, ne possit malignari. C. de interdict.ma. si tutor. sic nec creditori licet sibi pign? addicere.C.qui bo.ced. possl. 4. Itẽ visitator nõ debet sibi honorem assumere 8.q.1. in scripturis.& sic ratione officij aliquid prohibetur, ut 10.q. 2. hocius porrectum in fi.& ff. de contrahen. emptio.fi in emptione.§. tutor.& est contra regulam illã, q̃ nulli debet suũ officium esse damnosum.extra de fideiuſ forib. peruenit.ff.de fur.si seruus communis. Iste uisitator mortuo episcopo cõstituit: & iste debet admonere clericos vt eligant sututum episcopum,vt 61.dist. obitum.&c.Catinensis.& si plures eligantur, potest examinare,quis sit melior,vt 85.dist.Florentinum. Itẽ custodit reditus ecclesiæ,vt 61.distin. quoniam. Quandoque tamen reditus ecclesiæ custodiuntur ab œconomis, si eos habeat ecclesia, vt 75.dist.quoniam. quidam.

e ¶ Vt intra annũ.] sup.63.dist. obeuntibus.

SI quis vero.] CASVS. Dicitur hic q̃ nullus clericus relicta sua ecclesia debet recipi in aliena ecclesia,sed cogi debet redire: quod si non fecerit, excommunicetur.

2 Et ẽt eleger fm Hug. Alij contra de hoc no.61. dist.obitum. Archid.

Offm qñque est dãnosum

f ¶ Cogantur.] Si ff. de decur.l.1.

g ¶ Vt redeant.] Si ecclesia vult eum repetere 3,ipse tamen non potest.extra de renun. quod in dubijs. 32 q.1. de benedicto.sic 33 q.5.mulier.Sed nonne hodie ipso iure perdit priorem ecclesiam, vt ext. de præb. de multa? Respon.perdit quantum ad se,sed non quantum ad priorem prælatum.

h ¶ Spem.] Ergo restitui non potest clericus depositus ab episcopo,& hoc verum:cum pro crimine deponitur. secus si pro contumacia.50.dist.contumaces.

i ¶ Alius episcopus.] Si ab vno episcopo quis suspendit vbiq; habendus est suspensus,vt hic,& 4.q. 5. quisquis

3 Non tñ cogitur.inf.e.si quis presbyter. & c.si qs eps. fm Hu.

quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia quantum ad officium sententia ius facit. Secus si est suspensus à beneficio. Sed in excommunicato idem est, quia cum sit extra ecclesiam, nihil potest possidere nomine ecclesiæ. 23.q.7.c.2.& 3.& 8.dist. quo iure, & argum. 11.q.3.si quis à proprio. sup. 70. distin. sanctorum. & extra de app. pastoralis. in fi. 1.

H excõicatus nihil pt possidere nõe ecclesiæ.

1 Vbi & hoc in gl. quæ. n. ibi vide. & inf. 32.b.6.p ceptũ. Arch.

E Piscopum.] CASVS. Dicitur, qp nullus episcopus sua auctoritate ad alienam migret ecclesiam, etiam si à populis fuerit violẽter attractus, vel ei ab episcopis suadetur, sed in sua permaneat. Sequentia duo c. plana sunt.

a P Lacuit.] 13.q. 1.c.1.

E Piscopum.] CASVS. Statuitur hic, qp nullus episcopus debet in aliena diœcesi clericos ordinare, vel altaria cõsecrare: quod si fecerit, clerici deponentur: sed altaria manebunt consecrata, & ordinator eps vno anno cessabit à Missarum celebratione.

b ¶ Amotis.] inf. 16. q. 5. c. 1. 9. q. 2. Lugdunen. contra. Sed ibi nomine alterius consecrauit, & ille ratũ habuit, hic nomine proprio, vt 13. q̃. 1. c. 1. vel ibi Dominus ratam habuit ordinationem.

c ¶ Altaris.] Si res inanimata fuerit cõsecrata Dño, non reflituitur, vt 14. q̃. 6. comperimus. secus in re animata. 54. d. frequens. quia alia delinquere põt, sed inanimata non.

Res inanimata consecrata Dño, non est restituenda.

d ¶ Vno anno.] 9. q. 2. nullum. cõtra. vbi pro tali culpa deponitur. Sed istud ex dispensatione.

S I quis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In 1. dicitur, qp si clericus in minoribus ordinibus constitutus non ex iusta causa in diebus solennibus defuerit à sua ecclesia, sin natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, & Pentecoste, triẽnio ab officio suspendatur. In secunda parte dicitur, quòd si presbyter vel diaconus per tres hebdomadas defuerit ab ecclesia, sua, eadem pœnam patiatur. Secunda pars incipit ibi, [Similiter.]

perit, & ipse à communi synodo pœnam merebitur increpationis *, tanquam ecclesiastica iura dissoluens.

* ¶ Increpationis.] *Græce est*, ἐπιτιμίας τοιχάνειν, *quod in alijs versionibus est*, arguatur,, *vel* coerceatur, *vel* puniatur.

Item ex eodem Antiocheno, c. 21.

¶ Non licet episcopo ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire. C. XXV.

E Piscopum de diœcesi ad diœcesim alteram nõ debere transire, neque si seipsum ingesserit, neque si à populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadeatur †: manere autem eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio sortius est, & non ab ea alibi demigrare, secundum regulam super hoc olim à patribus constitutam.

9.q.2. nullum. Burc.l.1.c.72. Iuo p.5.c.179.

† ἀναγκαζόμενον.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 5.

¶ De eodem. C. XXVI.

P Ropter eos episcopos, siue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit definitiones datas à sanctis patribus habere propriam firmitatem.

Item ex concilio Carthaginensi. c. 20.

su. ea. non oportet. ex Nicæna synodo. lib. ca. 6. c. 236. Burc. l. 1. c. 64. Iuo p. 5. c. 173.

¶ Alienæ plebes ab episcopo non vsurpentur. C. XXVII.

P Lacuit [a], vt à nullo episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur in diœcesi collegam suum.

Item Anacletus.

In Aurel. 3. c. 15

¶ Alienos clericos ordinare, & altaria consecrare episcopo non licet. C. XXVIII.

E Piscopus in diœcesim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria irruere non debet. Quod si fecerit, amotis [b] his, quos ordinauit, altaris [c] tamen consecratione manente, transgressor canonum vno anno [d] à Missarum celebratione cessabit.

Item ex concilio Agathensi, c. 64.

¶ Diebus solennibus clericus ecclesiæ suæ deesse non debet. C. XXIX.

ij S I quis in clero [e] constitutus, ab ecclesia sua diebus solennibus [f] defuerit, ideſt, Natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecoste, dum potius sæcularibus † lucris studet, quàm seruitio Dei parere; conuenit, vt triennio à communione suspendatur. ¶ Similiter diaconus, vel presbyter, si per tres g hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

† al. singulari lucro

a ¶ In clero.] Maxime, quia laicis nõ licet. su. de consecr. dist. 1. si quis. & dist. 3. c. nulli.

b ¶ Solemnib.] Immo nullo tempore deerit, vt 91. dist. Eleutherius. & c. clericus. & 93. dist. capi. vlt. Sed quid si plures habet ecclesias vel præbendas? Tunc dicas ecclesiam

f ¶ Solemnib.] Immo nullo tempore deerit, vt 91. dist. Eleutherius. & c. clericus. & 93. dist. capi. vlt. Sed quid si plures habet ecclesias vel præbendas? Tunc dicas ecclesiam

g ¶ Per tres.] Sup. e præsentium. contra. ibi dr de duob. mensibus. Sed ibi factum narrat, hic ius commune. Vel idem est in vtroque dũ tñ absit de licentia superioris, [Similiter.]

R Emoto.] CASVS. Irenęus episcopus per seditionem volebat Barcinonen. ecclesiam retinere: sed Hilarius

Item Hilarius Papa episcopis Tarracon. c. 3.

Ansl. l. 6. c. 109.

¶ Remouendus est episcopus ab ecclesia, cui irrepserit, & ad suam cogendus est redire. C. XXX.

R Emoto [a] ab ecclesia Barcinonensi, atque ad suam remisso Iræneo episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet, obtinere. talis protinus de clero proprio Barcinonensibus ordinetur episcopus, qualem te præcipuè frater Ascani oportet eligere, & decet consecrare: ne si fortè aliter † factum sit, non sine obiurgatione tui maximè nominis retundat nostra præceptio, quod ad iniuriam Dei (à quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum) didicerimus admissum.

†al. similiter

Item Leo episcopus vrbis Romæ & Anastasio Thessalonicensi episcopo, epist. 82. al. 84. c. 8.

Paly. l. 1. tit. 7. Ansl. l. 6. c. 104. Burc. l. 1. c. 74. Iuo p. 5. c. 103.

¶ Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulsus etiam propria careat. C. XXXI.

S I quis episcopus mediocritate ciuitatis suæ despecta, administrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem [b] plebem se quacunq; ratione transtulerit; non solum à cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria: vt nec illis præsideat, quos per auaritiam concupiuit nec illis, quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus sit quisque; nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.

Item ex concilio Meldensi, c. 30.

Burch. l. 3. c. 48. Iuo p. 3. c. 52. Pann. l. 2. c. 45.

¶ Vtraque careat ecclesia, qui contemptu minoris ecclesiæ ad maiorem aspirat. C. XXXII.

S I quis de ordine sacerdotali, contemptu minoris ecclesiæ ambitiosè, & improbè ad potiorem aspirauerit †; canonica erga eum definitio conseruetur; hoc est, vt vtraque careat *.

† al. aspirare tenderit

* ¶ Hoc est, vt vtraq; careat.] *Hæc non sunt in Meldensi impresso, habentur tamen apud cæteros quoque collectores.*

Qui vero pretio ecclesiam vacantem ingressus fuerit, ab officio suo deponendus est, sicut in Rothomagensi concilio legitur.

In capitular. l. 7. c. 206. Burc. l. 3. c. 114. Iuo p. 3. c. 90. Bano. l. 2. c. 49.

¶ Deijciatur à clero, qui muneribus ecclesiam acquirere tentat. C. XXXIII.

S Ancitum est, atque omnibus modis prohibitum, vt si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, vel laico munera dare, vel dedisse, aut aliam pecuniam [c] tribuere, vt alterius presbyteri ecclesiam surripiat, aut ß vacantem pretio redimat; pro hac cupiditate, seu rapina, seu præsumptione turpis lucri gratia deijciatur à clero, & alienus existat à regula.

ß ¶ Surripiat, aut.] *Additæ sunt istæ duæ voces ex Burchardo. Nam vinente presbytero possessore non potest dici vacans ecclesia.*

a Papa præcepit Ascanio Archiepiscopo, vt inde illum remoueat, & ad suã faciat reuerti ecclesiam, & in ecclesia Barcinonensi talẽ faciat eligi, qualẽ deceat illũ cõsecrare: ne si aliter fiat pœnam patiatur, quod in iniuriã Dei factum fuerit. [Retũ dat.] Ideſt, puniat & emẽder, vel corrigat.

a ¶ Remoto.] Ab officio visitationis 2, vel etiam ab ipso episcopatu, quem occupauerat,

1 Hoc iõ dicit, vt tãgat Hilarium.

S I quis.] CASVS. Anastasius Thessalonicensis episcopus factus erat, qui fuit à Leone, quã visitator in pœnam pati debeat ista ecclesia. Barcinonẽ. episcopus, qui minore ciuitate deserta se quem quidã transfert ad maiorẽ volebant ilambitiosè. Et respon lum eligere detur qp suam perde- in episcopũ, re debet, & illã quã alij nolebãt, per ambitionem con pp hoc scicupiuit. Idem est ca- b t Papa mesus sequentis cap. tropolitano, ad suam ecclesiam redi lium digniã. eligi ẽm H.

b ¶ Ad maiorem.] Multo fortius si ad maiorem: quia facilius dispensatur in maiore, & ibi ari quàm in pari. ex- tra de trãsla. licet ad minorem etiam diffi cilius q̃ ad parem. extra de transla. cum ex illo. & est hic præsumptio canonis, ga eo ipso qp tranfit ad maiorẽ, præsumitur esse ambitio potius q̃ leuitas: quia nullus transit ad minorem extra de cler. nõ residen. c. 1.

QVI VERO. CASVS. Dictum est supra de ambientibus. Nunc vero dicit de his qui pretio vacantem ecclesiam ingrediuntur, qui sunt deponendi.

S Ancitũ.] CASVS. Statutũ fuit ī Rothomagensi cõcilio, vt quicunq; pecuniã dederit, vel aliud munus clerico, vel laico pro aliqua ecclesia vacante, ab officio suo repellatur.

c ¶ Aut aliam pecuniã.] Aliã bene dicit, quia quidquid hẽnt homines, peruniẽ nomine censetur. 1. q. 3. per totum.

ADDI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In libro 7. capitularium, c. 206. est verbum, surripiat, *sed deest alterum membrum,* aut vacantem pretio redimat. *Iuo, & auctor Pannormia habent, vt antea Gratianus,* ecclesiam vacantem pretio redimat.

5 *Quod vero communi consilio, atque aliorum vtilitate mutationes episcoporū fieri possunt, & in ecclesiis, à quibus recesserint, eis viuentibus alij substitui valeant, Anterus Papa demonstrat epist. 7. scribens episcopis Bæticæ, & Toletanæ prouinciæ.*

¶ Necessitatis, vel vtilitatis causa episcoporum mutationes fieri possunt. C. XXXIIII.

MVtationes episcoporum scitote communi vtilitate, atq; necessitate fieri licere; sed non propria †cuiusquam voluntate, aut dominatione. Petrus [a] sanctus magister noster, & princeps Apostolorum de Antiochia vtilitatis causa translatus est Romam, vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoq; de quadam parua [b] ciuitate, Apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. Similiter Felix de ciuitate, in qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam, vitamque bonam, quam habebat, [auctoritate huius sanctæ sedis, &c.] communi episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac populorum cōsilio translatus est Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem, nec transfertur [c] de minori ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit; sed aut vi à propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci, aut populi, non superbe, sed humiliter ab alijs translatus, & inthronizatus est. *& infra.* ¶ Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos, & reliquos sacerdotes; sic quoties vtilitas, aut necessitas coegerit, supra dicto modo & mutare, & inthronizare potestatem habet. [non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate, & licentia.] *& infra.* ¶ Alia etenim † est causa vtilitatis, & necessitatis; alia auaritiæ, ac præsumptionis, aut propriæ voluntatis.

Poly. l.1. titu.9. Anſl.6 c.94. Eurc.l.1. c.97. Iuo p.5.c.183. Fann.l.3.c.69.

† *al. non libitu cuiusquā, aut dominatione*

Plura sunt verba in originali.

a ¶ Auctoritate huius sanctæ sedis, &.] *Hæc verba non leguntur in epistola Ameri, neque in Pannormia, neque apud Burch. & Iuonem. Sunt tamen apud Anselmum, & in Polycarp., & vetustis Gratiani exemplaribus. Idem quoque est de verbis illic prope finem capitis,* non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate, & licentia: *quæ propter hanc causam virgulis sunt inclusa.*

Item Pelagius Papa secundus Benigno archiepiscopo, epist. 2.

¶ Causa necessitatis mutationes episcoporum fieri possunt. C. XXXV.

SCias frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis, & vtilitatis; aliud causam præsumptionis, ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat sedē qui non mutat mētem, id est, qui nō causa auaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel suæ delectationis † migrat de ciuitate ad ciuitatem; sed causa necessitatis, aut vtilitatis mutatur

Poly l.1 tit.9. Anſl.6 c.97.

† *al. electionis al. dilectionis*

ADDITIO. Ad idē 18.q.1. si infidelis, in fine. Arch.

QVOD VERO. Hæc est 5. pars qō. in qua probare intēdit, q̄ de licētia Papę ex iusta cā bene possūt fieri mutationes, & q̄ vnus debet esse p̄latus in vna ecclesia. & hoc probat p̄ sex auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Iste §. respicit illum §. su. eod. illud vero Cypriani. vbi facta est mentio de mutatione episcoporum, q̄ posset fieri auctoritate populi, & cōmuni consilio episcoporum. p̄bat hoc vsq; ad §. [Hoc non solum.]

MVtationes.] CASVS. Docet Anterus Papa in hoc capitulo, quod mutationes episcoporum possunt fieri pro cōmuni vtilitate, vel necessitate, & auctoritate sedis Apostolicæ: & hoc probat tribus exemplis, scilicet Petri, Eusebij, & Fœlicis: qui de minoribus locis ad maiora sunt translati; nec dīr illi transire, vel sedem mutare, cum hoc nō faciunt per ambitionem, sed inspecta cōmuni vtilitate, vel necessitate hoc faciunt.

a ¶ Petrus.] 22. dist. sacrosancta.

b ¶ Parua.] Scilicet Vercellina, & regulare est, vt à minori p̄moueatur ad maius, vt 93. d. legimus. in fi ff. de mune & hono. vt gradatim. sed non econuerso.

c ¶ Nec transfertur.] Presumit enim canō locū nō mutari, cum animus no sit mutatus, ſicut virgo censetur, cum non sit animus corruptus, licet corpus sit corruptū. 32.q.5. item ne. sic propter animū bonū iudicat canon etiam iniustum factum bonum. 23.q.8 occidit. & q.7. quod autem. & 32.q. proposito.

Virgo dici potest etiam corrupta.

SCias.] CASVS. Quidā dicebāt, q̄ nec cā vtilitatis, nec causa necessitatis poterunt episcopi mutare sedes, quare Benignus archiepiscopus quæsiuit à Pelagio, vtrum bene dicerent. Et respondet, q̄ non: quia plurimorum vtilitas præferenda est vnius vtilitati vel voluntati. Nec dicuntur isti transire vel mutare, qui hoc non faciunt

Aquil. si quis sumo. ff. de præscript. ver. l. qui seruandarum. aliud tamen videtur in prælato, vt ille semper teneatur præponere vtilitatem ecclesiæ, suæ propriæ vti-

1 De hoc le. & not. su. ea. c. placuit.

litati, vt 12. q. 4. quicunque 1. Cum ergo detrimentum quis patitur pro publica vtilitate, potest suam præponere vtilitatem, 19. q. 2. duæ. 14. di. quod aut. quia ordinata charitas à se incipit. 23. q. 5. si non licet. de pœnit. d. 6. quia vult. Vel dic, quòd quando priuata vtilitas includitur in communi, tunc præponitur communis, vt est in prælatura, vt arg. ff. pro socio. l. actione. §. Labeo. Vel distingue aut vtilitas in acquirendo consistit, aut in damno vitando; tunc secus. vel econuerso.

ADDITIO. De hoc no. ext. de postu. prælat. bonæ. 1. de reg. licet. Arch.

c ¶ Aliud.] Vt su. dist. 6. tellamēum. & extra quod metus causa. sacris.

OMnis.] CASVS. Quidam dicebāt episcopos expulsos à ciuitatib. non esse recipiendos, & in alijs ecclesijs collocandos. itē asserebant, q̄ cā vtilitatis non debebāt mutari de minori ciuitate ad maiorem. Sed docet Pelagius exēplo Dauid eos esse recipiendos, qui si sciret esse peccatum, expulsos à Saule non recepisset. non. n. peccant expulsi, sed potius q̄ cogūt eos fugere. Similiter causa vtilitatis licite fit mutatio de minori ad maiorē & qui cōtradicūt, misericordiā negāt, scilicet qui nolunt mutare. i. mutando tradere episcopum.

Nam † plurimorum [a] vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda est [b]. Aliud [c] est enim mutare, & aliud mutari. *& infra.* ¶ Nam aliud est sponte transire, & aliud est coacte, aut necessitate venire. Vnde non isti mutant ciuitates, sed mutantur; quia non sponte, sed coacte hoc agunt. *& infra.* ¶ Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa necessitatis, vel vtilitatis fieri posse, quoties communis vtilitas, aut necessitas persuaserit.

Idem in eadem epistola Paulo inferius.

¶ Christum negare conuincitur, qui necessitatem patientibus misericordiam non impendit. C. XXXVI.

1. Reg. 22.

OMnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid.] Si ergo pijssimus, aut iustissimus Dauid sciret [d] peccatum esse persecutionem fugientes, & transeuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatem recipere; tales nequaquam reciperet, nec secum teneret, nec in alijs ciuitatibus collocaret. Qui enim persequuntur Domini episcopos, eosque de ciuitatibus ad ciuitates transire compellunt; non eos tantum persequuntur, quantum Dominum nostrum Iesum Christum, cuius legatione funguntur. Nec ipsi in hoc peccant episcopi, quoniā non sponte, sed coacte [e] hoc agunt; sed illi, qui eos persequuntur; nec ipsis episcopis hoc imputari potest, sed illis qui eos hoc agere cogunt. *& infra.* ¶ Qui necessitatem patientibus, ipsum Christum negant, qui est misericordia, & veritas. *& infra.* ¶ Negat misericordiam necessitatem patientibus, qui populis ingentibus diuinis ministerijs †, & non habentibus proprium episcopum, qui eos instruat, causa vtilitatis, atque necessitatis, ex alia ciuitate licet minor [f] sit, in eam, quæ non habet episcopum doctiorem [g], vel vtiliorem [h], melior consilio, non sponte transeuntem, sed maiorum exhortatione mutare †, aut episcopum electum, & persecutionem patientem causa vtilitatis, aut necessitatis inthronizari non permittit.

† *mysterijs*

† *al. quoque*

† *al. mutari*

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 27.

sunt per ambitionem, sed potius mutari. Vnde male dicebant illi qui asserebant episcopos non posse sedes mutare causa necessitatis, vel vtilitatis.

a ¶ Plurimorum.] Illuc potius accedat prælatus vbi plus lucri potest facere, licet maior sit ibi pœna sua, vt infra. c. 1. & hic apparet ratio, quare episcopus non debeat fieri monachus inuito Papa: quia ibi consulit proprię vtilitati tantum, vt 2. q. 7. sancta. sed hic communi & propriæ, quæ duo sunt præferenda propriæ tantum, vt 2. q. 7. sancta.

b ¶ Præferenda est.] Nam cum quis vocatur ad prælaturam, non proponet priuatum commodum communi, vt hic, & 8. quæst. 1. in scripturis, & 16. q. 6. vos autem. Et hoc intelligas cum per publicum non impeditur primatum. aliàs enim suam vtilitatem potest præferre. ff. de iudic. si longius. ff. de arbitr. licet autem. ff. ad legem Aquil. si quis sumo. ff. de præscript. ver. l. qui seruandarum. aliud tamen videtur in prælato, vt ille semper teneatur præponere vtilitatem ecclesiæ, suæ propriæ vtilitati, vt 12. q. 4. quicunque 1. Cum ergo detrimentum quis patitur pro publica vtilitate, potest suam præponere vtilitatem, 19. q. 2. duæ. 14. di. quod aut. quia ordinata charitas à se incipit. 23. q. 5. si non licet. de pœnit. d. 6. quia vult. Vel dic, quòd quando priuata vtilitas includitur in communi, tunc præponitur communis, vt est in prælatura, vt arg. ff. pro socio. l. actione. §. Labeo. Vel distingue aut vtilitas in acquirendo consistit, aut in damno vitando; tunc secus. vel econuerso.

ADDITIO. De hoc no. ext. de postu. prælat. bonæ. 1. de reg. licet. Arch.

c ¶ Aliud.] Vt su. dist. 6. tellamēum. & extra quod metus causa. sacris.

OMnis.] CASVS. Quidam dicebāt episcopos expulsos à ciuitatib. non esse recipiendos, & in alijs ecclesijs collocandos. itē asserebant, q̄ cā vtilitatis non debebāt mutari de minori ciuitate ad maiorem. Sed docet Pelagius exēplo Dauid eos esse recipiendos, qui si sciret esse peccatum, expulsos à Saule non recepisset. non. n. peccant expulsi, sed potius q̄ cogūt eos fugere. Similiter causa vtilitatis licite fit mutatio de minori ad maiorē & qui cōtradicūt, misericordiā negāt, scilicet qui nolunt mutare. i. mutando tradere episcopum.

d ¶ Sciret.] Arg. q̄ eo ipso videtur aliquid bonum & iustum, q̄ à bono factum est, 37. dist. qui de mensa, & 9. q. 2. Lugdunensis.

e ¶ Coacte.] Precibus superiorum. sic su. ea. qualiter. vt enim, quòd non possit cogi, vt 74 dist. vbi. vel dic, q̄ potest quis cogi, vt de nolente fiat volens 2, vt 23. q. 4. displicet, & 74 dist. placuit. Papa tamen absolute potest aliquem cogere, vt 9 q 3 per principalem.

f ¶ Minor.] Sed nunquid tenetur minor populus suum epm maiori concedere cum nemo cogatur de suo beneficium facere. 10. q. 2. precariæ? Respoo. sic, si alium potest habere æque idoneum 3. vel loquitur in eo casu cū ibi magis vtilis erit, vt ff. locati domo.

g ¶ Doctiorē.] Oīa comparatiua positiue hic ponuntur.

h ¶ Vel vtiliorem.] Scilicet illis.

1 Hoc no. su. 1. q. 6. sicut, ibi videas.

3 Arg. ff. sol. matr. l. 2. in pri. ff. de eui. in creditore. cum suis similibus. Ioā. de Fant.

Episco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPiscopus.] CASVS. Constituit Carthaginen. concilium, ꝙ nec episcopus, nec clericus inferioris ordinis transeat de loco ignobili ad nobilem per ambitionem, sed si vtilitas exegerit, episcopus transeat auctoritate Papæ, & in præsentia synodi, de cætero clericorum & laicorum porrecto episcopis pro eo ꝙ dẽt trãsferri. Alij vero clerici transferuntur de voluntate suorum episcoporum.

a ¶ Gradus.] Quod verum est de ijs qui subsũt episcopis nullo mediante, vt 71. dist. clericos. & extra de renun. admonet, sed si alijs subsunt, vt abbatib. vel alijs eorum consensus requirendus est, vt 54. dist. c. 1. & 2. & 9. q. 3. conquestus. & 63. di. quanto. Quid si clericus non vult transire de minori ad maiorem? Dico, ꝙ non potest cogi ab episcopo, quia nemo cresce re cogitur inuitus. 74. dist. gesta, & 63. dist. quanto. hoc autem Papa potest. Sed si ad alium episcopatum vocatus est episcopus, necessarius est consensus episcopi. 71. dist. per totum. 85. dist. Florentinũ. Ioãnes. Ego credo 1. ꝙ episcopus potest cogere clericum vt trãseat ad maiorem locum, cum maiora facere possit, vt extra de excess. prælat. sicut. & ad hoc facit extra de æta. & qualit. quæris.

Clericus an possit per epũm cogi transire ad maiorem ecclesiam.

b EPiscopi.] ¶ In gradu.] Idest, honore.

c ¶ Inuitẽtur.] Aliàs nõ licet. 9. q. 2. nulli⁹. & 6. q. 3. scriptum.

SIcut alteri⁹ vxor.] CASVS. Hoc c. dividitur i tres partes. In prima dr, ꝙ sicut vxor alicuius nõ debet cognosci vel disponi nisi à proprio viro; ita ecclesia, vel parochia epi non debet iudicari vel disponi nisi à proprio episcopo: & sicut vxor (vt dicit Apostolus) mortuo viro suo potest nubere cui vult: ita defuncto episcopo ecclesia potest alteri concedi. In secunda parte dicitur, ꝙ si episcopus non potest permanere in sua ecclesia, fugiat ad aliam. hoc probat auctoritate Christi. In tertia parte dicitur, ꝙ episcopus causa vtilitatis & fratribus inuitantibus potest mutari: sed hoc cum auctoritate sedis Apostolicæ fiat. Secunda pars incipit ibi, [Si vos persecuti.] Tertia ibi, [Si autem vtilitatis.]

¶ Non ambitione, sed synodali auctoritate, de ecclesia ad ecclesiam episcopus transeat. C. XXXVII.

Iuo p.5.c.125. Pann.l.3.c.79.

EPiscopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionẽ non transeat: nec quisquã inferioris ordinis clericus. Sane, si vtilitas ecclesiæ fiendum popoposcerit, decreto pro eo clericorum, & laicorum episcopis porrecto in præsentia synodi transferatur; nihilominus alio in locum eius episcopo subrogato. Inferioris vero gradus [a] sacerdotes, vel alij clerici concessione suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare.

Item ex eodem Carthaginensi 4. c. 33.

¶ In proprio gradu episcopi, vel presbyteri in aliena suscipiantur ecclesia. C. XXXVIII.

EPiscopi vel presbyteri, si causa visitandi ad ecclesiam alterius episcopi venerint, in gradu [b] suo suscipiãtur; & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem consecrandam inuitentur [c].

Item Calixtus Papa omnibus Galliarum episcopis, epistola 2.

¶ Ecclesia vnius episcopi ab alio disponi non debet. C. XXXIX.

Pol.l.1. tit.81. Ans.l.6. c.103. Burc.l.3. c.49. Iuo p.3. c.53. & p.5. c.101.

SIcut alterius vxor nec adulterari ab aliquo, vel iudicari [d], aut disponi, nisi à proprio viro, eo viuente, permittitur; sic nec vxor episcopi †, quæ eius ecclesia, vel parochia indubitanter intelligitur, eo viuente, absque eius iudicio & voluntate alteri † iudicari, vel disponi, aut eius concubitu frui, idest, ordinatione, conceditur. Vnde ait Apostolus: [Alligata est vxor legi, quamdiu vir eius viuit: eo vero defuncto, soluta est à lege viri.] Similiter & sponsa episcopi (quia sponsa vxor que eius dicitur ecclesia) illo viuente ei est alligata: eo vero defuncto soluta est: [Et cui voluerit, nubat, tantum in Domino.] Idest regulariter [e]. Si enim eo viuente alteri nupserit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, si alteram sponte duxerit, adulter existimabitur, & communione priuabitur. Si autem persecutus fuerit in sua ecclesia; fugiendum illi est ad alteram, eique est associandus, dicente Domino: [Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] Si autem vtilitatis causa fuerit mutandus, non per se hoc agat, sed fratibus inuitantibus, & auctoritate huius sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed vtilitatis, aut [a] necessitatis.

† al. episcopi, vel presbyteri

Rom. 7.

Ibidem.

Matt. 10.

† al. Squillacen.

Ioan. diac. l. 3. c. 17.

1 Et male. in prædica. c. gesta. fm H. & L. sed compelli põt à Papa solum vt su. dr fm L. & H.

Probatio q sit per suum contrarium. est optima.

i ¶ Sola

i ¶ Sola est.] Idest, necessaria, sic sup. dist. 8. c. si solus.

Clericus inuito epō nō fit epūs, sed bene monachus.

f ¶ Inuitus.] Argu. quòd remunerari non debemus de eo quod inuiti facimus, vt 13. q. 2. quam præposterum. 20. q. 1. illud. & 32. q. 5. ille.

g ¶ Inobedientia.] In hoc patet quòd inobedientia æquiparatur hæresi, vt dixi 24. q. 1. in fin.

petenda. sed si propter necessitatem imponitur. est suscipienda pro plurimorum utilitate: ita tamen, ut ex toto contemplatio non deseratur. Secunda pars incipit ibi, [Itaque à studio cognoscendæ.]

a ¶ Qui episcopatū.] Id est, episcopari, id est, præesse vt prosit,

patum [a] desiderat, bonum opus desiderat.] Exponere voluit, quid sit episcopatus: quia nomen est operis, non honoris. Græcum est enim atq; inde ductum vocabulum, quòd ille, qui præficitur eis, quibus præficitur, superintendit, curam eorum, scilicet gerens. ἐπί, quippe, super; σκοπος vero, intentio, est. Ergo episcopos α, si velimus, latine superintendentes possumus dicere: vt intelligat non se esse episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse. Itaque [b] a studio cognoscendæ veritatis non prohibetur, quo ad laudabile pertinet otium. Locus vero superior, sine quo regi populus non potest, & ita teneatur, atque administretur, ut decet; tamen non decenter appetitur [c]. Quamobrem otium sanctum quærit charitas veritatis: negotium iustum suscipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nullus imponit percipiendæ, atque intuendę vacandum est veritati: si autem imponitur; suscipienda est propter charitatis necessitatem: sed nec si omnimodo veritatis delectatio deserenda est; ne subtrahatur illa suauitas [d], & opprimatur β [e] iusta necessitas.

de procu. l. quæ omnia.

c ¶ Appetitur.] Argu. q aliquis seipsum nō debet eligere si potestas in eum sit trāslata sup. e. in scripturis. & 16. q. 1. uos autē. q a inter conferentem & eū cui confertur, erit distantia, ut extra de bapt. debitum. simile extra de iure patro. per nostras, & extra de institu. cum ad nostram. tamē potest se coeligere, ut extra de elec. cum in iure.

Eligere seipsum nemo potest.

d ¶ Suauitas.] Contēplationis.

e ¶ Et opprimatur.] Id est, ut cōtemplatio eum penitus non impediat, q forte nimis vult esse intentus cō templationi.

α ¶ Episcopos.] *Apud sanctum Augustinum, & Anselmum legitur, ἐπισκοπειν,* si velimus latine, superintendere possumus dicere.

β ¶ Opprimatur.] *In originali est,* & opprimat ista necessitas: *sed ob gloßam non est emendatum.*

Item Petrus.

¶ Pro ingenio dicentium doctor moderetur verba doctrinæ. C. XII.

In epist. 1. Clementis ad Iacobum.

3 OPortet eum, qui docet, & instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio [f] discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue apprime [g] esse eruditus, & doctus [h], irreprehensibilis, maturus, pauidus †[i]: sicut ipsi probastis † fore [k] hunc Clementem post me.

† al. impauidus.

† al. habilis.

Item eiusdem.

¶ Qui omnibus præest, singulos releuare contendat. C. XIII.

CLemens, tanquam qui omnibus præesse te noueris singulos, prout potueris, iuua [l]; & singulos releua [m] qui & singulorum onus & solicitudinem portas.

In commen. ad ea verba [& cōstitutas per ciuitates.]

Item Hieronymus ad Titum, c. 1.

¶ Contra Christum faciunt, qui gratia, non meritis gradum ecclesiasticum tribuunt. C. XIIII.

Luc. 10

QVi nos spernit, me spernit. Ex quo manifestū est eos, qui Apostoli lege cōtempta, ecclesiasticum gradum non merito uoluerint alicui deferre, sed gratia; contra Christum facere: qui qualis in ecclesia presbyter constituendus sit, per Apostolum suum in sequentibus executus est.

f ¶ Pro ingenio.] Simile 43. dist. si rector.

g ¶ Apprime.] Id est, ualde.

h ¶ Et doctus.] Quæ sacerdotes uel episcopi scire debeāt habes 38 distinct. nulli &c. seq. sufficit tamē mediocris scientia, vt ext. de elect. cum nobis.

i ¶ Pauidus.] Id est, timens peccare.

K ¶ Fore.] Id est, futurum esse.

l ¶ Iuua.] Largus enim erit. 86. dist. Iracrem.

m ¶ Releua.] Ar. iudicē potius debere seruare

Universidad de Deusto
Biblioteca

uare misericordiam, quam rigorem 1, vt 45. dist. licet. & 50. dist. ponderet. in fine, quia statim non debet punire, sed tenetur sæpius remittere, vt 45. dist. in licet. & 26. q. 7. alligant.

Licet. [CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q̃ electio prælati fieri debet in præsentia populi, ne aliqua postea retractatio fiat, & vt sciant omnes quis sanctior & melior ad episcopatum eligitur. Et hoc probatur exemplo Moysi, qui in electione Iosue totam congregauit synagogam, & auctoritate Pauli. In secunda parte dicitur, q̃ congregare synagogam suus populum est, qñ prælatus & electus congregat oẽs uirtutes animi simul & sensus, & bonas cogitationes, scientiam, & bonos mores, vt ille electus intra se conferens intelligere possit quid sit pontifex, quid unctio quid indumenta episcopi. Secunda pars incipit ibi, [Ego tamen.]

a ¶ Præcepisset.] Ar. q̃ qñque licet iudici excedere fines mandati, dum tamẽ alia sententia nihil contineat iniqui. arg. ext. de sent. & re iud. cau fam. Nam qui datur ad eligendum potest postulare, ut extr. de elec. in causis 2. & de renun. post translationem. in princ. Et procurator datus ad rem vendicandã, põ agere ad exhibendum. ff. de pc. ad rem mobilẽ. sufficit. n. quòd fiat id quod est vicinum mandato; licet ipsum non fit mandatum, vt ff. de iud. sol. iam tamen. §. vlt. ff. mand l. vlt. Item arg. quod licet contradicere rescripto vel mandato principis quandoq. extra de off. deleg. ex parte. quia licet mandet soli epo, q̃ det alicui præbendam: tamen non facit hoc sine consensu canonicorum, vt no 7. q. 1. petisti.

Electio facta. de bono an ualeat ubi melior est.

b ¶ Præsentia populi.] Sup. dist. 63. plebs Diotrensis. & c. nosse & c. vlt. & sup. 1. q. 1. ordinationes.

c ¶ Qui præstantior.] Hic comparatiua temperat H. secundum eum sufficit q̃ bonus eligatur. est autem aliqs bonus eo ipso q̃ non est malus, vt extra de præsumptionibus. & ff. de leg. 2. cum pater. §. rogo. nec enim maior bonitas vnius alijs debet facere præiudicium, vt 3. q. 9. nec esse. & 1. q. 1. tenuimus. & C. de ll. n. & imag. l. vlt. Si autem aliquis de alia ecclesia eligitur, ipse debet optimas esse: sicut si tutor de eadem ciuitate sumitur, satis est si est bonus: si de alia, tunc erit optimus. ff. de tuto. & curat: diuus. Alij dicũt, meliorem semp esse præferendũ. vnde si pauciores volunt eligere optimũ, maior pars minus bonũ, si minor pars appellat, tenet eorũ appellatio. nam iustam causam assignant, vt extra de his quæ fiũt a maio. parte. c. cũ in cunctis. sed si illi elegerint, cessãte eorũ electio, cura semper optimum debuerunt eligere, vt 61. di. metropolitano. 61. dist. nec emeritis. 75. dist. cap. vlt. 74. dist. episcoporum. non obst. 16. q. vlt. quare erit electio cassanda? nam appellatio non debet cassare nisi ea quæ iniuste facta sunt. ext. de rest. spol. audita. & ext. de elect. cum nobis. Item si bonus iuste potest eligi, ergo contra illam electionem non admittitur appellatio: quia contra ea quæ perpetuo decreto sancita vel statuta sunt, non admittitur appellatio. ff. de appellat. recti. vel non. l. pen. & vlt. non enim est quærendũ de meritis personæ, cum maior sit numerus ex una parte quã ex altera, vt extra de elect. dudum. sic vides in similibus. semper de eadem ecclesia debet prælatus eligi. si tñ maior pars eligat de ecclesia aliena, licet post appellationem prælect electio maioris partis, cum altera pars ne minuẽ eligit, vt ext. de elect. cum inter. R. imò ex aliorum opinione sequeretur, q̃ quilibet peccaret bene faciẽdo quia bene posset meliorem rẽ facere: & magister peccat in legendo, quia posset melius facere. f. orare.

d ¶ Populo.] Ergo in his quæ publicè facta sunt nõ potest contradici. 54. d. nulli. 87. d. fi expositus. 16. distinct. quo dicitis. & cum in principio electionis, qui s consentit, postea non auditur contradicens, sup. dist. 4 in istis. & in fine. q. 2. dilectissimi.

e ¶ Retractatio.] Per hoc videtur, q̃ populus possit retractare electionem, quæ fit in eius absentia, cum excipere possit contra electum, vt 23. d. illud. cum eis inuitis non fit dandus episcopus, vt 63. d. c. vlt. Sed hoc non cẽsedo, vt dixi 61. dist. c. 1.

f ¶ Pontifex.] Vel eius officium. 36 dist. si quis vult.

g ¶ Quid indumenta.] 43. d. fit rector differetus.

Si ergo.] CASVS. Probat Hiero. in hoc c. q̃ nulli licet sibi eligere successorem. argu. à minori, quia si non licuit Moysi, qui tantus erat, multo minus licebit alijs, nisi Deus alicui aliquid reuelaret, sicut fecit Moysi, qui de præcepto Domini Iosue coram populo sibi

a ¶ Quis erit.] Argu. q̃ non licet minori quod maiori non licet. 22. q. 5. si Paulus.

b ¶ Clamoribus.] Sic ergo electio, quæ fit ad clamorem populi, non valet, vt hic, & extra de elect. Ofius. & est simile. C. de pœ. l. decurionum fic 22. q. 4. vnusquisque 1. qui enim ad clamorẽ populi manumittit aliquẽ, vt coactus manumittere. C. qui manumit. n. pos. l. 2. & ff. qui & a quib. si priuatus. Quandoq. ad vocem populi aliquid fit. 28. d. de Syracusanæ. 50. d. contueretur. attamen ad clamorem populi remittitur alicui pœna. ff. de fica. l. penul. De hoc no. 62. dist. miramur.

c ¶ Qui se idoneũ.] Ar. nullus pt se eligere su. ea. i scripturis. d ¶ Acclamatio.] su. c. proxi. cõtra. Sed ibi bonũ testimonium populi auditur: hic vero strepitus negatur. 5. q. 4. in loco.

Nec nouum.] CASVS. Neapolitani non solum discordabant in electione archiepiscopi sed et eligebat aliquos nõ cõsiderata bonitate, sed potius amore & cõsãguinitate. quare Gregorius scribit eis dicẽs non esse nouum, nec reprehensibile vota eligentium se in duas partes diuidere: sed tunc est reprehensibile cũ electio non proueniat ex iudicio, sed ex fauore.

e ¶ Nec nouum.] Simile 63. dist. nosse q̃ quot sunt homines, tot sunt sententiæ, quot sunt sententiæ: tot sunt opiniones, inf. de consec. distinct. 4 sicut in sacramentis. & ff. de recep. arb. item si vnus. §. principaliter.

f ¶ Nec reprehensibile.] Si non est reprehensibile, quare ergo cassatur electio, quæ bis in schismate; vt extra de elect. quia 2.

CVM AVTEM. CASVS. sup. in hoc c. si ergo dictum est, quem Deus elegit, de quo colligitur à sensu contrario: quòd aliquando traditur dignitas illis, quos non elegit Deus, vt in f. c. proxi.

Adoque dat Deus malos plato propter peccata populi. & hoc probat per cap. illud & sequens. Io. de Fan.

Electio ad clamorẽ populi non debet fieri.

1 Vbi de hoc. & 7. q. 5. sunt qui opes, i prin. ibi videas.

2 Dic q̃ tũc nõ est reprehensibile cũ vtraq; pars moueat bono zelo. ar. 65 dist. ca. 1. 70. dist. fi duo. Arch.

Item ex libro Numerorum.

¶ Populi gubernatio diuina electione præstetur. C. XVI.

Si ergo tantus ille, ac talis Moyses non permittit † iudicio suo de eligendo principe populi, de constituendo successore; quis erit a, qui audeat, vel ex plebe, quæ sæpè clamoribus b † gratiam, aut ad pretium fortasse excitatis moueri solet, vel ex ipsis etiam sacerdotibus, quis erit, qui se idoneum c ad hoc iudicet, nisi si cui oranti, & petenti à Domino reueletur? sicut & Deus dicit ad Moysem [Assume ad temetipsum Iesum filium Naue hominem, qui habet spiritum Dei in semetipso, & impones manus tuas super eum: & statues eum corã Eleazaro sacerdote: & præcepta ei dato in conspectu totius synagogæ, & præcipe de ipso coram eis: & dabis claritatem tuam super illum, vt audiant illum filij Israel.] Audis euidenter ordinationem principis populi tam manifestè descriptam, vt penè expositione non egeat? Nulla hic populi acclamatio d, nulla cõsanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio est. Propinquis agrorum, & prædiorum relinquatur hæreditas. Gubernatio populi illi tradatur, quẽ Deus elegerit; homini scilicet tali, qui habet, sicut scriptum audistis, in semetipso spiritum Dei, & præcepta Dei in conspectu eius sunt, & qui Moysi valde notus, & familiaris sit: ideſt, in quo sit claritas legis, & scientia, vt possint eum audire filij Israel.

† al. permittitur.

† al. aut gratia, aut pretio fortasse excitata.

Num. 27.

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanus, lib. 8. epist. 40.

¶ Non ex fauore, sed ex iudicio debet venire electio. C. XVII.

Nec nouum e, nec reprehensibile f est in eligendo episcopo populi se vota in duas partes diuidere: sed grue est quando in huiusmodi causis non ex iudicio, sed ex solo fauore venit electio:

Anſl 6. c. 9. Poly. l. 2. tit. 1.

sup. si ergo.

Cum autem gubernatio populi ei tradi iubetur, quem Deus elegerit; datur intelligi, quòd aliquãdo quibusdam traditur, quos Deus non elegit.

Origenes hom. 4 in lib. Iudicũ. & glosſa ordi. ad. c. 4. Iudic.

Vnde Hieronymus.

¶ Non ex arbitrio Dei aliquando datur princeps ecclesiæ. C. XVIII.

4 Vdacter fortassis aliquid dicimus: tamẽ quod scriptum est, dicimus. Non semper princeps populi,

† al. populo

sibi successorem elegit. Et hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, q̃ gubernatio populi tali debet concedi, qui spiritum Dei in se habeat, & præcepta Dei in conspectu suo, & qui sit notus & familiaris Moysi, id est, Deo, & instructus in lege Dei, Secunda pars incipit ibi, [Gubernatio populi.]

Origenes ho. 6. ad c. 8. Leuitici

Item Hieronymus in libro Leuitici.

¶ *In hoc & duobus sequentibus capitibus pro Origine citatur B. Hieronymus harum homiliarum interpres. Quod cur fieri potuerit sup. dist. 36. c. si quis est adnotatum.*

¶ Ad sacerdotium non eligatur, nisi qui cæteris & sanctior, & doctior habetur. C. XV. *Leui 8.*

Licet ergo Dominus de constituendo principe præcepisset a, & Dominus elegisset; tamen cõuocatur etiã synagoga. Requiritur enim in ordinãdo sacerdote & præsentia populi b: ut sciant omnes, & certi sint, quia qui præstantior c est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni uirtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium, & hoc astante † populo d: ne qua postmodum retractatio e cuiquam, ne quis scrupulus resederit. Hoc est autem, quod & Apostolus præcepit in ordinatione sacerdotis dicens: [Oportet autem illum, & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt.] Ego tamẽ, & amplius aliquid uideo in eo, quod dicit, [quia conuocauit Moyses omnem synagogam:] & puto, quòd conuocare synagogam hoc sit, colligere omnes animi, & in unum congregare uirtutes: ut cum sermo de sacerdotalibus sacramentis habetur, uigilent omnes animi uirtutes, & intẽtæ sint, ut nihil in eis sapiẽtiæ, nihil scientię, nihil desit industriæ: sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum: ut quid sit pontifex f, quid unctio, quid † indumenta g eius, conferens intra sacrariũ cordis sui, possit aduertere.

1. Tim. 3

† al. atteſtãte

† al. quæ

a Vbi & hoc & 61. distin. nullus in gl. 2. in fin. & 22. q. 4. innocens, in fine.

Principis mandato. cõtradicere licet.

Secundũ. E. cuius fuit tota ista glo. usque. ibi, magis, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CASVS. Hieronymus docet in hoc c. q̃ prælatus ecclesiæ quandoque datur bonus: q̃sque malus pro meritis subditorum Et probat exemplo Saulis, qui non fuit electus Deo iubente, sed prout mala merita populi exigebantur, fuit electus Deo permittente. Elegerat permittendo, & elegerat q̃ Samuelem ad instantiam populi petẽtis. Fieri iusserat, non secundum voluntatem Dei spontaneam, sed extortam.

a ¶ Arbitrium.] Approbatũ, ne sit cõtra 1f.23 q.1. qd culpat. vbi dicitur, q̃ nõ est potestas nisi à Deo iubente vel finente, 26.q.5. nec mirũ, sed non approbat 1, sed q̃mittit eos regnare. ſi.6.q.1.ex merito.

b ¶ Et non per me.] comprobantem, sed tamen iubentem. Et ita est argu. q̃ q̃sque aliquid iubemus qd non approbamus. & est arg. cõtra ea q̃ q̃ improbitatem obtinentur, q̃ illa dicunt fieri inuito dante, vt extra de rescript. ſi quando. & C. de po. bo. subla. l.1 & 7.q.1. scias, vbi hẽs, q̃ qui iuitus aliquid facit, potius dicitur pati q̃ facere, vt sup.d.6. testamentum.

c ¶ Per cõsilium.] Id est, approbationem.

SVnt in ecclesia.] CASVS. Augustinus dicit, q̃ quidam prælati sunt in ecclesia, qui seruiunt Deo non propter Deum, sed propter temporalia cõmoda, qui magis dicendi sunt mercenarij, quàm prælati. Et ita datur intelligi, quòd Deo tantum permittente tales eliguntur. Sequẽs ſ. per se patet.

d ¶ Propter hæc.] Argu. pro re temporali non esse seruiendũ alicui, nisi secundario, vt 75.distin.cap. vlt. & 61.distin. quid proderit. & 74.dist. consuluit. & 59.dist. c. ſi officia.

ILlud.] CASVS, q̃dam putabãt se esse vel effici meliores eo ipso q̃ eligebantur ad episcopatum: sed Hieronymus dicit, q̃ propter hoc non sunt meliores. & ostendit, quod si quis scit se esse indignum, non debet recipere dignitatem: quia quanto potentior est, tanto magis punietur. Et quòd indignus dignitatem recipere non debeas probatur exemplo patris, qui propter delicta filiorum repellitur à dignitate.

e ¶ Meliores.] Arg. q̃ non plus debet pro aliquo præsumi ideo quia habet dignitatem. 40. distin. non loca. & c.

1 Scilicet omnem potestatẽ: quia aliqua est mala. sed tñ permittit Deus regnare eam pp peccata populi. Vnde Job. Facit Deus regnare hypocritã pp proteruitatem populi, subintelligitur puniẽdam vel vindicandã ſm H. & Lau.

& ecclesiæ iudex per Dei arbitrium [a] datur: sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini; dantur nobis principes secundum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi namq; quod Dominus dixit: [Fecerunt sibi regem, & non per me [b]: principem, & non per consilium [c] meum.] Et hoc dictum videtur de Saul illo: quem vtique ipse Dominus elegerat, & regem fieri iusserat. Sed quoniã non secundum voluntatem Dei, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus; negat eum cum sua voluntate, vel consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in ecclesijs fieri: quòd pro meritis populi, aut in verbo, & opere potens à Deo tribuitur rector ecclesiæ: aut malignum faciat populus, in conspectu Domini [α]; talis ecclesiæ iudex datur, sub quo famem & sitim populus patiatur; non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini.

Oseæ 8.

Amos 8.

α ¶ Domini.] *In vulgatis sequebatur, & tales perseuerent, quæ sunt inducta auctoritate manuscriptorum, homiliæ ipsius, & glossæ ordinariæ. In vno autem manuscripto sunt glossa interlinearis.*

Item Augustinus tractatu 46. ad c.10. Ioannis.

¶ Non sunt filij, sed mercenarij, qui honorem ab hominibus appetunt. C. XIX.

SVnt in ecclesia quidam præpositi, de quibus Paulus apostolus dicit: (Sua quærentes, non quæ Iesu Christi. Quid est, (sua quærentes?) non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præposito, & propter hæc [d] seruitur Deo; quisquis talis est, mercenarius est; inter filios se non computet.

Aug. l.7.c.146. Phil. 2.

Non ergo qui præficiuntur, semper cæteris meliores intelliguntur.

Vnde Hieronymus ad Titum, c.1.

¶ Ex electione non præficiuntur episcopi, sed comprobantur. C. XX.

ILlud inferendum est aduersum eos, qui de episcopatu intumescunt, & putant se non dispensationem Christi, sed imperium consecutos: quia non statim omnibus his meliores [e] sint, quicumque episcopi non fuerint ordinati, & ex eo, quòd ipsi electi sunt, se magis existiment comprobatos: sed intelligant propterea quosdam à sacerdotio remotos; quia eos vitia liberorum impedierint. si autem peccata filiorum iustum ab episcopatu prohibent [f]; quan-

In cõm. ad cũ locũ] Siquis etiã sine crimine.]

2 Sed nõ facit pro hoc cũ propter ar. 24.q.1. c. Tales

& c. multi. & 2.q.7. quæritur. & dist.9. ergo solus. arg. contra 11.q.3. absit. & 61. dist. miramur. in fi.

f ¶ Prohibẽt.] pp negligẽtiam 2, vt in.47. dist. §. necesse.

QValis.] CASVS. Dicitur hic, q̃ non solum episcopi, presbyteri, & diaconi, sed etiam quilibet clericus inferioris ordinis debet præcellere laicos in sermone, & vitæ cõuersatione: quia vbi laici sunt meliores, nulla potest esse ædificatio.

a ¶ Ma-

to magis vnusquisque considerans, & sciens, quia potentes potenter tormenta patietur, retrahet se ab hoc, non tã honore, quàm onere, & aliorum locum, qui magis digni sunt, non ambiet occupare.

In comm. ad locum] Nemo te contemnat.]

Item eiusdem ad Titum. c.2.

¶ Pro gradu sui officij quemque meliorem esse oportet. C. XXI.

QValis enim ædificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse maiorem [a]? Vnde nõ solum episcopi, presbyteri, & diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum, cui præsident conuersatione, sermone, & scientia præcedant; verum etiam, & inferior gradus, exorcistæ, lectores, æditui, acolythiæ, & omnes ominino, qui domui Dei seruiunt: Quia vehementer ecclesiã Christi destruit, meliores [b] laicos esse, quàm clericos.

α ¶ Acolythi.] *Est hæc dictio in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, quæ tamen apud B. Hieronymum non legitur.*

In comm. ad ea verba [Sed hospitalem.]

Item ad Titum, c.1.

¶ Populus iudicabit episcopum sua officia non agentem. C. XXII.

Matt. 12

VEreor [c], ne quomodo Regina Austri veniens à finibus terræ audire sapientiam Salomonis iudicatura [d] est homines temporis sui, & viri Niniuitæ acta pœnitentis ad prædicationem Ionæ condemnabunt [e] eos [f], qui maiorem Iona saluatorem audire contemserunt; sic plurimi in populis episcopos iudicent [g] subtrahentes se ab ecclesiastico gradu, & ea, quæ episcopo non conueniunt exercentes.

Item Ambrosius in increpatione ad populum, ser.83.

¶ Qui clericos suos non corrigit, populum corrigere non valet. C. XXIII.

QVid autem ego vos arguo, cum possitis me vno sermone conuincere [h]? conuincor enim, cũ in hac parte clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim possum corrigere filios, cum fratres [i] emendare non possim? aut qua fiducia succensem [k] laicis, cum à consortibus pudoris verecundia conticescam? Ego autem fratres non de omnibus loquor: sunt certe quidam deuoti, sunt & alij negligentes. Ego neminem [l] nomino: conscientia sua vnumquemque conueniat.

Simile quidam auctor operis imperf. in Matth. hom. 40.

Item Beda super Matthæum.

VEreor.] CASVS. Dicit Hieron. se timere ne plures laicorum iudicent episcopos male sua officia exercẽtes per cõparationem melioris uitæ, sicut regina Austri, q̃ uenit de finibus terræ audire sapientiã Salomonis, iudicatura est homines sui temporis in die iudicij comparatione melioris uitæ, & Niniuitæ conuersæ ad prædicationẽ Ionæ, iudicaturi sunt illos Iudæos, q̃ Chĩm maiorem Iona contemserunt.

c ¶ Vereor.] Id est, uerecundor.

d ¶ Iudicatura.] Nõ potestate iudicij 1, quia illud fœminæ non habent. 3.q.5.§. tria. ff. de regulis iur. l.2.

1 Dicas iudicaturam in die iudicij compationem melioris vitæ.

e ¶ Condemnabũt.] melius viuendo.

f ¶ Eos.] Iudæos.

g ¶ Iudicent. [sup.d. 28.c.vlt. cõtra. su.di. 21. nolite. cõtra 6.q.1. oues. contra. sed nõ dñr subditi corrigere siue iudicare plato pr̃ate officij: sed vitæ comparatione, vt 11.q.1. nonne.

QVid autẽ.] CASVS. Ambr. cũ increparet populum delinquẽtem, dixit, q̃ populus poterat eum conuincere vno sermone. & sibi pudorem inferre, cũ clericos hẽat incorribiles, quod emendare non possit, nec eos vult nominare, cum peccata eorum sint latẽtia, sed vnusquisque consulat suam conscientiam.

h ¶ Conuincere.] Et ruborẽ incutere ex hoc, q̃ laici meliores sunt clericis. non em̃ posset ob hoc reprehendi. 47. dist. quod ad nos. quia non criminis relatione, sed innocentia reus purgatur ff. de pub. iud. qui.

Reus innocentia purgatur.

i ¶ Cum fratres.] Aliàs socij dicuntur 10. q.3. cauendũ, gatut.

K ¶ Succensem.] Idest, irascar.

l ¶ Neminẽ.] Contra, su.5.q 5. non vos, sed hic loquitur qñ crimen nõ̃ probari, ibi qñ p̃t. occulta. n. crimina non habent vindictam. 6.q.1. ſi omnia. 22.d. erubescant.

a ¶ Maiorem.] Sic sup. 96. dist. si quis dubitet & sup distinct. 61. statuimus. & c. quid proderit. vnde quidam discipulo in hoc decepti nimis festinant ad cathedram, & dum delectantur in loco gloriæ, fiunt alijs auctores ruinæ, vt 48. dist. quoniam cum magister faciat cathedrã, non cathedra magistrum, vt 40. dist. c. vlt. magistri enim moribus, & scientia, & facundia debent alios præcedere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NEc efficere.] CASVS. Quidam prælati putabant sufficere sit adæquarentur laicis, & negligentibus in fide, vel in operibus: sed dicit Beda hoc non sufficere, nisi præcellant eos scientia & doctrina.

a ¶ Credendi.] Quantum ad articulos fidei. laicis tamẽ sufficit pictura pro doctrina, de consec. d.3 per latum.

NE ERGO. CASVS Concludit Gratian⁹ ex supradictis dicẽs: ne prælati malos sibi eligerent successores, iõ statutum est, vt nemo sibi eligat successorem.

¶ Episcopo ad salutem non sufficit moribus, & vita populo adæquari. C. XXIIII.

NEc sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis negligentium, vel quorumlibet inductorũ, fide, vel actibus adæquemur; quibus, sacris litteris vnica est credendi [a] pariter & viuendi regula præscripta.

Ne ergo (vt supra dictum est) tales sui officij successores aliquis sibi quæreret; prohibentur episcopi alterum pro se successorem sibi statuere ac designatis nominib. in locum suum alium subrogare. sup. Apostolica.

QVÆSTIO. II.

QVòd autem amicorum patrocinia [b] *in aliquorũ electione conualescere non debeãt, auctoritate beati Gregorij Papæ probatur, qui in secundo libro Regesti, indi. 11. epist. 22. seu cap. 62. scribit Antonio subdiacono dicens.*

¶ In electione episcopi non munerum datio, vel aliquorum patrocinia conualescant. C. I.

ILlud quidem præ omnib. tibi curæ sit, vt in hac electione nec datio quibuscunque modis interueniat præmiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia [c] conualescant. Nam, si quorundam patrocinio [d] fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus, obedire, reuerentia exigente, compellitur [e]: sicq; fit, vt & res illius minuantur ecclesiæ, & ordo ecclesiasticus non seruetur. Talem ergo, te admonente, personam debent sibi eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deseruiat; sed vita, ac moribus decorata, tanto ordine digna valeat inueniri.

Idem ad clerum Mediolanensem, lib. 2. Indict. xi. epist. 29. seu c. 68.

¶ In electione antistitis communi vtilitati, non suo lucro quisque prospiciat. C. II.

DIlectissimi filij, officij nostri censurę commoniti suademus, vt in hac suscipiẽdi antistitis causa nullus vestrum neglecta vtilitate cõmuni, suo lucro prospiciat; ne, si quisquam propria cõmoda appetit, friuola æstimatione

Poly. l. 2. tit. 3. Iuo p. 5. c. 129.

Polyc. ibidem. Iuo p. 5. c. 130.

Simonia an inducatur p amicorũ patrocinia.

1 Ad idẽ 50. dist. clerico vbi de hoc.

a ¶ Patrocinia.] Patrocinia, aut consistunt in pecunia, vel obsequio: & tunc fit simonia: aut in precibus; & tunc aut sunt carnales, aut spũales. si spirituales, valent: nec per eas simonia committitur 1, vt prima quæstio. prima, latorem. carnales etiam pro digno sunt recipiendæ, vt j. q. j. quibusdam in fi. sed preces carnales pro ind. quo facæ, inducunt simoniam. 1. q. 1. de ordinationib. & dic vt sup. c. Moyses.

ILlud.] CASVS. Præcipit Gregorius Antonio subdiacono, cum quædam episcopalis ecclesia vacaret, vt nullam personam eligi permittat per pecuniam vel per preces carnales amicorum: quia qui taliter sublimatur, illis compelluntur obedire quorum preces, vel pecunia interuenerunt: & sic per eos res ecclesiæ dilapidantur. Talis ergo in illa ecclesia eligatur persona, quæ sit vita & moribus decorata: & tanto ordine digna.

b ¶ Patrocinia.] Nisi dignus sit ille pro quo petitur, vt su. 1. q. 1 nullus itaque, & c. pueri. & c. quibusdam. in fi. d ¶ Patrocinio.] Sed nonne suffragium patris prodest filio. ff. quod cuiusque vniuer. illud. sed illud quantum ad numerum eligentium.

c ¶ Compellitur.] Quia ad antidora tenetur, vt ff. de pe [illegible] tit. hær. sed & fi §. consuluit. & 83. dist. nihil. & extra de [illegible] testa. cum in officijs. humanũ. n. est, vt quis exhibeat ei [illegible] reuerentiam à quo percepit beneficium, vt 16. quæst. 2. visis.

DIlectissimi filij.] CASVS. Vacante ecclesia Mediolanen. vnusquisq. clericorum nitebatur amicum suum præficere inspecta tantum vtilitate propria, & neglecta communi sed docet Gregorius, vt hoc nõ faciant ne friuola æstimatione fraudentur, siue fallantur: quia mens quam cupiditas ligat, personam præferendam nõ examinat iudicio recto: quare præcipit, vt ante electionem

tionem subtiliter iudicantes talem eligant, cui debeãt semper obedire: quia post electionem non poterunt iudicare de ipso.

a ¶ Libero.] Sic 83. dist. nihil. sic 11. q. 3. quattuor. ADDITIO. Et c. pauper per quæ iura & hic habẽt arg. quòd iu-

pepigit, quòd possit electionẽ præstaret iurum vt inf. ea. Artaldus. Si vero ante electionẽ iuret, vel pactũ faciat, simonia est, vt inf. e. c. talia. & hæc vera sunt, cum minoribus & subiectis præstatur iuramentum. præstare autem superiori ante electionem, non videtur simonia: arg. sup. 100. dist. optatum.

c ¶ Quòd autem.] & ante & post electionem licite secũdum quosdã petitur cautio, quæ habetur ex iure vel consuetudine. 63. distin. quia. 1. q. 3. quęsitum. extra de præben. significatum. A superiore vero qualibet cautio peti potest. 28. dist. de Syracusana. 10 q. 3. c. vlt. 18. q. 2. Eleutherius. 100. distin. optatum. & c. contra morem. Quidam tamen dicunt, quòd ante electionem nulla cautio potest peti & si præstetur, simonia est? quia videtur eã facere, vt eligatur inf. ea cap. 14. Idẽ est si promittat ante electionem se iuraturũ post electionem, vt 1. q. 2. quàm pro. sed post electionem bene potest 2. quia tũc nihil sperat ab eis: sed à superiore, dixi, potest peti, & ei præstari tale iuramentum: subditus, tũ, siue ante electionem siue post. 100. distin. optatum. 28. dist. de Syracusanę. & 23. dist. quamquam. tamẽ id quod prius dixi verius videtur ma ime si quilibet canonicorũ ita iurat: Ego iuro, & si fuero factus episcopus, nihil alienabo de rebus ecclesiæ: quia tutor eligitur sub tali conditione. si satis dederit, vt ff. de tute. muto. §. r. extra de elect. significasti. nec tũ videtur esse conditio, sed potius admonitio quædam, vt dicit illa l. muto. sed ex persona contrahentium præsumi debet contractum siue promissionem esse simoniacam, vel, non: sicut & præsumitur circa vsurarium contractum ex persona contrahentis, vt extra de pig. c. illo. in fi.

Cautio iuratoria an possit peti ab eligendo vel electo.

2 Scilicet præstari iuramentum subditus, nec tũc peccat, necipsi possunt videre contra electionem siue fit confirmatus ue non, sm H. B. & La. extra de elepublicato. Arch.

TAlia.] CASVS. Pelagius facit Eucarpum visitatorem Catinensis ecclesiæ, & ei significauit qd deberet fieri circa electionem episcopi: sed postea Elpidius diaconus electus est fere ab omnib. pauci tñ eius electioni consentiebant nisi iuraret se illi præstare impunitatem de rebus ecclesiæ, quas vsurpauerant. quod totum cum audisset Papa relatione clericorum, & Leonis viri magnifici, de cuius testimonio non erat dubitandum, præcipit Pelagius clericis Catinensibus, vt Elpidium diaconum cum decreto electionis & cũ visitatoris epistola Romã perducant, & monet eũ, vt clericis resistentibus sibi, nec iuramentum nec promissionẽ faciat aliquã: quia si fecerit tamquã indignus repelletur, d ¶ Impunitatem.] Vt remitteret eis ea, quæ abstulerant, illud enim est simonia. remittere enim est dare,

Anſ. l. 9. c. 40. Poly. l. 2. tit. 3.

fallatur: quia nec libero [a] iudicio præferendam sibi personam examinat mens, quam cupiditas ligat. Pensantes igitur, quæ cunctis expediunt, ei, quem vobis diuina gratia prætulerit, integerrimam semper in omnibus obedientiam præbete. Iudicari [b] namque à vobis vltra non debet semel prælatus; sed tanto nunc subtiliter iudicandus est, quanto postmodum iudicandus non est.

QVÆSTIO III.

QVòd autem [c] simoniacus habendus nõ sit qui post electionem pro indemnitate ecclesię iuramentum præstitit; facile probatur. Aliud enim ante electionẽ iuramentũ facere, vel se facturum pacisci ad hoc vt eligatur: aliud est nulla præcedente conuentione post electionem huiusce modi iuramentum offerre. Illud ab officio tamquam munus impensum deijcit: hoc autem cõsecrãdo nullum impedimentum generat.

De priori casu scribit Pelagius Papa clero Catinensi.

¶ Qui in episcopum eligitur, de rebus ecclesiasticis aliquam securitatem nulli faciat. C. I.

TAlia quidem iam dudum ad fratrem, & coepiscopũ nostrum Eucarpum de visitatione Catinensi ecclesię scripta direximus, vt in eis iudicium nostrum potuissetis agnoscere. Verumtamen, quia quosdam ibi non sana intentione, sed prauis studijs dissensiones suscitare, vestra etiam relatione cognouimus, qui scientes se ad episcopatum nec ætate, nec scientia, nec vitę meritis posse perduci, ad hoc tantummodo inquietare ecclesiam volunt, vt sibi de his, quę ex ipsa præsumpta sunt, impunitatem [d]

a ¶ Iudicari.] Arg. q. 1, electum quem semel comprobasti, non potes postea reprobare 2, vt inf. 3 2. q. 5. horrendus. arg. extra de his, quæ fi. à maio. parte cap. ex ore. in fi. sup. di. 4. erit & cap. in istis. sup. e. q. proxi. c. licet simile ff. de decur. l. pe in fi. & arg. ff. de pact. dot. conuenire. ff. de neg gest. Pomponius. ar. contra C. de lib. causa non idcirco. & j. non mutant. & C. de profes. & medi. l. grãmaticos. lib. 10. extra de elect. cum dilectus contra vbi patientia non equiualet electioni, contra id quod est ff. de pup. si ego. §. 1. Sol. electus semel approbatus non potest amplius reprobari, ab eligentibus, nisi ex causa noua, vel de nouo ad eorum notitiã veniente. tunc enim bene potest ab eis reprobari, vt extr. de offic. deleg. infinuante. & extra de excep. pastoralis. & ff. de mune. & hon. vt gradatim. §. reprobari. & ita intelligitur illa decr. & illa lex grammaticos.

QVod autem.] Hic intitulatur tertia quæstio, quã quæritur, vtrum sit simoniacum præstare canonicis iuramẽtum post electionẽ pro indemnitate reũ ecclesiæ. Et respondet quòd non, nisi ante electionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt extra de testibus veniens 1.ff. de casum. quinetiam.

a ¶ Virt.] Argu. testimonio vnius credi, vt ff.de dote præle. Teopompus supra.97.dist. nobilissimus.sup.dist. 86.tãta inf.23.q.4.inter q̃relas 20.q.3. presens ar.contra,33.q. 1.ad monere

b ¶ Iudicij.] Id est quod circa eum fecimus, nos mutabimus.

c ¶ Damno.] Quia retractabimus quod fecimus.

ARtaldus.] CASVS. Artaldus fuit electus in epm Arelaten. ecclesiæ, post electionem prętitit iuramẽtum canonicis de indemnitate rerum ecclesię, propter quod archiepiscopus Narbonen. noluit eum consecrare,ideoque Romam iuit,& cõsecratus est ab Vrbano:prius tamen prætito iuramento,quòd nullam conuentionem fecerat ante electionem ad hoc vt eligeret, & q̃ propter nullam aliud crimen ipsum repellebat. Et sunt verba notarij scribentis gesta Vrbani.

d ¶ Iuramento.] Argumentum, q̃ solus episcopus sola manu se expurgat, vt 2.q.5. quanto.sed istud obtinet cum non habet compurgatores.

e ¶ vt eligeret.] Arg. contra, 28. distin. de Syracusanæ.

f ¶ Nullius.] Ex hoc verbo dixi Ioã. Pan. quòd infamatus de vno crimine, expurgabit se de omnibus alijs.sed certe hic nõ fuit generale iuramẽtũ, sed solũ iuraui.quòd nullius criminis conscius erat, & quòd archiepiscopus ei aliud crimen non obiecerat. Sed quare Papa cõsecrauit istum, pendente adhuc obiectione archiepiscopi? Sed die, quòd archiepiscopus in forma iudicij nihil obiecit ei.

g ¶ Mesciente.] Arbonum ad interpretandum negatiue dicta testium, vt cum testis iurat se non vidisse tale quid,intelligendum est,q̃ ipse sciat. Auth de hære. & fal.§.sancimus.in fi.§.si vero.in coll.1. Quod

a Ad hoc facit quod no. extra de eleboge memoriæ,in glo.fi cesset, &c. in prin.

a Obtinet vbi aliter læditur: vel in forma iudicij non agitur secundum Hug. Vel dic vt not in glo. vnde non tenet,&c.de hoc 18. dist. placuit. & 80.dist. tanta. Arch.

futurus promittat episcopus,& fiat rapinæ securitas, episcopatus ambitio ; hoc etiam vos diximus commonendos vt decretum in Elpidium diaconum factum,& subscriptũ ab omnibus, quos vestra relatio designauit, ad nos cum prædicti visitatoris epistola, & cum eodem diacono maturetis,Deo propitiante,perducere. *& post pauca.* Cum igitur huc filius noster magnificus vir Leo prætor venisset,retulit nobis de singulis,quæ ibi mota sunt, & quomodo vota prope totius ciuitatis in Elpidio diacono concordarent. Vnde quia de memorati viri [a] testimonio dubitare omnino non possumus;idcirco, sicut dictum est, Elpidium diaconum ad nos facite properare: nec expectetis vlterius , vt admonitio ad eum nostra debeat destinari.¶ Quem tamen hoc per vestram dilectionem in præsenti iussione specialiter admonemus,ne cui se aliquid dare vel daturum esse promittat;sed neque de ecclesiasticis prę teritis causis aliquam securitatem cuiquam audeat facere siue promittere, aut quasi factus episcopus ea quę direpta sunt non repetat;sed apud eos,à quibus direpta sunt permanere libere patiatur:sciens, quòd si tale aliquid fecit, vel fecerit, nec à nobis omnino permittitur valere ipsa promissio, & cum iudicij [b] nostri, quod de ipso habuimus damno [c],pastoralis consecrationis ordinem promereri non poterit.

† al. iterari.

Emendatus, est hic locus ex Anselmo,& Polycarpo.

De secundo vero casu in gestis Vrbani secundi legitur.

¶ Post electionem pro indemnitate ecclesiæ licet electo iuramentum præstare. C. II.

ARtaldus Arelatensis[α] episcopus,Narbonensis ecclesiæ suffraganeus Romam consecrandus ad dominum Papam Vrbanum venit: suus quippe archiepiscopus eum consecrare nolebat, quoniam post electionem suam propter bona ecclesiæ consecranda canonicis iurauit. Consecratus itaque est à domiuo Papa Vrbano, ante purgatus huiusmodi iuramento [d]. De iuramento , quod canonicis nostræ ecclesiæ feci post electionem, nullam conuentionem ante,vt eligerer [e], feci . Narbonensis vero archiepiscopus,nullius [f],præter id,criminis causa, consecrationem nostram omisit:me sciente [g] ; neque mihi criminis conscius sum, propter quòd à sacra † me vnctione repellat.

† al. sacerdotio me repellat.

α ¶ Arelatensis.] *In manuscriptis etiam sic habetur . Sed visum est subesse mendum, quia hic episcopus vocatur suffraganeus archiepiscopi Narbonensis:in concilio autem secundo Arelatense Arelate refertur ad prouinciam Viennensem. Et quamuis Gulielmus Durandi in speculo de auctor.& vsu pallij hoc citet,vt ostendat Arelatensem archiepiscopum subesse Narbonensi; tamen Ioannes Andreę in notis ad illum locum expresse scribit in hac capitulo non agi de Arelatẽsi archiepiscopo. vt valde probabile est pro Electense , seu Elatensi,qui vere est suffraganeus archiepiscopi Narbonensis , corrupte scriptum fuisse,* Arelatensis.

Negatina testis depositio est benigne interpretanda.

QVòd autẽ.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæstio,qua quæritur an prælatus sit defereñdus ante sniam condemnationis ; siue ferat̃ sniã ab hoine vel à canone. Et dicitur, q̃ non vt inf.c.vno & if. 17.q.4.fi qs. suadẽte. tio tenet quam fecit:sed si tempora appellationis sunt lapsa & non est prosecutus appellationem,idem est ac si non appelasset; & secũdum hoc nõ est excõicatus, vt distinguitur ff de his qui not.infa.furti. §. 1. & ff. de in iusto rup.test si quis §.antepen. Io. Ego credo, q̃ pendẽte appellatione clerici debeãt ei obedire. cum pendente appellatione,vel lite nihil fieri innouandum, vt su.2. q.6. appellatione interposita. & ext.vt lite pen.nihil innouetur,per totũ. ff.ad Turpil.l.1.in fi. & excõmunicatio tenet,cum statim trahat secum suam executionem , vt extra ad ap.pastoralis.Bar.

a ¶ Quòd

QVÆSTIO. IIII.

QVòd autem [a] clerici ante sentẽtiæ tempus ab episcopo suo discedere non liceat,probatur auctoritate Symmachi α Papæ dicentis .

α ¶ Symmachi.] *Citatur libellus Ennodij nomine Symmachi Papæ.cuius rei reddita est ratio supra dist. 31. c. omnino.& 40.c.non nos.*

¶ Ante tempus sententiæ non licet clericis ab episcopo suo discedere. C. I.

Iuo p.6.c.340. & 341

NOnne dir ecta sunt verba canonum ß : [Quicumq; clericorum ab episcopo suo ante sententiæ [b] tempus dubia suspicione discesserit manifestam eum manere censuram?] *& infra.*¶ Lex ecclesiastica pontificem ab alijs ac cusatum,priusquam [c] sub luce obiecta constiterint, exigit non relinqui.

ß ¶ Canonum.] *Sic emendatum est ex vetustis codicibus, Ennodio ipso,& Iuone,cum prius legeretur;* Decreti. *Citare autem Ennodius voluit canones,qui ante Symmachum de hacre editi erant. Qui vero in glossa citantur sunt ex epistolis Pontificum Symmacho posteriorum. In Carthaginensi quidem concilio inserto in codice canonum est vndecimus canon; qui citatur infra 11. q.3. si quis presbyter: & decimus nonus relatus supra 4.q.5.c.quisquis episcoporum:& vigesimus quartus citatus.ibidem. c. placuit ad quos & præcipuè ad primum videtur spectasse Ennodius.*

b ¶ Sententiæ.] Sola ergo accusatio non constituit aliquem reum vel criminosũ vt 15.q.vl.c.vl. vnde de reo accusato potest solui id q̃d ei de reo accusabetur,vt ff.de sol.reo to. sola. n. nominatio non sufficit,vt 2.q. 1. multi.& lex dicit, q̃ si cõdemnatus appellauit,status eius integer. est. ff. nil inno. pen. ap.l. vnica. nec inter infames interim habẽdus . de his qui no.infa.furti. impeditur tñ interim ab honoribus. vt 81. dist.tantis 2.& extra de accu.Deus omnipotens.nec procura tor esse potest. C. de procur.reum.

Solui põt

QVÆSTIO V.

†al. Apostolici.

SInelitteris Apostolicis † episcopus accusatus & à sancta sede vocatus,ad suam nõ reuertatur ecclesiam.
Vnde Sixtus Papa ait epist.2.c.2.

¶ A sede Apostolica vocatus episcopus ad domum non reuertatur,nisi purgatus,& Apostolicis literis instructus. C. I.

Anſ.l.2.c.9.

QVilibet fratrum pulsatus, atq; ab hac sancta sede vocatus,cum se nobis repræsentauerit [d] , ad ecclesiam tamen suam non prius reuertatur,quàm litteris Apostoli-

a ¶ Quòd autem.] Clerici ante supensionem vel depositionem prętati non negabant ei obedientiam. 16. q.4. volumus. 15.q.vlt.c.vl. Nec obstat 32. dist.nullus 8. dist. fi. si quis.& 16.q.vlt.sanè.quia ibi de suspensis à cãone loquitur. nam in illis tribus criminibus est specialiter, scilicet in simonia,& in hæresi.& in notorio fornica tore 1.sed de simonia occulta vt correctũ ext. de temp. ordi.c.vlr.Sed nunquid statim post sniam recedent ab ipso.cum adhuc possit appellare,& appellatio extinguit pronunciatũ.item quia snia nõ est statim executioni mãdanda,vt extra de sent.& re.iud.quod ad consolationẽ. Ecõtra vr, q̃ statim per sniam amittit dignitatem fi.de appellatione excommunicat subditũ suũ an est ille excõcatus? Distingue qa si est ꝓsecutus appellationẽ suã, tũc licet appellatio sit pronũciata iniusta,excõmunicatio interim possit subditũ excõicare.

SIne.] CASVS. Hic ponit 5.qõ, qua quærit vtrum epus accusatus vocatus ad sedem Apostolicam si snia pro eo feratur, debeat ad ecclesiã suam sine litteris Papę reuerti. Et respondetur,quòd non, vt inf. c. seq.

QVilibet.] CASVS. Sixtus Papa docet hic,q̃ si episcopus accusatur corã Papa,si non potest sibi crimen probari, non debet ad ecclesiam suam reuerti sine litteris Apostolicis,in quibus cõtineatur qua liter suam causam finierit,& post reuersionem suam vicini episcopi hoc cognoscere possint:quoniam episcopi sicut ab Apostolis sunt instituti domino disponente,ita à sancta sede Apostolica debent defendi, dispositioni cuius omnia maiora sunt iudicia reseruata.

2 Adde ad hoc gl. opp. in §.si quis. aũt in gl. 1. insti. de sspe.tu.

d ¶ Repræsentauerit.] Clericus etiã se non repræsentabit Papæ sine litteris sui episcopi, vt C.de epis. & cler. si qua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si qua per calumniam. & in Auth. quomodo. oportet episcopos.§.non aliter.coll.1.

a ¶ Ambiguitate.]Si ext.de of.ord.ex parte.extra de fi. inst.quod super.

b ¶ Eorum.] Id est, Apostolorum.

¶ Entētia excommunicationis.] CASVS. Supra in viij. causa ostensum est de episcopis q̄ vlurpant sibi eligere successores. Nunc vero vult tractare d̄ epis excōmunicatis, qui p̄sumunt clericos ordinare, & de archiepiscopis, qui damnant clericos sui suffragānei inconsulto illo; q̄ omnia vt competētius ostendat, thema proponit, & tres inde elicit quæstiones.

c ¶ Sententia excommunicationis.] In superiori causa dictum est, q̄ episcopi quandoque vsurpant sibi aliquid de iure suorū clericorū, quādoq; de iure vicinorū episcoporū, & ostendit hic q̄ nemo ordinabit clericos alterius epi eo nō requisito, nec ēt iudicabit, & q̄ metropolitan⁹ clericos sui suffraganei non potest iudicare. & vt hæc & alia, &c.

¶ Vòd ordinatio.] CASVS. Hic intitulāt prima quæstio, qua quęritur, vtrum ordinatio facta ab excommunicatis possit rata haberi. Et certè de hoc ita dicit H. quòd quilibet epūs siue excōicatus, siue nō; siue catholicus siue nō, siue vltimā manus impositionē recepit in ecclesia, siue ext. ordinem confert, & ordinati ab eo ordines recipiūt, dūmodo in forma ecclesiæ hoc fiat; & si illi alios ordinauerint, ordinati erunt, & sic in infinitum, vt 1.q.1.quod quidam. & inf c.ordinationes. idem dicit de corpore Christi. arg. de consec. distin. 4. ostenditur sicut in sacramentis. 1.q.1. Dūs declarauit. Sed in hoc est differentia, quia ordinati ab eo qui recepit vltimā manus impositionē in ecclesia, siue scienter, siue ignoranter, si digni sunt tolerantur ex misericordia vt inf.c.2. & 3. nisi in quatuor casibus notatis in apparatu. Sed si ab eo qui nō recipit in ecclesia, si sciēter, nō tolerantur, si ignoranter, & hoc probauerint, tolerant.

vt infra ea. ordinationes. Rufinus tñ & Ioan. Fauentinus dicebant, q̄ episcopus, qui recipit vltimam manus impositionem extra ecclesiam, Id est, ordinem episcopalem, quia post illum nullus est ordo, ordinem conferre non potest, & qui ordinatur à tali, nihil recipit: secus si intra ecclesiam recipiat vltimam manus impositionem. De corpore Christi dicebant, quod nullus extra ecclesiam constitutus conficiebat. arg. 24.q.1. schisma. & forte Gratia fuit huius opinionis, vt inf. ea.§. sed excommunicati. & 1.q.1 §. sed opponitur. lib. tamē post hanc opinionem ponit Gratianus catholicam veritatem & videtur hic primo probare Grat: quod talis ordinatio non valet.

d ¶ Quod ordinatio.] Hic quæritur an ordinatio facta ab excommunicato sit rata. Excommunicatus hic dicitur præcisus ab ecclesia propter hæresim, vel schisma, vel aliquam aliam causam. Dicit Ioan. Fa. & Rufinus, q̄ qui

CAVSA NONA.

Ententia excōmunicationis[c] notatus quidam archiepiscopus aliquot clericos alterius metropolitani ordinauit: quendam capellanum, sui suffraganei, illo inconsulto, depositi: atque alium in loco eius ordinauit.

1 *Hic primū quæritur, an ordinatio, quæ ab excommunicatis facta est, aliquo modo possit rata haberi.*

2 *Secundo an liceat episcopo, archiepiscopo, primati, vel patriarchæ clericos alterius sine propris litteris ordinare.*

3 *Tertio, an archiepiscopus clericos suffraganei sui, illo inconsulto, damnare valeat, vel damnatos absoluere.*

QVÆSTIO I.

Vòd ordinatio[f], quæ ab excommunicatis celebratur, nullas omnino vires obtineat, nec etiam consecratio appellanda sit, testatur Gregorius lib. 3. epist. 20. dicens.

q̄ qui recepit vltimam manus impositionem. id est, ordinem episcopalē in ecclesia, ordines confert, sed non executionem ordinis. Si autem extra, nihil confert, nec ordinem, nec executionem, cum tales nihil habeant: arg. 1.q.7. Daibertum. 19. dist. cap. propter. 1 quæst. 1. si quis

¶ Non potest appellari consecratio, quæ fit ab excommunicatis. C. I.

Poly. l. 2. tit. 37. Iuo p. 14. c 74. & p. 5. c. 134.

NOs consecrationem[a] dicere nullo modo possumus, quæ ab excommunicatis[b] hominibus est celebrata[c].

PALEA. C. II.

EXcommunicati illicite manus imponunt: quia potestatem ordinandi non habent. Vbi autem illicita est manus impositio, vulnus infligitur. Vnde reiterari necesse est, quod minime probatur esse collatum.

¶ Hæc & sequens Paleæ absunt à plerisque vetustis exemplaribus: habentur tamen in vno valde emendato, in quo pauca haberi solent. Prior autem hæc videtur esse summa quædam sequentis.

[Vnde Damasus Papa epist. 4. ait.]

PALEA. C. III.

fil. 1.q.7. per illicitum.

PEr illicitam manus impositionem vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant: & vbi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur, macula, idest, reiterari necessum est, quod legitime actum, aut collatum minime probatur; si perfectum esse debebit. Nam quomodo honorem possit retinere, qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitime non habuit, inuenire non possum.

fil. c. nos consecrationem.

Sed excommunicati hic intelligendi sunt, qui in ipsa sua ordinatione pœnam excommunicationis contraxerūt; qui nunquam in numero catholicorum fuerunt. Cæterum, qui inter catholicos prius deputati sunt, si postea excommunicationis sententia notati fuerint; ordinationes tamen eorum ab ecclesia misericorditer tolerantur.

Vnde Vrbanus Papa secundus scribit dicens.

¶ Ordinationes ab excommunicatis non simoniace factæ, ex misericordia tolerantur. C. IIII.

Anſ. l. 12. c. 74. Iuo p. 6. c. 400.

AB excommunicatis, quondam[d] tamen catholicis episcopis ordinatos, si quidem non simoniace ordines ipsos acceperunt, & si ipsos episcopos simoniacos non

a Cum possint ordinari à fidelibus, & illū casu ponit H. peccati, & depositi vera nitus alienū sacramenta cōferūt, à superiori & verū corpus Christi conficiūt, vt no. 1. q. 1. dominus declarauit. Io. Quod Io. dicit de depositō, non uenientibus credo esse verum, vt 50. d c. accedens. B. Nos.] CASVS. Nisti[e] capituli patet, & intelligitur de eo qui præter formā ecclesiæ ordinem cōfert, vel in odiū consecrantium sicut dictum est. vel secundum Rufinum, & Io. Fāuen. & Grat. intelligitur de eo qui vltimam manus impositionem recipit extra ecclesiam.

a ¶ Nos consecrationem.] su. 1.q.7. conuenientibus. & ca. Daibertum.

b ¶ Ab excommunicatis.] Id est, hæreticis, vel schismaticis, tales enim ipso iure sunt excōmunicati.

c ¶ Celebrata.] Præter formam ecclesiæ. Vel dic q̄ in odium eorum hoc dictum est, sicut ecclesia per pactionem cōsecrata potius dicitur execrata quàm consecrata, vt 1.q.4. ecclesia. 24. q.1. pudenda.

SED EXCOMMVNICATI. CASVS. Videt hic Grat. ponere opinionem Rufi. & Io. Fauentini, dicens q̄ ordinationes eorum qui nūquam fuerunt catholici, irritæ sunt; sed ordinationes eorum qui fuerunt episcopi catholici. licet postea fuerint excommunicati, & depositi, ad hoc inducit, sequens c.

3 Vnde dicit Hug q̄ illud verbū, quondā & c. additur potius, vt ostendatur dīa inter dispositionē. nā cum scienter ab illis q̄ nunquam fuerunt catholici, epi non dispensant, vt inf c. pen. Hug;

ABexcommunicatis.] CASVS. Quidam catholici episcopi excommunicati fuerunt, & in tempore suæ excommunicationis quosdam clericos ordinauerunt. Quæsitum fuit ab Vrbano vtrum possent in suis ordinibus tolerari. Et respondet, quòd sic, si sint bonæ vitæ, & non sunt ordinati simoniace, vel non constat episcopos esse simoniacos: sed de cætero nō ascendant ad ordines superiores, nisi necessitas, vel vtilitas exegerit.

d ¶ Quondam.] Hic habuit Io. Fan. fomentum sui erroris, & pro se inducit. 1.q.1. si qs inquit. & 1.q.7. Daibertum, & extra de schisma. c. 1. & 2. sed hoc iden dicitur, quia facilius dispensatur cum ordinatis à talibus; qui vltimam manus impositionem receperunt in ecclesia. &c.a-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sta. & capitula quæ inducit, intelligo cum non fuit forma seruata, & cõtra eum expresse est inf. de consec. dist. 4. ostenditur. & c. quomodo. & 1. q. 1. quod quidam. Videtur autem hic quòd siue sciẽter, siue ignorãter ordinẽs quis ab hæretico, præciso, & simoniaco, nõ debeat cum eo dispensari: quod verum est, nec obstat 1. quæst. prima, si qui à simoniacis. vbi innuitur si ignoranter à talibus qui ordinatur, ꝙ possit secum dispensari. sed illud intelligimus cum G. de prælato tolerato ab ecclesia, hic de præciso. vel ibi non fuit simoniacus, & hæreticus, hic aũt simoniacus & hæreticꝰ. Si gs ergo est ordinatus à simoniaco etiã ignoranter, executionem non recipit, cum simoniacus sit suspensus ipso iure, vt 1. q. 1. reperiuntur. extra de sim. tãta. Sed quid faciendum est huic, si suus episcopus quẽ scit esse simoniacũ, vult ipsum promouere. H. dicit ꝙ qui promouetur à simoniaco prælato suo adhuc tolerato, non peccat, & libere potest suum officium exequi. sed contrariũ legitur extra de simo. per tuas. De hoc dixi supra 1. q. prima. si qui à simoniacis.

Ordinatus a simoniaco caret executione.

SED ET ILLVD. CASVS. Supra in §. sed excommunicati. dicitur, ꝙ illud cap. nos consecrationem, intelligitur de his q̃ nunquam fuerunt de numero catholicorum. Nunc vero ostendit, ꝙ potest intelligi de nominatim excõmunicatis, quorum ordinationes scienter receptæ non tolerantur, quo ad executionem.

ORdinationes.] CASVS. Hoc. c. diuiditur in duas partes. In prima parte dr, ꝙ illi qui receperunt ordines ab episcopis ordinatis in hæresi, vel ab intrusis, non tolerantur in suis ordinibus quo ad executionem, nisi probent se nescisse in tempore ordinationis eos fuisse damnatos. In secunda parte dicitur, quod illi qui receperunt ordines à schismaticis quondam tamen catholicis episcopis, ex misericordia in suis ordinibus tolerantur, si boni sunt, propter necessitatem, sed cessante necessitate sacri canones proprium robur obtineant. Secunda pars incipit ibi, [Qui vero.]

a ¶ Hæresiarchis.] Id est præcisis ab ecclesia, qui nunquam catholici epi fuerunt. De alijs habes su. c. proxi.

b ¶ Nisi probare.] Isti forte erant pueri, cum illi erant præcisi. Vel forte Romæ à Papa fuerant præcisi, & antequàm fama crebresceret; fuerunt aliqui ordinati ab eis, aliàs in his quæ publice fiunt, non potest quis ignorantiam allegare. 16. dist. ꝙ dicitis. Et est hic arg. ꝙ qui allegat ignorantiã, ipsã probabit. 3. q. 9. indicas. 1. q. 1. si qui à

Ignorantiã allegans, illã probare debet.

fuisse constiterit; ad hæc, si eorum religiosior vita, & doctrinæ prærogatiua visa fuerit promereri, pœnitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipsis, quos acceperunt, ordinibus permanere permittas. Ad superiores autem cõscendere non concedimus, nisi necessitas, vel vtilitas maxima flagitauerit, & ipsorum sancta conuersatio promeruerit.

Sed & illud Gregorij de nominatim excommunicatis intelligitur: quorum ordinationes sunt irritæ, si eorum damnatio non erat ordinandis incognita.

su. c. nos. consecrationem.

Unde idem Urbanus ait in synodo Placentina, c. 9. & sequentibus.

¶ Qui nominatim excommunicati sunt, & qui aliorum sedes inuadunt, alios ordinare non possunt. C. V.

Poly. l. 7. tit. 16. & l. 2. tit. 38.

ORdinationes, quæ ab hæresiarchis[a] nominatim excommunicatis factæ sunt, & ab eis, qui catholicorũ adhuc viuentium episcoporum sedes inuaserunt irritas esse iudicamus; nisi probare[b] valuerint, se cum ordinarentur, eos nescisse[c] damnatos. ¶ Qui vero ab episcopis quondam catholice ordinatis, sed in schismate à Romana ecclesia separatis consecrati sunt, eos, nimirum, cum ad ecclesiæ vnitatem redierint, seruatis proprijs ordinibus misericorditer suscipi iubemus: si tamen vita, & scientia eos commendat. ¶ Amodo vero, quicunque à prædictis schismaticis, sanctæque Romanæ ecclesiæ aduersarijs se ordinari permiserit, nullatenus hac venia dignus habeatur. ¶ Quamuis autem misericordiæ intuitu, magnaque necessitate cogere hanc in sacris ordinibus dispensationem constituerimus, nullum tamen præiudicium sacris canonibus fieri volumus: sed obtineant proprium robur, & cessante necessitate, illud quoque cesset, quod pro necessitate † factum est. Vbi enim multorum[c] strages iacet, ibi subtrahendum est aliquid seueritati, vt ⁂ addatur amplius charitati.

C. 9. & 10.

C. 11.

C. 12.

C. 13.

† Cõcor. tenet in li. liberorum. cum. ff. de his qui no. ifa. & ibi in l. 1. in fi. C. de cad. tol.

⁂ ¶ Vt addatur, &c.] *Hæc sunt addita ex concilio ipso.*

Electio quoque, nisi à catholicis facta fuerit, irrita esse probatur.

b ¶ Eligitur.] constat ꝙ suspensus non potest eligere, vt extra de consue. cum dilectus. & extra de æta. & qual. cũ bonæ. Sed quid si maior pars fuerit excõicata, an possint alij eligere sine ea? ar. ꝙ nõ. ext. de cõcess. præ.

a NOs.] Simile 24. q. 1. aperte. & c. miramur.

Vnde Gregorius scribit Mediolanensibus, li. 8. epist. 65.

¶ Irrita sit electio, quæ non à catholicis facta probatur. C. VI.

Poly. l. 2. tit. 1. ¶ catholicis, & maximè à Lãgobardis.] ori.

NOs[a] in hominem, qui non à catholicis ¶ eligitur[b], nulla præbemus ratione consensum: nec, si alicuius præsumptionis vsurpatione factus fuerit, in locum vel ordinem illum sacerdotis suscipimus

QVÆSTIO II.

QVòd autem[c] episcopus, vel quilibet superiorũ clericos alterius sine proprijs litteris ordinare non debeat;

Calixtus Papa scribit epst. 2. ad episcopos Galliæ dicens.

¶ Alterius ecclesiæ parochianum nullus iudicare præsumat. C. I.

Ant. l. 6. c. 120. Iuo. p. 14. c. 72. & p. 5. c. 236. ¶ abest ab orig.

NVllus alterius terminos vsurpet, nec alterius parochianum iudicare[d], [vel ordinare ¶, aut excommunicare præsumat: quia talis iudicatio, uel ordinatio, aut excommunicatio, vel dãnatio nec rata[e] erit, nec uires ullas habebit: quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui, sententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde & Dominus loquitur dicens: [Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.]

Deut. 19. Prou. 22.

[*Vnde* ⁂ *Vrbanus Papa.*]

⁂ ¶ Vnde.] *Antea erat*, Idem, *hoc est Calixtus: quia, cum Palea hæc nondum esset inserta sequebatur* c. nullus primas. *quod est Calixti. Hanc autem paleam citat Gratianus ex Vrbano secundo, infra de pœnit. dist. 6. c. fin.*

NVllus.] CASVS. Calixtus Papa docet hic, ꝙ nullus episcopus debet terminos alterius vsurpare, vel alterius parochianum ordinare, damnare vel excõicare: quia talis ordinatio, damnatio, & excommunicatio irrita erit: & quòd hoc fieri non debeat, probatur auctoritate Deut. & Prou. dicẽtis: Ne transgrediaris, &c.

d ¶ Iudicare.] Nisi in casibus, vt de pœ. dist. 6 placuit. su. 6. q. 3. c. vlt. sup. 3. q. 6 peregrina. & c. 1. & 10. q. 3. nec numerus. 2. q. 5. Mennam. & q. 7. nos si in competẽter. & in casibus vbi quis sortitur forum 2. & cum quis negligit suum locum conuertere ad fidem. 16. quæst. 3. placuit 2. & cum episcopus solus est in vna ꝓuincia, vt 65. dist. ĥ fortè in fine.

2 Qui no. 3. q. 6. in prin.

e ¶ Rata.] Sed quæritur si vnus iudex sẽtentiam excõmunicationis latã ab alio tihabitione ratam habere possit cõfirmari. ar ꝙ sic inf. ea Lugdunen. & 3. q. 6. hæc quippe. 63. dist. Salonitanæ. nam factum falsi, ꝓcuratoris possum ratum habere, extra de offic. deleg. cum olim ff. de iudicet. & electionem q̃ nulla est, possum ratã hẽre. ext. elec. quòd sicut. Itẽ adoptio iniusta potest cõfirmari. ff. ꝙ adop. adoptio. Item sententia fœminæ, & serui cõfirmat, licet nulla sit, vt 3. qõ. 7 infamis, §. tria. in princ. ff de offic. prœto. Barbarius. extra de arbit. dilecti. & est ar. ad hoc infrà. de testa. milit. §. sed si quis. nam & per appellationem potest confirmari quod nullum est. ff. rem ratam habe. l. 3. §. falsus. Sed contra ext. de consue. ad nostram. Item quod meo nomine gestum non est, ratum habere non possum, ut ff. de ueg. gef. si pupillis. §. sed & si ego. Item cuius præsentia desideratur, eius ratihabitione non potest confirmari, ut infrà. de aucto. tut in fi. Item si sua excommunicationis confirmaretur, retro esset quis excommunicatus, quod esset absonum. Dicas ergo, ꝙ sententia quæ nulla est, non põt ratihabitione cõfirmari quia sententia plus habet iuris, q̃ facti. & in illa l. ff. rẽ ratam habe. fuit sententia lata à suo iudice, sed contra ius. & sufficit quòd litigator credat se condẽnatum, ad hoc ut teneat iudicium. ff. famil. ercis. cũ cum putarem. solus tñ si princeps potest sententiam, quę nulla est, confirmare, ut 2. q. 1. in primis. & 3. q. 9. hęc quippe. quia & ipse mutat substantialia rei. C. de rei uxo. act. in princ. sic intellige 3. q. 9. hęc quippe. Alia autem quæ plus habent facti, quàm iuris, ut emptio, locatio, & tradtio, possunt confirmari. ff. de curatur. consilio. §. vult. unde donationem factam à laico, & non nomine episcopi potest eps confirmare, ut 16. qõ. 1. ca. ult. & extra de iure patro. cura pastoralis. Si autem aliquis ordinat clericos alterius credens suũ eps ratũ ha-

Sniã nulla an possit ratihabitione cõfirmari.

Nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

PALEA. C. II.

PLacuit vt deinceps nulli sacerdotum licet quemlibet commissum alteri sacerdoti recipere ad pœnitentiam sine eius cõsensu, cui prius se cõmisit, nisi per ignorantiã † illius, cui pœnitens prius confessus est. Qui vero contra hæc statuta facere præsumpserit, gradus sui periculo subiacebit. Sent. 4. dist. 21. De pœnitentia dist. 6. c. fi. † al. pro ignorantia.

Item Calixtus epist. 2.

¶ In alterius parochia, nisi eo vocante, nulli aliquid agere licet. C. III.

NVllus primas, nullus metropolitanus [a] nulluſq; reliquorum eorum, alterius adeat ciuitatem; aut ad possessionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius epi est parochiæ) super cuiusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse dignoscitur, aut quidquã ibi disponat, vel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præsumpserit; damnabitur, & non solum illi, sed cooperatores, eique consentientes: quia sicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare [b] non poterit, qualiter iudicabit? nullatenus proculdubio iudicabit [c], aut iudicare poterit. Poly. l. 2. tit. 24. Burc. l. 1. c. 66. Ans. l. 6. c. 119. Iuo p. 5. c. 101. Pana. l. 4. c. 28. inf. episcopum. ver. nam si.

Item ex concilio Nannetensi, c. 1.

¶ De eodem. C. IIII.

IN Dominicis, vel festis diebus presbyteri, antequam Missas celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in ecclesia sit, qui proprio contempto presbytero ibi Missam velit audire. Quem si inuenerint; statim ab ecclesia abijciant, & ad suam parochiam redire compellant. ¶ *Hoc & sequens caput absunt à sex vetustioribus & emendatioribus Gratiani exemplaribus. In cæteris autem habentur sine nomine Paleæ, quemadmodum & in excusis. Extat autem vtrumque in concilio Nannetensi, & ex eo citatur hoc primum in Decretalibus t. t. de paroch. c. 2. & à Burchardo, & Iuone sicque emendatum est, cum antea citaretur ex concilio Meldensi.* ext. de paro. c. 2. Burc. l. 2. c. 92. Iuo p. 2. c. 122.

Item ex concilio Nannetensi, c. 2.

¶ De eodem. C. V.

NVllus presbyter, aut diaconus « alterius plebanum † (nisi in itinere fuerit; vel placitum ibi habuerit) ad Missam recipere audeat. Et in capitul. l. 1. c. 153. Burc. l. 2. c. 91. † al. plebes anum] al. parochianum.

« ¶ Aut diaconus.] *Hi duæ voces neque in concilio, neque in capitularibus neque apud Burchardum leguntur.*

Item ex concilio Antiocheno, c. 13.

¶ Ad ordinationem clericorum, vel ecclesiaraum alterius episcopi, nisi ab eodem inuitatus, non accedat episcopus. C. VI.

NVllum episcoporũ audere debere ex alia prouincia ad aliam transitũ facere, & ordinare aliquos in ecclesijs, aut proferre ad sacrum ministerium. Nec † ab alijs illuc trahatur episcopis: nisi forte per litteras rogatus abierit, non solum à metropolitano [d], sed & ab his, qui Burc. l. 1. c. 108. Iuo p. 5. c. 210. & simile p. 5. c. 18. ex epistola Bonifacii. † al. nec alios illud attrahat episcopos.

habitarum; tunc potest talis ordinatio cõfirmari per ratihabitionẽ, vt inf. e. Lugdunẽsi. secus si non poneret pẽm in ratihabitione illius vt ff. de solu. si quis esse renti. in sententia aũt dicit põt, & si aliquis nomine alteri[a] tulit sniam, & tunc possit ratificari. Io. Quidris sit de hoc & de sentẽ excom. notaui in quæstionibus. B.

NVllus primas.] CASVS. Cœlestinus prohibet in hoc c. & nullus patriarcha vel archiepiscopus vel episcopus iudicet ordinet vel disponat aliquid in parochia alterius, nisi fuerit inuitatus. Si vero præsumpserit, damnabit cũ cooperãtibus & cõsentiẽtibus ei. Nã si ordinare non potest, nec iudicare poterit. idẽ dicitur de episcopo in duobus sequentibus ca. s. quòd irrita erit talis ordinatio, & ipse damnabitur.

a ¶ Metropolitanus] Si metropolitan[a] nõ potest intrare diœcesim suffraganei sui, nisi vocatus, vt hic dicitur, qualiter ergo visitat diœcesim, & recipit ibi procurationes. vt extra de censibus, sopitę ext. de præscr. cui ex officij? Sed illud intelligo in eo casu qñ per negligentiam deuoluitur ius ad metropolitanũ, vel etiam per appellationem.

b ¶ Ordinare.] Ar. ex quo minus non licet nec maius, vt 44. dist. nulli, 16. q. 2. vltis. & ẽm hoc minus est ordinare, quàm iudicare: ga solus põt ordinare, sed nõ solus iudicare ad depositionẽ, inf. 15. q. 7. si autẽ. & c. fœlix. & ca. vlti. Mains non licet, cui nõ licet minus

c ¶ Iudicabit.] Sæpe tamen iudicat q nõ potest ordinare, vt archidiacon[us], vt 25. d. perlectis. & extra de tempo. ord. cum in distribuendis.

d NVllũ.] ¶ A metropolitano.] Hoc intelligas in arduis

eum eo sunt, omnibus ipsius prouinciæ episcopis. Quòd si nullo inuitante inordinate superueniat, & aliquos, uel ordinare præsumpserit, uel quoslibet actus illi ecclesiæ competentes, qui ad se minime pertinent, usurpare tentauerit; uacua [a] quidem & inania erunt omnia, quæ gesserit: ipse uero huius indisciplinati ausus, & irrationabilis cœpti dignas causas expendat †, tanquam depositus à sãcta synodo, & propter huiusmodi præsumptionem iam prædamnatus. † al. excipiat

¶ *Hæc est prisca versio. Dionysii autem interpretatio, quæ & conciliorum tomis est inserta, & à Burchardo, & Iuone affertur, apertius exprimit sententiam canonis Græci. Tamen, quoniam neque ipsa omnibus locis omnino respondet, visum est verba græca nouæ cum uersione apponere.*

Μηδένα ἐπίσκοπον τολμᾶν ἀφ' ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν καὶ χειροτονεῖν ἐν ἐκκλησία τινὰς εἰς τὸν προσηγωλωτεργίας, μὴ δὲ εἰσωσεπὲγοιτο ἑαυτῶ ἑτέρους, εἰ μὴ παρακληθεὶς ἀφῆκοιτο διὰ γραμμάτων τὸ τε μητροπολίτου καὶ τῶν σωὺ αὐτῶ ἐπισκόπων, ἐν εἰς τὸν χῶραν πάρερχοιτο. εἰ δὲ μηδενὸς καλοῦντος ἀπέλθοι ἀτάκτως ἐπὶ χειροθεσία τινῶν, καὶ κατασάσειτῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντων αὐτῶ, ἄκυρα μὲν τὰ ὑπ' αὐτὸ πεπραγμένα τυγχάνειν, καὶ αὐτὸν δὲ ὑπέρχειν τῆς ἀταξίας αὐτὸν κεῖ τῆς παραλόγου ἐπιχειρήσεως προσηκόσαν δίκῃ, καθαιρεμένου ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου.

Nullus episcopus audeat ab vna prouincia in aliã transire, & in ecclesia aliquos ordinare ad pmotionẽ liturgiæ †, nec si alios vnà secum adducat; nisi accitus venerit per litteras metropolitani, & eorum, qui cum illo, episcoporum, in quorum regionem accedat. Quod si neminẽ uocante inordinate aduenerit, ut aliquos ordinet, ac negotia ecclesiastica ad se minime pertinentia conficiat: irrita quidem sunto, quæ ab eo gesta fuerint: uerum & ipse suę impudentię, & iniqui incœpti iustam pœnam subeat, hinc iam à sancta synodo depositus. † deest sacri ministerij

Item ex eodem Antiocheno, c. 22.

¶ Ad ordinationem ecclesiæ, quæ sibi commissa non fuerit minime accedat episcopus. C. VII.

EPiscopum nõ debere in alienam irruere ciuitatem, quæ illi probatur nõ esse subiecta, neque in regionem, quę ad eius curam minimè noscitur pertinere, ad aliquid « ordinandum [b], neque presbyteros, aut diaconos constituere, ad alios episcopos & pertinentes, nisi forte cum uoluntate, & testimonio [c] γ propriæ regionis episcopi. Quòd si quispiam, horum quid rale facere uoluerit, irrita quidẽ erit huiusmodi ordinatio: & quæ male [d] ν usurpauerit, à synodo arguantur. Nam si ordinare non potuerit; nullatenus ad alios pertinentes iudicare præsumat. Burc. l. 1. c. 70. Iuo p. 5. c. 178. sup. nullus primas.

« ¶ Ad aliquid.] *In hoc etiam canone Dionysii versio purior est: hic autem habet*, super ordinatione cuiusquã: *quod Græce est*, ἐπὶ χειροτονίᾳ τινός, *id est*, vt quẽpiã ordines.

1 Et totam prouinciam contingentibus, vt dixi ad executionem altaris, tamen consecratio manebit, vt 7. q. 1. episcopus in diœcesi. fi.

b EPiscopum.] Ordinandũ.] tamen suum subditum alibi excommunicaret, vt, & tenet. 11. qõ. 3. fi eps. sicut Paulus absens excõicauit Corinthium. & facit ad hoc 7. q. 1. fi quis presbyter. & c. fi quis vero. sine respectu tamen pro tribunali non potest ibi ferre sententiam, ut arg. extra de off. leg. nouit. ff. de off. præ. l. 3. ff. de iurisd. om. iu. l. vlt. ff. de off. procõs. & leg. 1. 2. De hoc plenius dixi ext. de off. leg. nouit.

c ¶ Et testimonio.] Nunquid hoc testimonium sufficit isti vt non iterum examinetur ab illo episcopo? Arg. & fic. 19. q. 2. duæ. 47. di. de Petro. & 16. q. 2. si quis episcoporum. sicut tutor datorum testamento sufficit testimoniũ patris, vt insti. de satisd. tut. §. 1. Arg. contra 73. dist. sanctissimo. sed ibi de collocando in ecclesia secunda. Item nũquid sufficiunt litteræ archidiaconi: nõ ut extra de off. archid. significasti. sed hoc verum est, vbi non est cõsuetudo scripta, inf. e. q. 3. cõquestus. Tutor testamẽtarius nõ tenetur satisdare.

Episco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dioecesi pro regione ponitur & contra.

EPiscopi.]CASVS. Statuitur in hoc c. ꝙ quilibet episcopi snas regant ecclesias nel parochias, & ad alienas non accedant sed quilibet in sua prouincia disponat quæ disponenda sūt. a ¶ Dioecesim.]Id est prouinciam siue regionem. sic econtra nomen regionis pro diœcesi ponitur sup. ca. prox. sic & inf. proxi q. per singulas 2. vale hoc considerare ad instrumenta & diuisiones prouinciarum, ut 6 q. 3. scitote.

NOn iuitati.]CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ episcopi nō debent ire ad alienas parochias super ordinandis aliquibus nel disponendis ecclesiasticis causis: sed vna quæque synodus ordinet intra suam prouinciam quæ disponenda sunt, sicut in concilio Niceno statutum est.

HIS. Hæc est secunda pars quæstio. secundum Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit Grati. ex supradictis, quòd nullus episcopus clericos alterius ordinare debet, ꝙ q̄rit incidenter, si contingat clericos ordinari ab episcopo nō suo: an possint in suis ordinibus tolerari à suis episcopis. Et respondet quòd sic, ut dicitur in proxi. cap. Lugdu-

b ¶ Alios episcopos.] *Eodem ferè modo Dionysius. Græce legitur:* τὸς πανταχοῦ ἐπισκόπους τοὺς ὑποκειμένους, *id est*, in locis alteri episcopo subiectis.

y ¶ Et testimonio.] *Græcè tantum est*, μετ' ἀγνώμης, *quod Dionysius vertit*, cum consilio, & uoluntate.

d ¶ Et quæ male.] *Sic est emendatum ex vetustis exemplaribus, & cæteris editionibus conciliorum, præter hanc postremam quatuor tomorum. Dionysius habet*, & ipse coerceatur a synodo: *quod Græcè* καὶ αὐτὸν ἐπιτιμίοις ὑπὸ τῆς ὁσίας συνόδου τυγχάνειν, *id est*, & ipse punitur a synodo.

e ¶ Nam si.] *Tota hæc clausula in Græco canone, cuius tria exemplaria manuscripta collata sunt, mirè habetur: sed & prisca versio, & Dionysiana habent. Similis sententia legitur supra cap. nullus primas.*

Item ex synodo Constantinopolitana prima, c. 2.

¶ Non accedant episcopi ad ecclesias, quæ sunt extra eorum diœcesim. C. VIII.

EPiscopi, qui extra diœcesim [a] sunt, ad ecclesias, quæ extra terminos eorum sunt, non accedant, neque confundant, & permisceant ecclesias. Secundum ζ regulas statutas, Alexandriæ quidé episcopi ea, quę sunt in Aegypto tantummodo gubernent. Oriētales autem episcopi solius orientis curam gerant; seruatis tamen honoribus primatus ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ synodi continentur. Sed & Asianæ diœcesis episcopi, ea, quæ sunt in Asia, & quę ad Asianam tantummodo diœcesim pertinēt, gubernent. Ponti autem episcopi Ponticæ tantummodo Thraciæ.

ζ ¶ Secundum.] *Mutata est interpunctio, vt magis respondeat Græco canoni*, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας, &c. *quod Dionysius vertit*, sed iuxta canones Alexandrinus antistes, &c. *In editione autem conciliorum in trib. tomis deerant hęc verba*, ea quæ sunt in Aegypto tantummodo gubernent. Orientales autem episcopi.

Item ex eodem, c. 3.

¶ De eodem. C. IX.

NOn inuitati episcopi vltra diœcesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quiquscunque disponendis ecclesiasticis causis, seruata regula ɳ, quæ supra scripta est de vnaquaque diœcesi. Manifestum namque est, quòd per singulas quasq; prouincias prouincialis synodus administrare, & gubernare omnia debeat, secundū ea, quæ sunt in Nicæa definita.

ɳ ¶ Seruata regula.] *Ita in omnibus editionibus huius priscæ versioni: sed in Græco canone hic est initium periodi, & quæ sequuntur ex ipso pendent; quemadmodum Dionysius vertit*, seruata uero quæ scripta est de gubernationibus † regula manifestum est, quòd illa, quæ sunt per unamquamque prouinciam, ipsius prouinciæ synodus dispenset, &c.

† intel rūōsin ouoiōtar

2 *His auctoritatibus prohibentur quilibet episcopi clericos alterius ordinare. Sed quæritur, si contingat eos aliquibus sacros ordines distribuere, an ordinati ab episcopis suis in proprijs ordinibus recipi possint.*

De bis ita scribit Vrbanus Papa Hugoni Lugdunensi archiepiscopo.

LVgdunensis.]CASVS. H. Lugdunen. archiepiscopus quæsiuit ab Vrbano vtrum in suis ordinibus posset tolerare quosdam clericos suos ab alijs episcopis ordinatos cum eis dispensando. Et respondet quod sic, ex misericordia, si bonæ uitæ sint: & si fine prauitate fuerint

QVòd autem.]CASVS. Hic intitulatur 3. quæstio, qua quæritur, an archiepiscopus possit absoluere vel damnare clericos sui suffraganei illo inconsulto & certum est ꝙ non, nisi cum appellatur ad eum: vel habetur de consuetudine, vel si eps decederet, & res arbitrio archiepiscopi dispensari voluerint clerici, vt inf. e. a. conquestus. vel nisi causa sit inter episcopum & clericum, vt inf. e. cum simus. uel nisi controuersia sit inter episcopum & suum clericum, vt inf. 11. q. 1. si clericus. vel nisi dissensio est de electione epi, vt sup. 33. d. si forte. Sed hoc hodie corrigitur per cōstitutionē Innocētij Papę. Sed qa communia negotia prouinciæ, ut synodū cōgregare, epm examinare pōt facere: non tū sine consensu aliorum, vt inf. c. 1. 2. 3. 4. & 5. Et procedit hoc ordine. Primo probat superficialiter, ꝙ archieps potest absoluere & damnare parochianos sui suffraganei illo inconsulto, vsq; ad §. [Sed contra.] deinde probat contrarium vsq; ad §. [Sola.] in quo tractat de excellētia Papæ: & hoc vsq; ad §. [vltimum.] in quo soluit contrarietatē. Dicit ergo ꝙ sicut ecclesiæ totius episcopatus sunt in potestate epi, sic ecclesiæ totius archiepiscopatus sunt in potestate archiepi: ita ꝙ epo nō licet aliquid agere sine cōsilio metropolitani sed intelligetur hoc, quæ pertinent ad generalem statum prouinciæ totius episcopatus.

¶ Clerici ab episcopo alterius parochiæ ordinati à proprio suis ordinibus recipi possunt. C. X.

Iuo p. 6. c. 412.

LVgdunensis parochiæ † clericos, quos contra statuta canonum ab alterius parochię episcopis ordinatos literarum tuarum significatione monstrasti, cum graduum suorum honore recipere religionis tuæ prudētia poterit [a], si eos aliàs canonice, & sine prauitate aliqua ordinatos cō stiterit: si tamen eorum probabilem uitam id indulgentię prospexeris promereri. Legimus quippe sanctum Epiphanium episcopum ex diœcesi sancti Ioannis Chrysostomi quosdam clericos ordinasse: quod sanctus vir [b] omnino non fecisset, si ei † detrimentum fore perpenderet. Quos igitur recipiendos moderatio tua [c] arbitrata fuerit; iniuncta, et satis factionis gratia, propter ecclesiam, quam offenderunt, congrua pœnitentia, miserationis intuitu in suo quemque honore recipies, salua in omnibus sanctorum canonum disciplina.

Socrates l. 6. Histo. c. 12. & 13. Triper. l. 10. c. 11 Nicē. l. 13. c. 13

QVAESTIO III.

QVòd autem [d] archiepiscopus clericos sui suffraganei illo inconsulto damnare ualeat, uel absoluere; sic uidetur posse probari. Sicut totius episcopatus ecclesiæ in potestate sunt episcopi; sic & ecclesię totius archiepiscopatus ad diœcesim pertinent archiepiscopi. Vocantur enim episcopi à metropolitano in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Sic quippe uices eis impertit, ut potestatem suam sibi non adimat. Unde & sine eius consilio nihil eis agere licet, sicut in concilio Martini Papæ legitur, c. 4.

In capitulis Martini Bracharensis, c. 4.

¶ Nec episcopi sine metropolitani consensu, nec ille sine eorum consensu aliquid agere debet. C. I.

j PEr singulas prouincias oportet episcopos cognoscere ordinati: iniuncta eis pœnitentia competenti. Et hoc probat exemplo Ioan. Chrysost qui clericos suos ordinatos a sancto Epiphanio tolerauit: & in suis ordinibus recepit: quod non fecisset, si sciret eos non recepisse ordines.

a ¶ Poterit.] Argu. quòd sequens ratihabitio confirmat quod primo fuit inutile, vt 63. dist. Salonitanæ. & 16. q. 1. cap. vlt.

b ¶ Quod sanctus vir.] Sic sup. 37. d. qui de mensa. 7. q. j. omnis. Sed nonne iste episcopus deliquit ordinando clericos alterius: quomodo ergo sanctus fuit; Omissis multis solutionibus dic: ꝙ excusatur ideo quia vtiliter gessit: & quia credebat hoc placere: sicut non facit furtum qui credit hoc placere domino, vt inst. de oblig quę ex qua delic. nascuntur. §. 2.

c ¶ Moderatio tua.] Permittitur hic epo dispensatio canonis vel criminis pœnalis. si. est. su. 1. q. 5. c. vl. in fine. sed non permitteretur si simoniace fuissent ordinati. 1. q. 1. erga. de pœnitentia alibus non est dubium, quia hoc pōt quilibet sacerdos, vt 26. q. 7. tempora pœnitudinis.

d ¶ Quod autem.] Metropolitanus episcopo inconsulto non potest iudicare clericos suos, nisi in casibus specialibus; scilicet quando causa per appellationem defertur ad ipsum, vt inf. ea. conquestus. vel nisi causa sit inter episcopum, & clericum, vt 11. q. 1. si clericus. Item cū dissensio est de electione episcopi, vt 63. dist. c. vlt. hoc vero non tenet hodie per id quod est extra de elect. quia propter 3, item cum suffraganeus est negligens, vt inf. ea. cū simus. Item omnia male acta potest punire & retractare, vt 26. q. 5. quicunque. & 12. d. de his. Item si de consuetudine aliquid obtinuit: aut si episcopus decessit, vt inf. ea. conqueitus. Aliter de specialibus negotijs episcopatuum se non potest metropolitanus intromittere: sed cōmunia negotia, quæ non magis pertinent ad unum, quā ad alium, sed ad statum totius prouinciæ, ut congregare synodum, examinare episcopum & ordinare hoc potest: non tamen sine consilio aliorum episcoporum, vt infra eod. c. 1. 2. 3. 4 & 5.

Metropolitanus clericos suffraganei iudicare nō potest.

3 Vers. vt is collatiōe habita eligaē, &c. quasi dicat licet cogitio electionum & electorū per tineat ad metropolitanū: non tñ grati ficatio: sed cum eligeti quem oēs, & c. vt ibi. Arc,

PEr singulas.]CASVS. Dicitur hic ꝙ episcopi in singulis

Universidad de Deusto
Biblioteca

gulis prouincijs debent recognoscere suum metropolitanum, sibi obediendo: & nihil agere de communibus negotijs sine metropolitani consilio. Similiter nec metropolitano licet sine consilio episcoporum aliquid facere de negotijs communibus.

a ¶ Cognoscere.] Id est, reuereri, idest, diligere, vt ibi. Non nouos 7.q 1 sicut vir. in fine.

b ¶ Agere.] Quod ad statum communem pertinet, vt inf. ea. archiepiscopus, sic sup. 80 dist. non debere.

PEr singulas.] CASVS. In Niceno concilio fuit statutum, vt archiepiscopus per singulas prouincias curam gereret, & ad archiepiscopum appelletur. sine cuius, cõsilio episcopi nihil agere possũt nisi de his, quæ ad ꝓprias eorum parochias spectãt: & ecõuerso metropolitan⁹ sine consilio episcoporum nihil agere potest.

c ¶ Per singulas.] Simile 2.q 7. metropolitanum.

d ¶ Totius prouinciæ.] Hic videtur ꝙ archiepiscopus est iudex ordinarius totius prouinciæ 1. nam habet procurationẽ & visitationem totius diœcesis, vt extra de præscrip. cum ex officij. & quia vnus est iudex prouinciæ, nt 7.q. 1. in apibus. ex quo enim archiepiscopus est iudex episcopi, ergo est iudex diœcesis suæ. argum. ff de pe u. seru. si seruus meus. Nam ex eo. ꝙ vicarius est in peculio ordinarij, ergo & peculium vicarij, vt ibi dicitur: & præterea hic dicit, quòd omnes, qui causas habent concurrãt ad metropolitanum. Item quia determinat causas delatas ad ipsum per querelam, vt 10. qõ. 3. quia cognouimus. Sed licet posset dici, quod sic ordinarius, sed tamẽ non potest intromittere de causis subditorum, nisi in casibus exceptis, vt extra de off. ordi. pastoralis. in prin. si tamen ferat sententiam aliquam in subditos suffragani sui, bene tenet: cum sit iudex ipsorum. argumen. in authen. de defen. ciuil & §. iudicare. & §. seq. vbi dicitur ꝙ præses vel maiores iudices non possunt ferre sententiam vltra summam ecs. aureorum, si tamen tulerint, extra de sent. excom. per tuas. ext. de off. deleg. cum contingat. Item quia dicitur quid quid fecerit, irritum est, vt inf. e. nullus. Hoc scias ꝙ de causis epi põt per solã querelam cognoscere. 11.q.1. si clericus aduersus. Ioã. quod dicit H. verum est, vt ext. de off. ord. pastoralis. B.

e ¶ Singulis.] Potest ergo anathematizare aliquem in consulto metropolitano: immo & quilibet sacerdos in

Hoc verũ est ſm L. vt not. 3.q.6.c j in gl. 2. vbi dixi de hoc Archid.

Archiepus an sit iudex ordinarius totius prouinciæ.

tenet, vt ibi innuitur. H. dicit non tenere talem sententiam, cum metropolitanus ferat in subditos suffraganei quia metropolitanus iudex alienus est respectu subditorum suffraganeorum, vt 6.q 3 scitote. & 3.q. 6. peregrina. sicut absoluere non potest nisi appelletur ad eum.

scere[a] metropolitanum† suum; & ipsum primatus causam suscipere: nihil autem agere [b] reliquos episcopos præter eum; secundum quòd antiquitus à patribus nostris constitutum continetur in canone. Propter quod metropolitanus episcopus nihil præsumptiue assumat† absque consilio cæterorum.

† al. primatiũ metropolitani episcopi. Apost. can. 34. † al sibi assumat.

Item ex concilio.

¶ Sine metropolitani conscientia extra suam diœcesim nihil agat episcopus. C. II.

ij PEr singulas [c] prouincias episcopos singulos scire oportet, episcopum metropolitanum, qui præest curam & solicitudinem totius prouinciæ [d] suscepisse. Prõpter quod ad metropolitanã ciuitatem ab his, qui causas habent, concurratur. Quapropter placuit eum, & honore præcellere, & nihil ultra sine ipso reliquos episcopos agere secundum antiquum patrum nostrorũ canonem, nisi hoc tantum quod vnicuique ecclesiæ per suam diœcesim competit. Vnumquemque enim episcopum oportet habere suæ diœcesis potestatem, ut regat, & gubernet secundum competentem singulis [e] reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis, quæ sub ipsius est ciuitate: ita ut etiam ordinare ei presbyteros, & diaconos probabilli iudicio liceat, & de singulis ipsius regionis causis cum moderatione & pondere disceptare. Vltra autem nihil agere permittitur citra metropolitani episcopi conscientiam α: nec metropolitanus sine cæterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

Apost. can. 34.

α ¶ Conscientiam.] *Græcè est, δίχα τοῦ μητροπόλεως ἐπισκόπου, μὴ δὲ αὐτὸν ἄνευ τῶν τῆς λεπῶν νόμων, itaq; eadem voce, νόμως, vtitur canon tam in consensu metropolitani, quàm suffraganeorum. Sed ob multas varietates placuit apponi verba Græca cum versione noua.*

Τὰς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ, τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον, καὶ τὴν φροντίδα πάντα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας ὅθεν ἔδοξε καὶ τὴν τιμὴν προηγεῖσθαι αὐτόν, μηδὲν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους αὐτῶν, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ τὰ τῶν ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ,

Causa IX. Quæstio III. 815

scio suo episcopo, vel extra de off. ord. cum ab ecclesiarum nec tenet quod legitur 11.q.3. nemo episcoporum. NISI FORTE. CASVS. Dictum est supra, ꝙ archiepiscopo nihil agere licet sine consilio episcoporum: quod verum est, nisi episcopi post annunciationem contemserint in sus ecclesijs œconomos ordinare, vt probatur sequenti cap.

CVm simus.] CASVS. Statutum fuit in synodo Constantinopolitana, vt omnes regulæ sanctorum patrum custodiantur: & præcipuè illa, quæ præcipit œconomos debere esse ī vnaquaque ecclesia: qđ si metropolitan⁹ facere neglexerit, licentiam habeãt episcopi in sua ecclesia œconomum ordinare. & econuerso. Idẽ seruandũ est in monasterijs.

a ¶ Oeconomos.] Oeconomus dicitur cui res ecclesiæ gubernãdæ mãdatur, vt C. de sacrosan. eccle. iubemus. Oeconom⁹ quid.

b ¶ Oeconomũ.] Qui clericus erit: & de ꝓptio clero dẽt esse, 89. dist. cap. quia. & 16.q.7. in nona actione. De hoc notaui 16.q 7. quoniam.

c ¶ Episcopis.] Ergo sicut superiores inferiorum, sic inferiores superiorum supplent defectum, vt extra de concess. præben. & eccle. non va can. nulla. & 89. dist. volumus.

FROBATVR. CASVS. Adhuc probat, ꝙ archiepiscopus in cõsulto suffraganeo suũ possit parochianum absoluere, exẽplo Pauli metropolitani Corinthiorum, qui Corinthium sornicatorem tradidit satanæ: & postea reconciliauit.

d ¶ Corinthium.] Et in hoc suppleuit negligẽtiam Apollinis, vt infra ead. cap. vlt.

SED CONTRA. Nunc probat Grat. cõtrarium scilicet ꝙ metropolitanus non potest disponere de negocijs episcoporũ sine consensu ipsorũ & omnia cap. vsque ad [§. sola.] intelliguntur de communibus negocijs vel de specialibus, cum episcopi non sunt negligentes, sed diligẽter agunt quæ debent. H:

SAlvo.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Eugenio vtrũ archiepus possit cognoscere de causis criminalibus eorum sine cõsen-

Iuo p. 5. c. 374. Conc. Chalced. c. 26. supra dist. 89. quia in quibusdam. & inf. 16. q. 7. quoniã in quibusdam.

† πειττὸν

1. Cor. 5. 2. Cor. 2.

& Iulius c. 4. Eure l. 1. c. 65. Iuo p. 5. cap. 99. & 174.

pserint in suis ecclesijs œconomos ordinare, vt probatur sequenti cap.

CVm simus.] CASVS. Statutum fuit in synodo Constantinopolitana, vt omnes regulæ sanctorum patrum custodiantur: & præcipuè illa, quæ præcipit œconomos debere esse ī vnaquaque ecclesia: qđ si metropolitan⁹ facere neglexerit, licentiam habeãt episcopi in sua ecclesia œconomum ordinare. & econuerso. Idẽ seruandũ est in monasterijs.

a ¶ Oeconomos.] Oeconomus dicitur cui res ecclesiæ gubernãdæ mãdatur, vt C. de sacrosan. eccle. iubemus. Oeconom⁹ quid.

b ¶ Oeconomũ.] Qui clericus erit: & de ꝓptio clero dẽt esse, 89. dist. cap. quia. & 16.q.7. in nona actione. De hoc notaui 16.q 7. quoniam.

c ¶ Episcopis.] Ergo sicut superiores inferiorum, sic inferiores superiorum supplent defectum, vt extra de concess. præben. & eccle. non va can. nulla. & 89. dist. volumus.

FROBATVR. CASVS. Adhuc probat, ꝙ archiepiscopus in cõsulto suffraganeo suũ possit parochianum absoluere, exẽplo Pauli metropolitani Corinthiorum, qui Corinthium fornicatorem tradidit satanæ: & postea reconciliauit.

d ¶ Corinthium.] Et in hoc suppleuit negligẽtiam Apollinis, vt infra ead. cap. vlt.

SED CONTRA. Nunc probat Grat. cõtrarium scilicet ꝙ metropolitanus non potest disponere de negocijs episcoporũ sine consensu ipsorũ & omnia cap. vsque ad [§. sola.] intelliguntur de communibus negocijs vel de specialibus, cum episcopi non sunt negligentes, sed diligẽter agunt quæ debent. H:

SAlvo.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Eugenio vtrũ archiepus possit cognoscere de causis criminalibus eorum sine cõsen-

Fff 2 su alio-

Episcopos, qui in vnaquaque prouincia sunt, nosse oportet eum, qui metropoli præest, vniuersæ quoq; prouinciæ curam suscipere, eo quòd in metropoli vndiq; conueniunt omnes, quicunque negocia habent. Quapropter placuit, & honore ipsum præcellere, & reliquos episcopos nihil aliud † sine ipso facere (secundum veterem, qui viguit, patrum nostrorum canonem) quàm ea sola, quæcunque ad cuiusque parochiam, subiectasq; parochiæ regiones pertinent: In cuiusque enim episcopi potestate esse propriam ipsius parochiam, vt eam administret pro ea, quæ cuique conuenit, integritate, & uniuersæ regioni, quæ suæ ciuitati subiecta est, prospiciat, consulatq; ita vt & presbyteros, diaconosque ordinet, & singula quæq; cum iudicio explicet. Præterea uero nihil quidpiam facere aggrediantur, sine metropolitani episcopi, neq; ipse sine reliquorum sententia.

Nisi fortè episcopi ipsi œconomos in ecclesia sua ordinare contempserint. Unde in septima synodo, c. 11. legitur.

¶ Metropolitanus constituat œconomos, quos episcopus habere neglexerit. C. III.

CVm simus debitores omnes sacras regulas custodire & eam, quæ dicit in vnaquaq; ecclesia œconomos [a] esse debere, modis omnibus inuiolabilem custodire debemus. Et, si quidem vnusquisque metropolitanus in sua ecclesia constituerit œconomum [b], bene vtique est. Sin autem ex auctoritate propria Cõstantinopoleos episcopis [c] licentia est præponendi œconomos in eius ecclesia. Similiter & metropolitanis, si episcopi, qui sub eis sunt non fategerint œconomos statuere in suis ecclesijs. Id ipsum autem seruandum est etiam in monasterijs.

Probatur illud idem exemplo Apostoli, qui fornicatorem Corinthium [d] impœnitentem satanæ tradidit: postea pœnitentem ecclesiæ reconciliauit, hoc tantum scribens Corinthijs in prima; & secunda epistola, vt excommunicato non communicarent, & reconciliato socia charitate copularentur.

Sed contra probatur auctoritate multorum.

Ait enim Higinus Papa, epist. 1. c. 2.

¶ Metropolitanus sine episcoporum consensu, vel præsentia alicuius eorum non audiat causas. C. IIII.

SAl-

Universidad de Deusto
Biblioteca

su aliorum episcoporum, & respondetur q̃ non: saluo Romanæ ecclesiæ priuilegio.

a ¶ Saluo.] Debet quis ius suum protestari, ne fiat ei præiudiciũ. sic 28. dist. diaconi. & 7. q. 1. pontifices. ff. qui bus mo. pig. vel hypo sol. l. fi debitor. §. fi in venditione.

ADDITIO. Ad hoc facit C. de his q. spõ. mune. sub. lib. 1. tit. 10. sed ar. contra. ff. de cond. inst. quod q̃s. ff. de act. & oblig. ob l gationum §. placet. de hoc le. & not. 28. dist. c. 1.

b ¶ Instantia.] Id est, præsentia.

c ¶ Aliquorum.] Scilicet episcoporum.

d ¶ Causas.] Scilicet criminales, vt 3. q. 8. Cũ inter episcopũ & clericum co ram quo dẽat tractari. & suggero. Et no. q̃ cũ causa est inter clericũ & episcopum, quòd metropolitan⁹ in synodo comprouinciali tractabit causam. 11. q. 1. si clericus. nisi velis dicere, q̃ hodie solus metropolitanus obtinet vicem synodi quantum ad istud. 18. dist. c. 1. & 10. q. 3. q. 2. De hoc dixi 6. q. 2. epus.

ARchiepiscop⁹.] CASVS. Anicet⁹ Papa statuit vt archiepus de causis episcoporum, aut cõmunibus. s. criminalib. nihil agat sine cõsilio suorum suffraganeorum, nec episcopi sine consensu archiepiscopi aliquid agant, nisi quantum ad suas parochias pertinet.

e ¶ Archiepiscopus.] Hoc ca. exponit præmissa.

SI autem.] CASVS. Quæritum fuit si archiepiscop⁹ superbe vult de causis criminalibus, vel ciuilibus episcoporum cognoscere sine voluntate, uel eos in aliquo grauare, quid sit faciendum: & respondetur, q̃ corrigi debet à suffraganeis: & si fuerit incorrigibilis, significetur Papæ, quatenus per ipsum sic puniatur, ut cæteri timorem habeant.

f ¶ Inobediens.] Hic habemus q̃ metropolitanus potest coerceri à suffraganeis. sic supra ea. saluo, in fin. simile 63. dist. Salonitanæ. Sed qualiter subditi possint eum coercere? Respondetur reprehendere 1. possunt ex charitate. 2. q. 7 præsumunt. & c. secuti. Iste autem qui defert querelam ad metropolitanum, sine appellatione patiatur dispendium litis. arg. in auth. coll. 3. de defen. ciui. circa medium. §. non habeate. in fin. hoc ideo quia traxit aduersarium suum ad alienum iudicem, vt 11. q. 1. inolita. Io.

Metropolitanus a suffraganeis reprehendi potest.

3 Dic q̃ est triplex reprehensio, vt mo. sup 21. d. nolite. in fi.

NVllus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. Prima pars loquitur de specialibus negocijs suffraganeorum. Secunda pars de communibus. Dicitur ergo in prima, q̃ nullus primas vel metropolitanus debet se intromittere de specialibus negocijs sui suffraganei absque eius licentia vel voluntate: q̃d si fecerit, irritum erit quidquid fiet, & ipse deponetur. In secunda parte dicitur, quòd primas vel metropolitanus non debet uno [a] in omnibus Romanæ ecclesiæ priuilegio, nullus metropolitanus absque cæterorum omnium comprouincialium episcoporum instantia [b], aliquorum [c] audiat causas† [d]: quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in conspectu eorum omnium ventilatæ, & ipse, si fecerit, coerceatur à fratribus. † al. causas eorum.

Item Anicetus Papa episcopis Galliæ, c. 1.

¶ De eodem. C. V.

ARchiepiscopus [c] nihil de episcoporum causis, aut de alijs communibus, iuxta statuta Apostolorum, absq; cunctorum illorum agat consilio, nec ille, nisi quantum ad suas parochias pertinet, sine suo: quoniam tali gaudet concordia altissimus, & gloriatur in membris suis. Can. Apost. 34.

Item in eadem epistola, c. 3.

¶ De eodem. C. VI.

SI autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium comprouincialium præsentia, vel consilio episcoporum, aut eorum, aut aliàs causas, (nisi eas tantum, quæ ad propriam suam parochiam pertinent) agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat. Si vero incorrigibilis, eisque inobediens [f] apparuerit: ad hanc Apostolicam sedem, cui omnia episcoporum iudicia referri† præcepta sunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant. Poly. l. 2. tit. 24. Barch. l. 1. c. 63. Pann. l. 4. c. 26. † al. terminare.

Item Salixtus Papa episcopis Galliæ, epist. 2. c. 3.

¶ De eodem. C. VII.

NVllus primas, vel metropolitanus diœcesani ecclesiã vel parochiam, aut aliquem & de eius parochia præsumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid [h] agere absque eius consilio, vel iudicio: sed hoc obseruet, quod ab Apostolis, ac patribus, & prædecessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum: id est, si quis metropolitanus episcopus (nisi quo ad suam solummodo propriam pertinet parochiam) sine consilio, & voluntate omnium comprouincialium episcoporum extra aliquid agere tentauerit; gradus sui periculo subiacebit; & quod egerit, irritum [a] habeatur, & vacuum. Sed quidquid de prouincialium coepiscoporum causis, eorumque ecclesiarum, & clericorum; atque sæcularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc communi† consensu comprouincialium agatur pontificum; nec aliquo dominationis fastu, sed humillima atque concordi administratione, sicut Dominus ait: [Non veni ministrari, sed ministrare & alibi: [Qui maior est vestrum, erit minister vester.] Similiter, & ipsi comprouinciales episcopi cuncta cum eius consilio (nisi quantum ad parochias proprias pertinet) agant, iuxta sanctorum constituta patrum. *& infra.* ¶ Vt uno animo, vno ore cõcorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula. Concor. Lucias epist. 1. c. 1. Poly. ibidẽ c. 6. Burc. l. 1. c. 66. Iuo p. 5. c. 100. & p. 14. c. 72. Pann. l. 4. c. 27. † al. cum omnium. Matt. 20. Matt. 23.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricensi archiepiscopo:

¶ In suffraganei parochia nihil absque eius consilio metropolitanus agat. C. VIII.

COnquestus est Apostolatui nostro frater noster Sigedodus archiepiscopus [b] Narbonensis, quòd clericos suos eo inuito ad iudicium tuum venire compellas, & de rebus ad ecclesiam suam pertinentibus, eo inconsulto, qua si iure patriarchatus tui disponas: cum hoc nec antiquitas (cui patres sanxerunt reuerentiam) habeat; & auctoritas sacrorum canonum penitus interdicat: nisi forte pro causis, quæ apud se terminare non possunt: ad te quasi ad patriarcham suum prouocauerint [c]; vel si episcopus suus decesserit; res ecclesiæ suæ iudicio tuo [d] dispensare uoluerint. Primates enim vel patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris episcopis, nisi quantum sacri canones [e] cõcedunt, & prisca consuetudo [f] illis antiquitus contulit, definimus: ita vt secundum Nicænas regulas sua priuilegia seruentur ecclesijs: præterquam si Apostolica sedes aliquid eis archiepiscopi vicarius. Quid de hoc iuris sit, dixi 25. d. perlectis. Iuo p. 7. c. 56. Pann. l. 4. c. 29.

a ¶ Irritum. 2. i. irritandum. si dicas quòd habet iurisdictionem ordinariam prouinciæ. sed si fiet proprie, tunc erit Ans. l. 3. c. 88.

b ¶ Archiepis.] Hic patet quòd archiepiscopi subsunt primatibus & patriarchis, vt 21. distinct. cap. 1. & 65. distin. de persona. 17. distinct. multis. Archiepi subsunt patriarchis.

c ¶ Prouocauerint.] Hic patet q̃ nec archieps, nec primas potest cognoscere de causis subditorum episcoporum, nisi q̃ appellationem deuoluantur ad ipsum. 11. q. 3. peruenit. & extra de off. deleg. cum nõ ignoretis. Idem dico in legato Papæ, vt di xi 2. q. 6. ca. 3. præter hoc casus est alter 12. dist. de his. Item cũ i absolutus ab archiepiscopo non vult patere episcopo, extra de off. ord. ad reprimendam. Item cum est causa inter episcopum & clericum. 11. q. 1. si clericus. & su. 6. quæst. 2. capit. 2. & hoc cum episcopus est reus. sed si est actor, non videtur q̃ archiepiscopus sit iudex res, vt ex. de off. ord. pastoralis. Item cum episcopus non vult absoluere excõmunicatum, vt extra de appellat. qua fronte. Item cum archiepiscopus prouinciã visitat. extra de præscript. cum ex officij, sed illud non dico ẽ se generale, nisi vt di xi sup. ea. quæstio. 2. nullus primas. Item cum euidens est sententiam episcopi iniustam esse. extra de appel. solicitudinem. Archieps de causis subditorũ epi cognoscere nõ potest.

d ¶ Iudicio tuo.] Aliter enim non potest. 12. quæst. non liceat.

e ¶ Canones.] Sic 18. q. 2. hoc tantum.

f ¶ Consuetudo.] Ergo ratione consuetudinis potest aliquid peti, vt 18. q. 2. ferutium. ff. de pub. & vect. licitatio. §. earum. ff. communia prædi. vendit or. Arg. contra. 10. quæstio. tertia quia. Item ratione diuturnitatis ꝓbatur negatiua: quia aliter non probatur. ff. de prob. si arbiter. Item diuturnitas constituit ius. ff. de aqua quo. & æsti. i. hoc iure. §. aquæ. extra de his. de quæ ĝ. à præl. si consen. cap. ea noscitur. & argum. 3. quæstio. 6. hoc quippe. Item consuetudo dat iurisdictionem, vt C. de eman. li. l. vlt. & extra de arb. dilecti. Item cõsuetudo dat priuilegium 2, vt hic, & 62. distinct. quia. Arg contra. 93. distinct. illud 100. distinct. contra morem. hoc profectus sum sup. dist. 8. frustra. Consuetudo multa tribuit.

2 Aliàs consuetudo parificatur priuilegio ext. de iu nouit. vbi de hoc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Speciali.] Ergo Papa in totum potest auferre priuilegium vni ecclesiæ, & alij concedere, vt 16.q.1. Irater noster.

b ¶ Et angelo.] Hæc sunt verba Ioan. in Apoc. & deberet esse initium cap.

c EPiscopo.] Hæc sunt verba Bedæ.

SOLA. CASVS. Hactenus ostensum est qꝙ archiepi & primates subiectos, suffraganeorum suorũ iudicare non possũt illis inconsultis, nisi in casibus concessis. ne autem credatur idem esse in Papa, dicit nunc aliud esse in eo. Sola enim Ro. eccles. potest de oibus iudicare: sed nullus de ea potest iudicare: & ad hoc inducitur. c. seq.

PAtet.] CASVS. Dī in hoc ca. qꝙ nullus dēt tractare, vel iudicare de iudicio se. Apost. quia firmū debet esse quod ipsa iudicat. Et hoc probat Nicolaus duobus exemplis. s. Inn. & Gelasij.

d ¶ Patet.] Ab hoc loco vsq. in finē agitur de excellētia Papæ, & omnia c. quasi idem dicunt.

e ¶ Iudicare.] Nam talis crimen sacrilegij incurrit, vt 17.q.4.§. qui autem.

f ¶ Innocētius.] Familiaris est hæc probatio, qꝙ vnus Papa inducit alium in testem: sed hoc iō, qa de ipsorum testimonio non est dubitandum: sicut Dās mala Sodomæ per angelos probauit. 2. qō. 1. Deus.

Papa Papā inducit in testem.

1 Ad hoc, 8. q. 3. talia.

g ¶ Intulit.] Qui manus intulit prīpositō vel consumax est ergā ducem vel præsidem, capite punitur. ff. de re. mil. l. omne. §. 1. & 2. irreuerens miles, & contumelia parentis capite punitur. 86. d. non satis in fine.

FVit.] CASVS. Dī in hoc c. qꝙ semper fuit licentia sedi Apo. iniuste damnatos vel excommunicatos restituere; & eos qui iniuste damnat vel excommunicat punire.

quam ecclesiam, vel ipsius rectorem quolibet speciali[a] priuilegio decreuerit honorare.

Item Beda super Apocalypsim, [*& Angelo*[b] *ecclesiæ Ephesi scribe.*]

Glo. ordi. ad eũ locum Apoc. 2.

¶ De eodem. C. IX.

EPiscopo [c] scribit, de cuius manu peccata subditorum requirit: ne sine eius consensu subditos iudicare debeat.

¶ *In glossa ordinaria sic legitur,* Et angelo,] Idest episcopo scribit: de manu cuius peccata subditorum requirit, & sine cuius consensu subditos iudicare non præsumit ipse Ioannes.

Sola enim Romana ecclesia sua auctoritate valet iudicare de omnibus: de ea vero nulli iudicare permittitur.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola, cuius initium [*Proposueramus.*]

¶ Apostolicæ sedis iudicium à nemine est retractandum. C. X.

ILlud magnitudinem tuam minime volumus ignorare, quòd Syracusanæ ciuitatis episcopus inter alia, quæ incautionum suarum pagina spopondit, hoc etiam specialiter sub interpositione pœnę [d] legitime promisisse legitur; nunquam se à quolibet suæ diœcesis presbytero vltra duos solidos cathedratici nomine petiturum, nec per quãlibet aliam occasionẽ quidquam in eius se dispendio esse gesturum. Quod magnitudo tua, non solum à prædicto episcopo, sed de omnium episcoporum Siciliæ personis competenti solicitudine custodire non desinat; nec ipsa quoque prandia enormia fieri, sed secundum mediocritatem vniuscuiusque loci episcopo ad consignationem venienti susceptionis præparari conuiuium: quia nec eo prætextu pauperibus incuti damna volumus, aut qualibet ratione permittimus.

CAVSA VNDECIMA.



Clericus aduersus clericũ quæstionẽ de prædijs agitauit, quæ ad ciuilẽ iudicẽ producere voluit: reo nõ nisi ante iudicẽ ecclesiasticũ stare volebat; actor vero potẽtia ciuilis iudicis illũ à possessione sua deiecit. Quo audito eps eum ab officio suspendit: ille contẽpta episcopi sũa officium suum ad-

mediante legato antecessoris Greg. qui in Sicilia ecclesiasticum patrimonium gubernabat, facta est compositio inter episcopos & clericos, vt certa summa daretur episcopis quolibet anno cum ecclesias visitarent: quam quia episcopi non seruabant, præcepit Gregorius vt omnia seruentur, nec subiectis sui graues in aliquo existant.

b ¶ Pro labore.] su. 1. q. 2 c. vlt. inf. 12. q. 2. charitatem.

c ¶ Clericorũ.] Qui laborant cum episcopo in visitatione.

d ¶ Pœnæ.] Nota q̃ aliquis sub pœna potest obligari in spiritualibus, vt 23. dist. quamquam. 16. q. 1. statuimus. 1. quæstio. vlti. quoties.

ILlud.] CASVS. Syracusanæ ciuitatis episcopus cũ à Papa ordinabatur, sub interpositione legitimæ pœnæ promisit specialiter quod ab aliquo clerico suæ diœcesis, vltra duos solidos pro cathedratico nihil esset petiturus. Præcepit ergo Greg. Cresconio illustri, vt faciat hoc obseruari, non solũ ab episcopo Syracusanæ ciuitatis, sed etiã ab omnib. alijs Siciliæ episcopis: nec ipsa prandia enormia fieri sinat: sed secundũ mediocritatẽ cuiusq; loci visitanti episcopo ea faciat præparari: ne sub hoc prætextu dãna pauperibus inferantur.

Lericus.] CASVS. In superiori causa ostensum est, quòd ecclesiæ cum omnibus suis possessionibus ad dispositionem pertinent episcoporum. sed quia posset aliquis dubitare sub quo iudice clerici debeant conueniri; sub ecclesiastico scilicet, an sub sæculari. ideo Gratia. hanc 11. causam subnectit, in qua ostendit cleri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clericos sub ecclesiastico iudice esse conueniendos: qđ vt competentius ostendat, thema proponit: de quo tres elicit quæstiones.

QVòd clericus.] Hæc q.diuiditur in tres partes. In prima probat per 24. auctoritates, q episcopus & quilibet clericus per clericos est iudicandus, & non per laicos, nisi forsan esset incorrigibilis: quia actor debet sequi forũ rei. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Ecõtra.] Io. de Pan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur, an clericus ante ciuilem iudicem sit producendus. Et distinguas, q causarum alia est criminalis, alia ciuilis, alia spiritualis. Criminalis est, vbi & crimine agitur. Ciuilis, vbi de possessionibus & pecunia agitur. Spiritualis, vbi tractatur de reb. spiritualibus, scilicet de electione, de decimis, & primitijs, & de iur. pat. & de vsuris. In quibus omnibus causis nunquam clericus debet conueniri sub iudice, nisi sub iudice ecclesiastico, vt inf. ea. nullus episcopus. & c. clericũ, nisi in causa feudi, vt extr. de iud. cæterum. & nisi sit incorrigibilis, vt d. 17. non licuit. & in causa reconuentionis, vt su. 3. q. 8. cuius in agendo. & nisi Papa delegaret causam spiritualem, vel aliã laico, vt sup. 10. q. 3. illud. Laicus vero sub iudice sæculari debet conueniri, vt infra. ead. experientię, nisi in sex casib⁹.

Vel si conueniat episcopum super rebus spiritualibus, vt extra de deci. quoniã & 35. q. 6 episcopus. Vel si conueniatur laicus de crimine ecclesiastico, vt infra ead. si quis. cum clerico. & 6. q. 1. cap. 1. Vel nisi sint rusticæ ecclesiæ, vt 89. distinct. indicatum. Vel si iudex sæcularis est negligens, vt 23. q. 5. administratores. & quæst. 2. dominus noster. Vel nisi sit raptor rerum ecclesiæ, vt extra de fo. comp. cum sit generale. Vel si suspectus fuerit iudex sæcularis, vel si habetur querela contra episcopum, vt in authen. vt diffe. iudi. coll. 11. § 1. & 2. Et procedit hoc ordine in hac quæstione. primo probat, quòd clerici non sunt conueniendi coram iudice sæculari, vsque ad [§. Cum ergo.] Deinde probat contrarium, scilicet quòd in ciuili causa coram sæculari iudice sunt conueniendi, in criminali coram ecclesiastico: quod allegando dicit: Tandem dat solutionem in [§. quia ergo.] in fine. Primum ergo cap. huius quæst. planum est.

a ¶ Quod clericus.] causarum alia ecclesiastica, alia sæcularis. Ecclesiasticarum alia spiritualis, alia criminalis, alia ciuilis. Spiritualis, est vbi agitur de decimis, vel matrimonijs. Criminalis vbi agitur de crimine ecclesiastico, scilicet hæresis, vel vsurarum; cuius examinatio spe. Causa est duplex.

ministrauit. Hoc comperto episcopus, sine spe restitutionis in eum sententiam dedit.

1 *Hic primum quæritur, vtrum clericus ante ciuilem iudicem sit producendus.*

2 *Secundo, si producendus non est, an hæc culpa sit digna suspensione.*

3 *Tertio, si digna non fuerit, an contemptorem sententiæ sui episcopi irreparabiliter oporteat deponi.*

QVÆSTIO I.

QVòd clericus[a] *apud sæculares iudices accusandus non sit, Caius Papa epist. ad Fœlicem episcopum, cap. 2. scribit dicens.*

¶ Apud sæcularem iudicem nullus clericus conueniatur. C. I.

NEmo vnquam episcopũ apud iudicem sæcularem, aut alios † clericos accusare præsumat. † *al. reliquos*

PALEA. C. II.

NVllus iudicum, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut iuniores † ecclesiæ, sine licentia † pontificis per se distringat, aut condemnare præsumat. Quod si fecerit, ab ecclesia, cui iniuriam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quousque reatum suum agnoscat, & emendet. Extra de foro compet. c. 2. Capi. l. 6. c. 154. & l. 7. c. 139. Burc. l. 16. c. 22. † *al. minores* † *al. scientia*] *al. permissa*

¶ *Apud Burchardum, & in aliquot Gratiani codicibus ex ijs, qui hanc paleam habent, & in Decretalibus titu. de foro competent c. 2. citatur ex concilio Parisiensi. cap. 10. Verum in concilio Rhemensi Trosleiano, cap. 6. refertur ex capitularibus; in quibus habetur bis, id est lib. 6. c. 154. & lib. 7. cap. 139. Simile quid legitur in concilio Aurelianensi 4. c. 20. & Antisiodorensi, c. 43.*

Item Marcellinus Papa, epist. 2. Et in cõc. Aurelian. 3. c. 31.

tio spectat ad iudicem ecclesiasticum, vt inf. ea. si qs cũ clerico. & 6 q. 2. c. 1. Alia est ciuilis siue pecuniaria, vbi agitur de rebus temporalibus. arg. ad hanc dist. 16. q. 1. frater. Item sæcularium alia est ciuilis, alia est criminalis. In his omnibus nunquam conuenitur clericus, nisi sub ecclesiastico iudice, vt inf. eo. nullus episcopus laicis. & nisi in tribus casibus, vt in causa feudi, vt extra de iud. plex. cæterum. & nisi sit incorrigibilis, vt 17. dist. nec licuit. Item & in causa reconuentionis. 3. q. 8. cuius in agendo. Alios casus posui inf. eo. clericũ nullus. Similiter nec laicus potest conueniri sub ecclesiastico iudice nisi in casibus v. vt si conueniat ipsum super rebus spiritualibus, vt extra de iud. c. 2 & 3. Vel nisi rusticæ ecclesiæ conueniantur, vt 80 dist. indicatum. extra de app. si duobus. Vel vbi aliquis rapuerit res ecclesiæ: tunc potius ex consuetudine quàm de iure conuenitur sub clerico, extra clericus. de fo. comp. cũ sit. & c. si clericus. Ité si iudex laicus est negligens. extra de fo. comp. ex transmissa. & 23 q. 5. ad. que cẽsetur. Laicus non

ministratores. Vel si suspectus fuerit iudex sæcularis. Vel si haberetur querela contra ipsum potest adiri ecclesiasticus iudex, vt in authen. vt dif. iud. coll. 9. § 1. & 2. & § pen. non tamen propter negligentiam ecclesiastici iudicis clericus potest conueniri coram laico iudice,

Ans. l. 3. c. 22. Pann. l. 4. c. 31. † *al. seculare iudicium* 2. 97 laico.

¶ De eodem. C. III.

j CLericum[a] cuiuslibet ordinis absque pontificis[b] sui permissu nullus præsumat ad sæcularem † iudicem attrahere: nec laico quemlibet clericum liceat accusare.

a ¶ Clericum.] *In epistola Marcellini secunda, & concilio Aurelianensi 3. vbi hoc repetitur, & in Pannormia sic legitur,* Clericus cuiuslibet ordinis absq; pontificis sui permissu nullum præsumat. &c. *Verum ob glossas, & citationes desit orum, nihil est mutatum.*

Item ex concilio Nicæno.

¶ *In concilio Nicæno hodie canon hic nõ habetur sed fuisse elim plures canones illius concilij supra dist. 16. c. septuaginta. est adnotatum. quorum partem refert Iulius in rescripto contra Orientales, vbi numero 34. habetur hoc caput: & ex eo citatur in Polycarpo.*

¶ Ab eis quisque iudicandum est, quas sibi iudices elegerit. C. IIII.

Poly. l. 5. tit. 4. Pann. l. 4. c. 109.

IVdices autem alij esse non debent quàm quos ipse, qui impetitur[c], elegerit; aut quos suo cũ consensu hęc sancta sedes, aut eius primates[d] auctoritate huius sanctæ sedis delegauerint.

Item Valentinianus, Theodosius, & Arcadius Imppp.

¶ Ad sæcularia iudicia nullus clericus est pertrahendus. C. V.

In eod. Theod. l. 16. tit. de epis. audien. c. vlt. Anf. l. 3. c. 109. Poly. l. 1. tit. 19. & 11. q. 1. sacerdotibus. Hist. ecclesiast. lib. 10. c. 2. Rufino auctore. † *al. quia Dei solius iudicio reseruamini*

CONtinua lege sancimus, vt nullus episcoporum, vel eorum, qui ecclesiæ necessitatibus seruiũt, ad iudicia siue ordinariorum[e], siue extraordinariorum iudicum pertrahatur. Habent illi suos iudices; nec quidquam his, publicis est commune cum legibus[f]. *Item.* ¶ Constantius Imperator præsidens[g] in sancta synodo, quæ apud Niceã congregata erat, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait. Vos à nemine dijudicare potestis: quia ad † Dei solius iudicium referuamini.

g ¶ Præsidens] *Quàm humiliter ibi se gesserit Constantinus docent Eusebius 2. lib. de vita ipsius c. 10. Socrates l. 1. c. 5. Theodoretus l. 1. c. 7.*

b ¶ Absq; Pontificis.] Hodie nec cum consensu episcopi potest vt extra de fo. compe. si diligenti aliàs ab officio suspendit. vt 3 q. 6. non liceat. præterea causam perdit, vt inf. ea. inolita. & c. placuit.

IVdices.] CASVS. Re⁹ & actor contendebant de iudicibus eligendis q̃situm est in Nicæno concilio ad cuius petitionem debent dari. Et respondet q̃ illi iudices debent dari quos reus elegerit, supple, cum consensu alterius partis, vel illi quos sedes Apostolica vel eius primates delegauerint.

c ¶ Qui impetitur.] Arg iudices esse dandos ad arbitrium rei vt hic, & 15. q. 7. si autem. & 3. q. 6. peregrina. & 4. q. 5. quisquis. Sed contra it de iud. obseruandum vbi dicit, quod ille iudex non est dandus, quẽ altera pars nominatim petit. Sed potes ibi illud, altera, intelligere de actore, non de reo 2. Vel. dic si nõ possunt cõcordare actor & reus, tunc dabunt secũdum petitionem rei, vel supple. in omnibus istis illud, & actoris. Vel dic qđ hoc c. loquitur in criminali causa. tunc enim ex pluribus episcopis potest eligere reus quem Iudex an possit dari ad arbitriũ rei.

2 Huic solutioni ob. extra de of. de le. cum R, vbi eligit actor.

3 Vnde non intelligas in hoc demonstrare Nicænam synodum: illa. n. non habuit primates: vel cum dr, hæc sancta sedes, intelligitur de sede Romana. Archid.

d ¶ Primates.] Id est, episcopi, qui concilium celebrat auctoritate Papæ 3.

CONtinua.] CASVS. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius constituerunt hac lege præsente, vt nec episcopus, nec clericus protrahatur ad iudicem sæcularem ordinarium vel delegatum. Similiter Cõstantinus Imperator præsidens in Nicæna synodo, cum quidam laico laico, sed ab ecclesia iudicandos.

e ¶ Ordinariorum.] Id est, ad ordinarios, vel delegatos ab Imperatore.

f ¶ Cum legibus.] Quæ dicunt clericum posse trahi ad ciuilem iudicem, vt inf. ea. si quis cum clerico.

g ¶ Quia ad Dei.] Id est, clericorum, qui dij appellantur, vt infra. ead. sacerdotibus.

Nullus

Universidad de Deusto
Biblioteca

NVllus epſs.] CASVS. Statuit Bonifacius Papa: vt nullus epiſcopus producat in ciuili vel criminali cauſa ad ciuilem iudicem vel militarẽ ſi vero iudex hoc iubere audeat, amittet omnia bona ſua, & à dignitate repelletur, ſiue deponetur. Quę autẽ ſequũtur, plana ſunt vſq; ibi, [Epiſcopus non flagitetur. Honore,] id eſt, iure prætorio: vel honore iudicis, litigatoris, [Excepta,] id eſt, priuilegiata, vel excepta ab hac neceſſitate per leges.

Citatio nulla nõ arctat citatum.

a ¶ Vel exhibeat.] Sed nunquid tenetur venire, & allegare ſorum, vt extra de app. cum paratis nõ: quia citatio nulla eſt. Nã vbi quis citari nõ poteſt vel ratione pſõnę, vel ratione temporis, vel cauſæ: non tenetur venire vt notaui 3. q. 2. ſi epiſcopus. & q. 1. c. 2. & ff. de fer. l. 1.

b ¶ Cinguli.] Nota q̃ eccleſiaſticus iudex priuat etiam laicum ſua dignitate, vt 32. q. 5. præceptum, in fi.

[Teſtimonium] c ¶ Recipiat.] In cã criminali, vt extra de teſti. de cęteris.

d ¶ In publico.] Scilicet foro ſæculari ne ſit cõtra d. 23. c. illud inf. 15. q. 5. c. 1.

2 Præcipuæ cũ iſta c. de ſe expurgante loquantur. hæc autẽ de teſte loquũtur. Arch.

a ¶ Nec num, additis nonnullis verbis, quę ſunt apud Iulianum.

¶ Neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa epiſcopus apud ciuilem iudicem producatur. C. VIII.

iij NVllus epiſcopus neq; pro ciuili, neq; pro criminali cauſa apud quemuis iudicem ſiue ciuilem, ſiue militarẽ producatur, vel exhibeatur[a]. Magiſtratus enim, qui hoc iubere auſus fuerit, amiſſionis cinguli[b] condemnatione plectetur.

Item Syluester Papa in ſynodo Romana, c. 14.

¶ Quilibet clericus non eſt in publico examinandus. C. IX.

TEſtimonium clerici aduerſus laicum nemo recipiat[c]: nemo enim † clericum quemlibet in publico[d] examinare præſumat, niſi in eccleſia.

¶ *In ſynodo Romana ſub Syluestro c. 14. & in Pannormia legitur eodem modo atq; apud Gratianum, ac propterea nihil eſt mutatum. Verum in epilogo eiuſdem concilij habetur.* Teſtimoniũ laici aduerſus clericũ nemo recipiat. *Et eodẽ modo legitur in apud Iulianum*

[*Item ex concilio Matiſconenſi primo, c. 8.*] Burc. l. 16. c. 21.

¶ De eodem.] PALEA. C. VI.

ij NVllus clericus alium clericum ad iudicem ſæcularem accuſare, aut ad cauſam dicẽdam trahere quocunque modo præſumat: ſed omne negocium clericorum aut in epiſcopi ſui α, aut presbyterorũ cum archidiaconi præſentia finiatur. Quod ſi quis clericus hoc adimplere diſtulerit; ſi minor fuerit, vno minus de quadraginta ictus † accipiat: ſi vero honoratior, triginta dierum incluſione mulctetur. † *al. ictibus.*

α ¶ Aut in epiſcopi ſui.] *In concilio Matiſconenſi legitur*, aut in epiſcopi ſui, aut in presbyteri, aut in archidiaconi præſentia finiatur, *verum in prima collectione Decretalium Bernardi, tit. de foro competenti, c. 2. caput hoc refertur eodem modo atque in hac palea.*

Item Marcellinus β epiſt. 2. ad epiſcopos Orientales.

β ¶ Item Marcellinus.] *In vulgatis citabatur ex Bonifacio ad epiſcopos Galliæ, ſed in aliquot vetuſtis legitur*, Marcel. *Eſt enim hoc caput in ſecunda epiſtola Marcellini, & ipſe tribuit Iuo: ſequens autem eſt, quod in vetuſtis Gratiani exemplaribus, & à Burchardo & Iuone citatur ex Bonifacio ad epiſcopos Galliæ; vt ibi etiam dicetur.*

¶ De eodem. PALEA. C. VII.

QVæcunq; contentiones inter Chriſtianos ortę fuerint, ad eccleſiam deferantur, & ab eccleſiaſticis viris terminentur. Et ſi obedire γ noluerint, quouſque obediant, à liminibus eccleſiæ excludantur. Burc. l. 3. c. 139. Iuo p. 3. 205.

γ ¶ Et ſi obedire.] *Hinc æſque ad finem non leguntur in ipſa epiſtola, ſunt tamen apud Burchardum & Iuonem.*

Item Bonifacius ad epiſcopos Galliæ.

¶ *Hoc adſcribebatur Marcello, ſed vt dictum eſt in proxima ſuperiore notatione, in vetuſtis codicibus Gratiani, & apud Burchardum, & Iuonem parte 5. c. 278. tribuitur Bonifacio: & ſic eſt mutatum. Fere eadem habentur apud Iulianum anteceſſorem nouel. 123. c. 10. quod in aliis, quæ nomine Bonifacij citantur, ſolet euenire. Et Iuo eadem parte, c. 369. hæc ipſum caput citat ex libro conſtitutionum.*

a ¶ Nec honore.] Id eſt iure prætorio.
b ¶ Ad teſtimonium.] Ad medios ſæculari.
c ¶ Excepta.] Ab hac neceſſitate.
d ¶ Iureiurando.] Hæc iunt verba Gratiani: nec dicit verum, nam epiſcopi bene tenentur iurare, vt 2. quæſt. 4. nullam.

Tit. 3. le. 7. & in cod. Theodoſ. libro 11. titu. 39. Ibidem.

† *al. inhonoratur*

Nouella 123. §. præterea nulli.] apud Iulianum nouel. 123. ca. 9. Iuo p. 5. c. 369. Aut. ſed iudex cod. de epiſc. & clericis.

Hadriani, cap. 72. in concilio Triburienſi, c. 4. & ex ipſo apud Burchardum & Iuonem.

Item codicis lib. primo, titulo de epiſcopis, & clericis Imperator Theodoſius: [Nec honore[a], nec legibus epiſcopus ad teſtimonium dicendum flagitetur.] ¶ Item dixit. Epiſcopum ad teſtimonium[b] dicendum admitti nõ decet. Nam & perſona dehonoratur †, & dignitas ſacerdotis excepta † [c] confunditur.]

Nouella conſtitutio.

[Epiſcopus non flagitetur ad teſtimonium iureiurando α[d] ſed Euangelijs tantum coram poſitis.] ¶ Item: [Sed iudex mittat[c] ad eum ex ſuis miniſtris, vt propoſitis ſacroſanctis Euangelijs, ſecundum quid docet ſacerdotes, dicat quæ nouerit.]

α ¶ Iureiurando.] *Edictio hæc non eſt in nouella. Et verba Græca, quæ ad hoc faciunt ſunt hæc: οὐδὲ τῶν ἀεκήτων ἐξέρχεσθαι τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀκροᾶσθαι εἰς δικαστήριον παρεῖναι ἐπὶ τῶν εἰμένοις μαρτυρίαν, id eſt*, Præterea nulli magiſtratuum licebit Dei amantiſſimos epiſcopos cogere, vt præbendi teſtimonij cauſa in ius prodeant.

Item Syluester in epilogo concilij Romani.

¶ Clericus ad ciuilem iudicem clericum perducens anathema ſit. C. X.

SI quis clericus accuſans clericum in curiam introierit, anathema ſit.

Subaudiendum eſt, ſi publicorum iudiciorum cognitionem petierit: epiſcopale namque iudicium nihil obeſt ab Imperatore poſtulare.

In Mileuitano c. 19. & in Afric. c. 71.

¶ *In antiquis etiam codicibus citatur Carthaginenſe actuum, quo nomine referunt ſignificari concilium Mileuitanum, in quo caput hoc exiat c. 19.*

¶ Proprio priuetur honore publici iudicij cognitionem ab Imperatore poſtulans. C. XI.

PLacuit, vt quicunque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit[f], honore proprio priuetur. Si autem epiſcopale & iudicium ab Imperatore poſtulauerit, nihil ei obſit.

Sic & ſequentes[h] auctoritates intelligendæ ſunt, quib. clericorum cauſas non niſi clerici cognoſcere inbentur.

† *al. Zeic* *Vnde Gelaſius Papa ſcribit Ezechiæ † comiti.*

¶ A ſæculari iudice clericus non eſt audiendus. C. XII.

CHriſtianis gratum ſemper debet eſſe quod ab eorum poſcitur dignitate præſtandum: quia Deo ſeruien- de ſuis miniſtris ad epiſcopum, vt propoſitis ſacroſanctis Euangelijs dicat veritatem prout nouerit. ſecundum quod decet ſacerdotes. Et à principio vſque ibi, [Sed iudex.] verba ſunt Gratiani: qui credidit q̃ epiſcopus non debet iurare. ſed certe iurat, ſed librum non tangit manibus: ſed manibus extenſis ſuper librum iurat; ſicut feci fieri in cauſa patriarchæ Graden. & epiſcopi Venetorum, qui iurauerunt de veritate dicenda: in qua aſſeſſor fui.

e ¶ Iudex mittat.] Extra. de teſti. q teſtiõ. ff. de iureiur. ad perſonas.

PLacuit.] CASVS. Dicitur hic, q̃ ſi aliquis ingrediatur ad Imperatorem, vt ibi contra aliquem clericum cauſam tractet criminalem, deponi debet: ſi vero rogat Imperatorem, vt ſcribat epiſcopo, q̃ ſibi iuſtitiam ſeruet, non punitur.

ſe Penerit.] Ergo ex ſola correctione libelli perdit quis cau. 7. 1 cedit nõ bñ & ſic eſt contra ff. de collig. tur. x in ius vocan. ſi libertas. & ff. rem ra. ha. l. amplius. vbi habes, quòd non incidit in pœnam ſi deſiſtat ab agendo. Sic ergo videtur q̃ quandoque confugitur ad ſæcularem iudicem propter deſidiam eccleſiaſticæ iudicis, vt 16. q. 7. ſilius. ſicut econuerſo recurritur ad eccleſiaſticum iudicem a ſæculari, vt inf 23. q. vlt. ſæpe. & c. his. & c ſi vobis. & extra de foro compe. licet. & c. ex tranſmiſſa. ſed non eſt hoc verum, vt extra de iud. qualiter. in fine.

Quod prælegitur, licet dicat q̃ priuetur honore: & ſm hoc non obq̃ ſequitur.

Iudice eccleſiaſtico negligente nõ recurritur ad ſæcularẽ.

g ¶ Epiſcopale.] In his quæ ſpectant ad iudicium Imperatoris, vt extra de foro compe. verum. Vel intellige quòd Imperator rogat epiſcopum cognoſcere de cauſa.

SIC ET SEQVENTES. CASVS. Superiores auctoritates prohibent clericum ante iudicem ſæcularem prætrahendum, ſic & ſequentes auctoritates ſunt intelligendæ.

h ¶ Sic & ſequentes.] Id eſt ſicut præmiſſæ auctoritates dicunt, quòd non niſi coram clericis ſint conueniendi clerici, ſic, &c.

CHriſtianis.] CASVS. Hoc c & ſequens de eadem, materia loquunt. Quidam manumiſit duos ſeruos ſcilicet

Epiſcopus non tangit euangelium.

4. nullam. & 3. quæſt. 9. hortamur. ſed hoc eſt priuilegiũ eius, quod non tangit Euangelium, ſed tantum à longe manus eleuat verſus ipſum, vt detur ramen quòd ſecundum canones tenetur tangere Euangelium. vt 1. q. 7. quoties. Ioan. Quod non debeat tangere, hodie determinatur extra de iur. calu. c. vlc. B.

EPISCOPVS NON FLAGITETVR. CASVS. Statuit Iuſtinianus in hoc cap. vt iudex mittat aliquem

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet Faustimianum, & Syluestrum in pueritia sua, & eo viuente facti sunt clerici, post mortem cuius manumissoris Theodora, & filij sui conabantur trahere illos, ante iudicem secularem per archidiaconum Grumentinum, qui hoc à rege impetrauerat, vt in seruitutem redigerentur, super quo cum conquesti fuissent, præcepit Pa. Exec. comiti in hoc cap. Christianis. vt si aduersarij eorum ad iudices delegatos à Pa. venire cõtempserint, eos à violentia tueatur. [Depenso.] Id est, transmisso. In c. seq. delegat causam Crispino, & Sabino epis. narrando eis totum factũ, & præcepit eis, vt citent ad suum iudicium quisquis illos voluerit cõuenire.] Per eorum absentiam.] Idest, dũ ipsi absentes. [Moderatoris.] idest, iudicis secularis. Promisit iste archidiacon[a] quod ipsi Rarẽ iudicio seculari. [Calcatis.] id est spreto iure ecclesiastico, & humano.

a ¶ Cœlestem militẽ.] Clerici enim milites Christi sunt 1. 23. q. vlti reprehensibile.

b ¶ Contempterint.] si non veniunt ad iudicium illi actores, i optione rei est an velit, vt circumducatur edictum, vel quod admittantur probationes a suæ. sed iudex auditis probationib. suis non pronunciabit eum liberum, sed seruum illius non esse, nisi euidentissimas probationes habeat, vt ff. de li. cau. diui fratres. vel iudex põt imponere actoribus perpetuum silẽtium. C. de ing. ma. l. diffamari.

c ¶ Refugit.] Sic 74. distinct. honoratus & 3. quæst. 9. decreuimus.

d S Illuester.] ¶ Viuente.] Hoc multum facit pro eis cũ pater eos non reuocauit, vt filij non possint reuocare, vt ff. de prob. Procul.

e ¶ Patris.] Secũdum legem antiquam hæres qui nõ adimpleb at voluntatem defuncti, omni successione priuabatur. C. de fideic. l. vlt. hodie autem hoc tenet in extraneo hęrede; sed si filius institutus hæres non implet voluntatem defuncti, priuetur successione, rel. ta tamen sibi legitima, vt C. de fideicom. authen. amplius. & forte lex prævalet in hoc casu huic canoni. Inn. tamen idem dicit quod hic dicitur. extra de vot. & vo. redem. licet in fi. vnde potest dici, q canon iste corrigat authenticam.

f ¶ In vestro.] Auctoritate enim episcopi voluntas defuncto-

1 Vel ecclesiæ. 50. d. clericum.

2 Quibus se probarent ingenuos. ff. de li. cau ordinata. secũdum L.

Hæres non adimplens defuncti voluntatẽ quaIiter puniatur.

tius beneficium negare non conuenit. Siluester itaque atque Faustinianus, qui se à cunabulis clericos confitentur, à Theodora se opprimi per violentiam conquerunrur: quia dicunt se ingenuos, atque Deo auctore, pristinæ conditionis nexibus absolutos, in sortem deterrimæ iterum seruitutis addici, & per auctoritatem regiam contra leges publicas, cum clericali cingulo tenerentur adstricti per archidiaconum vrbis Grumentinæ esse conuentos; cum constet eum, qui cælestem militem [a] pulsat, non nisi eius forum debere sectari. Et ideo dilecte fili despenso salutationis affatu, supradictos clericos tibi commendo, vt si ad delegatorum iudicium, eorum aduersarij † venire contempserint [b], sublimitatis tuæ tuitione vallentur: ne quid illis, aut surreptio, aut inimica legibus violentia necessitatis imponat: quia, qui iudicium refugit [c], apparet eum de iustitia diffisum.

† al. aduersaria venire cõtempserit

Idem Crispino †, *& Sabino episcopis.*

† al. Crispo

¶ Non nisi ad episcoporum iudicium clericus vocetur. C. XIII.

Iuo p. 6. c. 108.

Slluester, & Faustinianus ecclesiæ Grumentinæ clerici lacrymosa nobis insinuatione conquesti sunt, libertatẽ sibi domini sui benignitate concessam, hæredum eius oppressione pulsari, sibique in clericatus officio pene à cunabulis seruientibus, etiam manumissore viuente [d] in eodem actu nihilo minus constitutis, diuinis ministerijs † impendere seruitium non licere, cum (si petitionem veritas subsequatur) contra patris [e], & auctoris sui factum venientibus vt indignis, hæreditas legibus auferatur: nec eis liceat hæreditatem capientibus contra auctoris sui prosilire iudicium. Et ideo, fratres charissimi, quoniam se etiam ab archidiacono dictæ ecclesiæ queruntur oppressos, qui per eorum absentiam moderatoris iudicium promisit eos esse secuturos, calcatis omnibus [rationibus †], & contra leges diuinas, & publicas pulsatis, forum suum putauit auferri; in vestro [f] iudicio, quisquis ille est qui clericum lacessit, adueniat: vt ecclesiæ iura, quæ vetusti principes assidua sanctione firmauerunt, impetitis clericis non negentur.

† al. mysterijs

Item Alexander omnibus orthodoxis per diuersas prouincias Christo Domino famulantibus, epist. 1. c. 1.

su. ea. Christianis.

† abest à multis

¶ Ante iudicem ciuilem sacerdotes non accusentur. C. XIIII.

Poly. l. 1. tit. 2.

RElatum est ad huius sanctæ, & Apostolicæ sedis apicem (cui summarum dispositiones causarum, & omnium negotia ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput ipso dicente principi apostolorum Petro: [Tues Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.]) quòd quidam æmuli Christi, eiusque sanctæ ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei ad iudices publicos accusare præsumant: cum magis Apostolus Christianorum [a] causas ad ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter præuaricantes præuaricati sunt in Deum suum, & non obediunt præceptis eius.

3 Vbi de hac re quidam tit. 1. & ad primum C. de iudi. ad quem vt ibi eos

Item Pelagius Benegesto Defensori.

¶ Actor rei forum sequatur. C. XV.

EXperientiæ tuæ præsenti auctoritate mandamus, vt in causis, in quibus quælibet ecclesiastici officij persona loco petitoris existit, quemquam laicum pulsatura apud suæ prouinciæ iudicem suas proponere actiones non deserat †. In ijs vero negotijs, in quibus ecclesiastici officij persona pulsatur, totius submoto pulsationis obstaculo, ad episcopi, vel presbyterorum [b] in loco, vbi quæstio vertitur, constitutorum occurrat indifferenter examen.

† al. idem

Item † *Sergio cancellario.*

¶ De eodem. C. XVI.

SI quisquam clericus, siue inferioris, siue potioris gradus petitor existat, & contra laicam personam suas direxerit actiones; iste modis omnibus non alibi, quàm apud prouinciæ iudicem negotium suum dicturus occurrat. Si quis autem laicus clericum cuiuscumque gradus duxerit esse pulsandum, ad episcoporum iudicium in eadem ciuitate, vel territorio constitutorum proponat eas, quas se habere existimat, actiones. Quem ordinem legibus per omnia conuenientem, atque consentaneum demonstrari illa regula [c] manifestat, quæ præcipit actorem forum semper sequi pulsati. Clericis vero pulsatis in episcopali iudicio forum competere, principalium quoque sanctionum designat auctoritas.

sup. 3. q. 6. nemi nem.

Item ex concilio Agathensi, c. 32. legitur.

¶ Episcopo non permittente apud sæcularem iudicem clericus pulsari non debet. C. XVII.

Iuo p. 6. c. 367. inf. ead. clericũ nullus.

† al. nec

IJ CLericum nullus præsumat apud sæcularem [d] iudicem, episcopo non permittente, pulsare: sed si pulsatus fuerit, non respondeat, vel † proponat [e]: nec audeat criminale negotium in sæculari iudicio proponere.

tores ecclesiæ sacerdores apud sæculares iudices accusabant: quare etiam Papa scripsit omnibus Christianis, quòd tales accusatores prævaricantur in Deum, & non obediunt præceptis eius.

a ¶ Christianorum.] Hoc obtinuit secundum primitiuum

Matt. 16.

1. Cor. 6.

EXperientia.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q si aliquis clericus vult laicus conuenire, apud iudicem prouinciæ secularem, suas accusationes proponat. & si laicus vult clericum conuenire, ad episcopum proprium recurrat, vel ad synodum constitutam, vbi quæstio vertitur, i. vbi est res de qua agit vel vbi crimen quod intendit. est commissum. Item dicitur in sequenti c. in quo supradicta p bantur per regulam legis præcipientis actorem sequi forum rei.

c ¶ Presbyterorum.] Hoc intelligit H. cũ causa his delegatur ab epo: aliàs episcopus solus iudex est ordinarius, vt sup. e. persona. Vel exponc, vel p &, vt 15. q. 7. episcopus. vel hoc q prælatus quilibet, q ex electione habet prælaturam, habet etiam iurisdictionẽ, vt ext. de off. ordin. cum ab ecclesiarum. ext. de elect. c. 1. sed qui nõ est electus ab vniuersitate vel collegio, nõ est iudex ordinarius. iudicem. n. facit auc consensus populi, vt 93. dist. legimus. in fi. & in authen. de defen. ciui. §. interim, collat. 3. aut cõsuetudo, vt 9. q. 3. conquestus. C. de eman. l. 1. & l. fi.

c S I quisquam.] ¶ Regula.] Quę est supra 3. quæst. 6. neminem. C. de iurisdictione omnium iudicum, iuris ordinem.

CLericũ] CASVS. Statutum fuit in concil. Agathen. vt nullus conueniat clericum apud iudicem sæcularem: & si conuentus fuerit, non respondeat vel proponat excipiendo, nec causam criminalem criminaliter agendo coram iudice seculari proponat clericus. 1 Illius. Imò de Sæcularem.] Nisi licet non sit in casib. exceptis in summa. Item excipiatur si Papa delegat laico causam spũalẽ, vt 10. quæstio 3. illud de Sæcularem.] Nisi licet non sit in casib. exceptis in summa. Item excipiatur si Papa delegat laico causam spũalẽ, vt 10. quæstio 3. illud

Clericus coram sæculari criminaliter agendo qñque conuenitur.

1 Illius. Imò reus principalis, tñ quia eũ in eodem foro defẽdit, fit de illius foro quantũ ad hoc.

Adde Petr. Anc. repet. c. ead. quæ, de reg. iu. in 6.

tium statum ecclesiæ, vt 2. quæst. 5. si quis presbyter. & 95. d. ecce. Vnde adhuc secundum legem si iudex secularis est suspectus. episcopus ei adiungitur, vel causa trãsfertur ad iudicem ecclesiasticum, vt in auth. vt diff. iu. §. fi. ramen. coll. 9. in crimin alibus causis tamen scilicet sanguinis, non sunt clerici iudices. 23. q. vlt. his à quib.

Item forte cum succedit clericus laico, vt ff. de iud. hæres absens. quod falsum est. Item secundum quosdam cũ tenetur de euictione, sequitur forum emptoris. ff. de iud. venditor. sed hoc non est verum 1: quia per hoc non fit de foro illius, licet præstet ei auctoritatem.

e ¶ Vel proponat.] Idest, excipiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SI quis sacerdotum.] CASVS. Quia fecit sup. mentionem de clerico non conueniendo coram iudice sæcularis: ideo Grat. ponit casum in his tribus capitulis, in quibus potest à laico iudicari, scilicet cum est incorrigibilis. Est ergo casus huius c. Quinque maleficia enumerat Papa in hoc cap. super quibus si sacerdos vel clericus conuictus fuerit, deponi debet, & curiæ tradi, idest, à sæculari potestate capi permittitur, vt recipiat pœnā prout iniquè gessit.

a ¶ Si qs.] In his tribus c. ponit q̄ clericus à laico potest iudicari, cum est incorrigibilis.

b ¶ Contumeliam:] Si illa non tantū episcopum, sed etiam ecclesiam eius tangat, aliàs non posset eum pro sua contumelia excommunicare t. 23.q.4.inter.

c ¶ Mox depositus.] Si sit de nouo contumax, vt extra de iu. cum nonab homine. Vel dic q̄ iste casus est specialis vbi aliquis statim tradit curiæ, sicut est in falsario, vt ext. de fal. ad falsariorum. Vel dic, traditur curiæ, idest, permittitur tradi, ita quòd ecclesia non teneatur eum defendere. Item in tertio casu, traditur curiæ, scilicet in crimine hæresis, vt in constitutione Innocentij, excommunicamus. Qualiter hoc verbū exponatur, habes extra de verb. sign. nouimus.

PEtim[e].] CASVS. Quidam episcopus multoties monitus nolebat reddere plebem, quam inuaserat: quare quidam episcopi petebant in concilio Carthaginēsi, vt per rectorem Quinciæ expellat. Et respondet Aurelius episcopus: Nulla sit ei iniuria si per sæcularem potestatem expellat, ex quo admonitus nō desistit. Postea Honorat[s] & Vrbanus epī dixerunt: Hoc omnib. placet. Fiduciam.]. i. licentiam & auctoritatem. [Appetitus.]. i. iniuste expulsus, vel appetitus nomen, idest, cupiditas nocendi.

d ¶ Fiduciam.] Idest, auctoritatem.

e ¶ Excludatur.] Arg.] q̄ si quis auctoritate iudicis mittitur in possessionem, & aduersarius eum non admittat, qui nec attendit excommunicationem, vt, q̄ manu militari ei possit auferri res, vt 23.q.5.principes. 24.q.3.de illicita. 17.dist. nec licuit. & est expressum ff. ne uis fiat ei, qui in possessio. si quis missus. ff. de rei vendit. qui restituere. Missitari manu p̄ quēq; alicui rem asserri.

¶ *In concilio Agatensi, c.32. in prima parte legitur*, clericus nec quemquam præsumat, &c. *& posterior eiusdem capitis pars (quæ habetur supra 5.q 6.c fina.) in qua quasi ex aduerso agitur de laicis, qui ecclesiam, vel clerum vexant, ostendit in priore dictum esse de clericis, qui sine permissu episcopi sui laicos pulsarent, & cum originali concordat Iuo.*

Item Pius Papa epist.2.

¶ Clericus suo inobediens episcopo depositus curiæ tradatur. C. XVIII.

Poly.l.4.tit.34. Anſ.l.8.c.17. Iuo p.5.c.243.

iij SI quis [a] sacerdotum, vel reliquorum clericorum suo episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei parauerit, aut contumeliam [b], aut calumniam, aut conuicia α intulerit, & conuinci potuerit; mox depositus [c] β curiæ tradatur, & recipiat γ quod inique gessit.

α ¶ Aut conuicia intulerit.] *Sic etiam in vetustis, & apud Anselmum, & Polycarpum, sed in epistola, & apud Iuonem non habentur ista verba.*

β ¶ Depositus.] *Abest ista dictio ab originali, & Iuone.*

γ ¶ Et recipiat.] *In epistola, Polycarpo & apud Anselmum legitur.* Qui autem facit iniuriam, recipiat hoc, quod inique gessit.

Item ex concilio Carthaginensi, 3.c. 38. Et in Africano. c.15.

¶ Principali cogatur auctoritate, qui plebem inuasam non vult deserere. C. XIX.

†*al.quoniam.*

PEtimus, vt dignemini dare fiduciam [d], qua † necessitate ipsa cogente liberum sit nobis rectorem prouinciæ secundum statuta gloriosissimorum principium aduersus illum adire, qui plebem, α quam inuaserat, vsque hodie commonitus, secundum quod statutum fuerat, relinquere contemnit: vt qui miti admonitioni sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare illicitum; auctoritate iudiciaria protinus excludatur [e]. Aurelius episcopus dixit. Seruata forma disciplinæ, non æstimabitur appetitus [f], si à vestra charitate modeste † conuentus, recedere detrectauerit; cum fuerit, suo contempta & contumacia faciente, etiam auctoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt. Hoc enim omnibus placet. Ab vniuersis episcopis dictum est: Iustum est, Placet.

†*al.modestius*

α ¶ Qui plebem.] *Hæc vsque ad ver.* contemnit, *sunt à collectore ex verbis in eodem capite præcedentibus huc coaportata, ne illa omnia referenda essent.*

Item Gregorius Papa.

d ¶ Fiduciam.] Idest, auctoritatem.

e ¶ Excludatur.] Arg.] q̄ si quis auctoritate iudicis mittitur in possessionem, & aduersarius eum non admittat, qui nec attendit excommunicationem, vt, q̄ manu militari ei possit auferri res, vt 23.q.5.principes. 24.q.3.de illicita. 17.dist. nec licuit. & est expressum ff. ne uis fiat ei, qui in possessio. si quis missus. ff. de rei vendit. qui restituere. hodie tamen talis efficitur possessor post annū, vt ext. de do. & contu. contingit. & concordat legi. ff. de bo. auct. iud. poss. quamuis.

f ¶ Appetitus.] Idest iniuria lacessitus.

¶ A principibus corrigantur, quos ecclesia corrigere non valet. C. XX.

Anſl.12 c.42. Poly.l.1.tit.15.

IStud est [a], quod à vobis popposcimus, & nunc iterum postulamus, vt Paulinum Aquileiensem, pseudo episcopum, & illum Mediolanensem episcopum ad clementissimum principem sub digna custodia dirigatis, vt & iste, qui episcopus esse nullatenus potest, quia contra omnem canonicam consuetudinem factus est; alius vltra non perdat; & ille, qui contra morem antiquum eum ordinare præsumpsit, canonum vindictæ subiacet.

¶ *Hoc capitulum Polycarpo refertur sine auctoris nomine. In libro autem septimo, titulo quinto simile quoddam refertur ex Gelasio ad Ioannem magistrum militum: sed in eo libro sæpe pro Pelagio scribitur Gelasius. Anselmus quidem integram epistolam Pelagij refert, cuius prior pars est hoc caput, posterior vero cap. nec licuit. supra dist.17.*

Et in Vormacienſi, c.74.

Item in concilio Chalcedonensi, c.18.

¶ Proprium gradum amittant clerici coniurantes, vel conspirantes. C. XXI.

inf. ea. ſi q clerici.

CONiurationum [b], & conspirationum crimen (quod apud Græcos dicitur φρατρία [c],) publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi. Hoc multo magis in sancta Dei ecclesia ne fiat, conuenit abdicari. Si qui vero clerici, vel monachi inuenti fuerint coniurantes, aut conspirantes, aut phatrias, vel factiones componentes aliquas suis episcopis, aut clericis alijs, omnino cadant de proprio gradu.

Item Calixtus Papa episcopis Galliæ, epist.2.

¶ Clerici conspirantes, proprio amisso gradu, retrudantur in carcerem, cæteri excommunicentur. C. XXII.

Pol.l.4.tit.30.] Anſl.l.8.c.18. Burc.l.10.c.64. Iuo p.12.c.85. & p.9.c.346.

CONspirationū crimina vestris in partibus vigere audiuimus, & plebes contra episcopos suos conspirare nobis manifestum est: cuius criminis astutia non solum inter Christianos abominabilis est, sed etiam inter ethnicos, & ab exteris legibus prohibita. Et idcirco huius criminis reos non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi damnant leges: & non solum conspirantes, sed etiam consentientes eis. Anteccessores vero nostri cum plurima turba episcoporum, quicumque eorum in sacerdotali honore sunt positi, aut existunt clerici, honore quo vtuntur, carere † præceperunt: cæteros vero communione priuari, & ab ecclesia extorres fieri iusserunt, omnesque simul vtriusque ordinis viros infames esse censuerunt; & non solum facientes, sed & eis consentientes.

†*al.cadere*

Item ex concilio Chalcedonensi, c.18.

fu.ead. coniurationum. Poly.l.4.tit.34. Burc. l.10.c.68. Iuo p.12.c.87.

¶ Clerici, aut monachi coniurantes, proprio priuentur honore. C. XXIII.

†*al. concleriſi*

jSI qui clerici, aut monachi reperti fuerint coniurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis, aut clericis †; gradu proprio penitus abijciantur.

¶ *Hic canon est pars canonis 18. concilii Chalcedonensis, qui paulo ante c. coniurationum, integer ex alia refertur versione.*

IStud est.] CASVS. Mediolan. & Aquilegien. olim se adinuicem cōsecrabant, ita quòd ordinator semp deberet ire ad ecclesiam ordinādi, & ibi eum ordinare, & cum vterque esset schismaticus, Mediolanensis Aquilegien. ordinauit contra cōsuetudinē antiquam & cōprobatam à Papa; qui eum ad se vocauit. quare Greg. præcepit cuidam nobili, vt vtrumque illorum capiat, & ad pissimū principem sub digna custodia dirigat puniendos.

a ¶ Illud est.] Casum huius cap. etiam habes. 24.q.1. pudenda.

CONiurationē.] CASVS. In hoc c. prohibetur per leges sæculares, & multo fortius per ecclesiasticas, ne coniuratio, vel conspiratio fiat contra suos prælatos, vel alios: & qui fecerit, si clericus est, deponatur.

b ¶ Coniurationū.] hæc quatuor c. idem dicunt, q̄ coniuratores deponuntur si clerici sunt: si laici, excommunicantur.

c ¶ Phratria.] A phares, quod est diuisio; inde pharisæi. su. 46. distin. seditionarios. & 3.quæst.4. conspiratores. & 7 quæst.1. denique.

CONspirationum.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ conspirationes abominabiles sunt: non solum, iter Christianos, sed etiā inter ethnicos: quas leges sæculi, & ecclesiasticę dānant, & eis consentientibus. Sequēs c. planū est. Similiter illud c. si qui clericorum. de eadē materia loquitur, & per te videbis casum, q̄ planus est. Et eandem pœnam imponit Beneuen. etiam in istis quatuor cap. vnum pro omnibus. & breuem ponit casum. [Labatur.] Id est, elidatur, vel inuita relinquatur. Supra sacras leges, id ste, contra sacras.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Coniuratio an sit licita. 2 Adde an & quales coniurationes, vel conspirationes prohibeantur, not. in l. non dubito. & ff. de capti. & i. l. ff. de col. illic. Bart. in l. hac edicta. §. conuenticulas. de pa. te. col. 9. 2 Hanc opinio. isti colligũt ex eo, quod inf. in tex. dicitur; quia si charitas, &c. & ex verbo interdicente. Arch.

a ¶ Si qui clericorum.] Si quis clericorum (vt nuper multis locis per superbiã, diabolo instigante, actum fuisse perpatuit) rebelli auctoritate se in vnum coniuratione intercedente collegerint, & aut sacramenta [a] inter se data, aut chartulam conscriptam fuisse patuerit; nullius excusationibus hæc præsumptio [b] elabatur †: sed re detecta, cum in synodum ventum fuerit, in præsumptores iuxta personarum & ordinũ qualitatem, à pontificibus', qui tunc in vnum collecti fuerint, vindicetur: quia sicut charitas ex præceptis diuinis † corde, non chartulæ conscriptione, vel coniurationibus est exhibenda; ita quæ supra sacras admittuntur scripturas, auctoritate & districtione pontificali sunt reprimenda.

† al. præualeat]al. præualetur.
† al. Dominicis.
† al. quod admittitur, est repinendum. Capi. 1. c. c. 287.

Item Innocentius Papa ad Victricium Rhothomagensem, epist. 2. c. 3.

¶ Inter clericos, & laicos causæ exortæ ab episcopis audiantur. C. XXVI.

Si quæ causæ [c], vel contentiones inter clericos, vel [α] inter laicos & clericos, tam superioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ; placuit, vt secundum synodum Nicænam congregatis † omnibus † eiusdem prouinciæ episcopis iudicium & terminetur.

Ansl. 1. c. 53.

C. 5. conc. Nic. † abest à non nullis conciliorum editionibus.

α ¶ Vel inter.] *Sic in editione conciliorum tribus tomis. In illa autem quatuor tomorum absunt hæc*, vel inter laicos, & clericos. *In Gratiani codicibus legebatur*, contentiones inter clericos & laicos.

& ¶ Iudicium.] *In aliquot editionibus ipsius epistolæ, apud Anselmum, in capitularibus, & in epistola Nicolai episcopis Galliæ in appendice bibliothecæ sanctorum Patrum, in qua caput hoc refertur, legitur*, iurgium.

39. q. 3. archiepiscopũ c. seq.

c ¶ Si quæ causæ.] hoc c. loquitur de crimine ecclesiastico, vel de rebꝰ spiritualibus, & de causis gñalibus ad totã prouinciam ptinentibus 3. CVM ERGO HIS. CASVS. Vsque ad locum istum probauit, ꝙ clerici sunt conuenienti sub iudice ecclesiastico. Nunc vero concludit ꝙ clerici ad sæcularia iudicia non sunt pertrahendi, cum prædictæ auctoritates negent eos ante ciuilem iudicem conueniẽdos; nec sunt tradendi curiæ, nisi depositi sint primo. Postea respondet sophistice, ſ. quòd clerici q ex possessionibus sunt Imperatori subiecti: ex spiritualibus dẽt ep̃o respondere: & ad hoc probandum inducit auctoritatem Augustini. & ad hoc etiam inducit sequentia capitula, quorum primum patet.

HIS ITA. Hæc

Cum ergo his omnibus auctoritatibus clerici ante ciuilem iudicem denegentur producendi, cum (nisi prius depositi, vel nudati fuerint) curiæ non sunt representandi; patet, quòd ad sæcularia iudicia clerici non sunt ptrahendi.

2 *His ita respondetur. Clerici [d] ex officio, episcopo sunt suppositi: ex possessionibus prædiorũ, Imperatori sũt obnoxij. Ab episcopo vnctionem, decimationes, & primitias accipiunt: ab Imperatore vero prædiorum possessiones nanciscuntur. Vnde Augustinus ait super Ioannem; (Quo iure*

dist. 8 quo iure.

Decimæ præbẽdæ quibꝰ, & quãdo ñ. Tenetur pro Imperatore vendi

a ¶ Si tributum.] Agri. inf. 23. q. vlt. secundum contra. Sed ibi loquitur de his prædijs, in quibus fundata est ecclesia vel officinæ eius, quæ debent esse liberę, vt ext. de censi. fi. cum.

b ¶ Potestatem.] De facto, non de iure: nam si fine auctoritate

villas defendis? diuino, an humano? require in principio: vbi differentia signatur inter ius naturale, & ius constitutionis. Quia ergo, vt prædia possideantur, Imperiali lege factum est: patet, quòd clerici ex prædiorum poßessionib. [f] *Imperatori sunt obnoxij.*

l. 5. epistolarum post epist. 32.

Item Ambrosius contra Auxentium oratione de tradendis basilicis.

¶ Imperatori tributum ecclesia denegare non debet. C. XXVII.

† al. soluant.

Si tributum petit Imperator, non negamus; agri [a] ecclesiæ soluunt † tributum. Si agros desiderat Imperator, potestatem [b] habet vendicãdorum. *Ac paucis interiectis.* ¶ Tollant eos, si libitum est: Imperatori non dono, sed non nego [c].

Item in commentarijs ad c. 5. Lucæ, lib. 4. c. pen.

¶ Potestatibus tributa non sunt deneganda. C. XXVIII.

Matth. 17.

Magnum quidem est, & spiritale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatib. docentur debere esse subiecti [d]: ne quis constitutionem terreni regis putet esse soluendã. Si enim censum Dei filius soluit [e], quis tu tantus es, qui non putes esse soluendum?

Rom. 13

l.

Item Apostolus: [Omnis anima [f] sublimiorib. potestatibus subditis sit.] Item Petrus apostolus generaliter omnibus fidelib. scribit: [Estote subditi dominis vestris, regi [g], quasi præcellenti, siue ducib. tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum.]

Item ex epistola prima Clementis [h] ad Iacobum fratrem Domini.

¶ De sæcularibus negotijs episcopus cognoscere non debet: C. XXIX.

Inducit Petrus loquens Clementi.

TE quidem oportet irreprehensibiliter viuere, & summo studio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abijcias; ne fideiussor existas, ne aduocatoritate principis vel alterius quis detineat res ecclesiæ, sacrilegus est, nisi restituat. 12. q. 2. quisquis 16. q. 1. in canonibus. Videtur tamen, quòd si agri ecclesiæ non soluant tributum, ꝙ possit Imperator vendicare agros illos, vt hic, & C. de episc. & cler. de his. nam omnia bona illorum, qui tenentur alicui soluere tributum, sunt ipsi iure pignoris obligata. C. in quib. can. pig. ta. contra. l. 1. 1 Sed istud non est verum: quia tantum intelligitur de proprijs prædijs patrimonialibus aliquorum, vel clericorum, vel laicorum. Licet enim prædia ecclesiæ essent à tributo, non ideo possunt vendicari, vt 16. q. 1. §. non autem.

Ecclesiæ, Arch. Clericus in 16. q. 1. Arch.

c ¶ Non nego.] Corporaliter me opponendo: quia pro temporalibus me morti opponere non debeo: pro aliquibus libenter immolabor. 23 q. vlt. conuenior.

Magnum.] CASVS. Ambr. in hoc c. ostendit, ꝙ tributum est soluendum sublimioribus potestatib. exemplo Christi, & duabus auctoritatib. vna scilicet Apostoli, & alia Petri.

d ¶ Subiecti.] Tributum est prebatio subiectionis. ext. de censib. c. 2. Sed arg. contra extra de priuil. recipimus. verum est, quòd est signum subiectionis, licet non plena probatio.

e ¶ Soluit.] Nõ ex debito, sed ne scandalizaret alios, vt 28. q. 1. iam nunc.

f ¶ Omnis anima.] Subdita pctõ. Christus eñ nemini fuit subiectus. 23. q. 3. in prin.

Christnemini fuit subiect?

g ¶ Siue regi.] Hæc verba interpretatur Innocen. ext. de maio. & obed. solitæ.

h ¶ Epistola prima Clementis.] i. missa Clemẽti à Petro; sicut dicitur instramẽtum meũ, quod mei causa factum est. ff. de eden. prætor. §. 1. & dicitur etiam epistola illius cui ẽ missa tamen. cum dis. ff. de fur. eum. §. vlt.

i Qñ sic dẽat exponi ex se. vbi Petrus loquiẽ Clemẽti & ẽ de ea dem epistola ẽm Hug.

TE quidem.] CASVS. Casum hũc sic intelligit Hugo: Petrus misit epistolam ad Clementem, in quo docet eum, vt irreprehensibiliter viuat, & v sæcularia negotia vitet, nõ fideiussor, non litium aduocatus, non iudex sæcularium negotiorum fiat: sed tãtum insistat verbo Dei: laici vero sæcularia negotia tractẽt, vnde H. sic exponit illud verbum, [Ex epistola Clementis.] id est, missa ad Clementem. Alij dicunt, quòd missa fuit ad aliquem episcopum: vnde Beneuẽt. sic ponit hunc casum. Clemens Papa misit ad Iacobum Hierosolymitanũ archiepiscopum quandam epistolam, cuius pars est hoc cap. in qua Clemens ostendit qualiter Petius sibi Clementi loquebatur. ſ. vt irreprehensibiliter viueret: & sæcularia negotia vitaret. non fideiussor, non aduocatus, non iudex sæcularium negotiorum esset: sed tantum insisteret verbo Dei: laici vero sæcularia negotia expedirent.

i ¶ Ne fideiussor.] Clericus regulariter non debet fideiubere, vt hic, & extra fideiuss. clericus. nisi necessitas sit. tunc enim ex pietate tenetur subuenire alij, vt 86. d. non satis. Item clerici possunt fideiubere pro ecclesijs suis, vt in anth. de sanc. episcop. §. alium autem. collat. 9. Item inter se mutuo fideiubent cum conueniuntur, vt C. de epis. & cle. l. oẽs. § in hanc. Itẽ nec adstrictius curiæ põt fideiubere. C. loc. curialis. & si clericus fideiuberet põt dici, ꝙ non tenet fideiussio, nisi tali priuilegio suo renunciet; nam fideiussor pro nõ dato hꝫ, nisi priuilegio suo renunciet: vt ff. si quis ius vo. non ierit. l. 1. Vel dic, Clericus an possit fideiubere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ licet non debeat fideiubere, si tñ fideiusserit, tenet obligatio, vt ext. de fideiuss. c peruenit. & c. constitutus.

a ¶ Ne aduocatus.] Quod prohibetur sacerdotib. vt inf. 14.q 5. denique. & 15.q.2.c.1.

b ¶ Iudicem.] Contra inf. 23.q.vl.2 sæpe. & c. his à quibus, sed dic, q̄ possunt tractare de illis temporalib. quæ spectant ad ecclesiam.

SIcut enim.] CASVS. Docet Petrus q̄ sicut impium est si Clemens neglecta p̄dicatione suscipiat curas sæculares: ita peccatum est si in sæcularibus laici vicissim sibi non subueniant: quod si per se non intelligant, per diaconos edoceantur.

c ¶ Vsum.] Arg. quòd peccat, qui non recipit arbitrium 1, & qui non componit inter partes. 90. dist. præcipimus.

d ¶ Ex his.] Ifte est, ab his.

e ¶ Instare.] Idest, interesse, sup. 90. di. præcipimus.

c ¶ Fructus.] Ergo res mobiles non potest dare siue conscientia clerici sui. ex verũ. ext. de tra de do.c 2. don. cęterũ.

d ¶ Cõscientia.] Inf. vbi de hoc. ea.q.1. fine. & c. alle & inf. e.c. vl. nationes. 16.q.1 possẽt.

e ¶ Propinquis.] Inf. siones. in gl. 89.d. decenter. in fi. Arch.

PRæcipimus.] CASVS. Quæritum fuit an episcopi debeant habere potestatem de rebus ecclesiæ. Et rñdetur q̃ sic ad dispẽsandum eas per presbyteros & diaconos cum timore & solicitudine. Et hoc probatur argumento à maiori, quia animæ hominum maiores rebus suat illi commissis.

f ¶ Pretiosiores.] Sic inf. 16 q.7.c.1.

g ¶ Multo magis.] Simile est q̃ ostendit ius, ex quo mulier credit se viro de corpore, dignum est vt credat de dote restituenda, vnde non tenet vir dare fideiussorẽ de dote restituenda, nisi vir haberet in facultatib ext. de do. inter vi. & vxor. per vestras. C. ne fideiuss. do. den. l. 1. h ¶ Presbyteros.] Sup. 89. d. c. volumus.

Vir pro dote non tenetur fideiussorem dare.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratia, ex c. epi, & ex c. manifestũ. & ex c. sint manifestę. & ex c. eps, q̃ episcopis licet habere propria. sed ex hoc mouet quandam quæstionem, cum episcopus habeat propria, quare dicit sup. in c. nolo. q̃ clericus habens propria non erit clericus? cui quæstioni respondet Gratian. pro suo arbitrio, dicens quosdam episcopos in oriente habere vxores & filios, filios, quosdam clericos in occidente in minoribus ordinibus habere vxores & filios, quibus licet habere propria, aliis vero clericis, qui ab infantia clerici facti sunt, non licet habere propria nisi retinẽdo sua, à sumptibus ecclesiæ abstineant. & ad hoc inducit sequens capitulum.

i ¶ Cum ergo in concilio.] Concludit q̃ clerici possunt habere propria.

¶Res ecclesiasticas episcopus dispenset. C. XXIII.

Anſ.l.6.c.163.

EPiscopus [a] ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reuerentia, & timore Dei. Participet autem & ipse quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis, quàm in fratrũ, qui ab eo suscipiuntur, necessarijs vsibus [b] profuturis: ita vt in nullo qualibet occasione fraudentur, iuxta sanctum Apostolum sic dicentem: [Habentes victum, & tegumentum, his contenti sumus.] Quòd si contentus istis minime fuerit, conuertat autem res ecclesiæ in suos vsus domesticos, & eius commoda, vel agrorum fructus [c], non cum presbyterorum conscientia [d], diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis [e] aut fratribus, filijsque committat, vt per huiusmodi personas occultè res æ lædantur ecclesiæ; synodo prouinciæ pœnas iste persoluat. Si autem & aliter accusetur episcopus, aut presbyteri, qui cum ipso sunt, quòd ea, quæ pertinent ad ecclesiam, vel ex agrts, vel ex alta qualibet ecclesiastica facultate sibimet vsurpent; ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes; criminationi vero, & blasphemijs tam sermo prædicationis, quàm ij, qui dispensant, taliter exponãtur; & hos oportet corrigi, sancta synodo id quod condecet; approbante.

1.Tim.6

æ ¶ Occultè res.] *In versione Dionysii legitur*, vt per huiusmodi personas occultè cæteri † lædantur fratres ecclesiæ; *& concordat cum alia antiqua versione, quæ & ipsa est in omnis conciliorum*, vt per eorum secretam diligentiam ecclesiastici lædi videantur. *Græcè in eodibus, qui lecti sunt, habetur*, εἰς τὸ λάθρα τινὰς τοιούτων λανθάνειν τοὺς βλέπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας, vt ex his rãtiones ecclesiæ latenter lædantur.

† al. cæteri lædãtur ecclesiæ.

Item in canonibus Apostolorum, c. 41.

¶Res ecclesiæ sint in episcopi potestate. C. XXIIII.

Anſ.l.6.c.160.

PRæcipimus, vt in potestate sua episcopus ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretiosiores † [f] illi sunt creditæ †, multo magis [g] oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt potestate eius, indigentibus omnia dispensentur per presbyteros [h], & diaconos, & cum Dei timore, & omni solicitudine † ministrentur. Et his autem, quibus indiget, &c. *vt supra.*

† πίστευθεν credendæ.

† εὐλαβείας integritate.

Cum ergo in concilio [i] Agathensi, & Martini, & canonibus Apostolorum dicatur: [Sint manifestæ res propriæ episcopi,] cum in eisdẽ canonib. & in concilio Antiocheno

a ¶ Quomodo ergo.] Modo quærit de contrarietate illorum capitu. sup. cap. nolo. & sup. ea. expedit.

Quod nullatenus ea, nulla ve, Lau. f

b ¶ Sed notandum est.] Male soluitur 1. Sed dic vt dixi sup. ea. in princip. quæstionis.

c Illi autem.] CASVS. Quidam clerici proprijs renunciare nolebant. quæsitum est à Prospero an sine peccato possint hoc facere? Et respondet q̃ sic, si præbendam dispensatori relinquant; qui quodammodo sua relinquũt quando contenti rebus proprijs nihil de rebus ecclesiæ accipiunt.

al. rebus

præcipiatur, vt episcopus participet res † ecclesiæ, si tamũ indiget; nonne patenter ostenditur, quod episcopus habeat libere propria? Dicendo enim: [si indiget rebus ecclesiæ.] notat eum habere propria, quæ fortasse suis necessitatibus non sufficiunt. Quomodo ergo [a] clericus, si proprium habere voluerit, clericus non erit? & eps habens propria nõ solum non desinit esse episcopus, verumetiã cunctas ecclesiasticas facultates in sua tibetur habere potestate? ¶ Sed notandum est [b], episcopos orientales vxores habere & filios quosdam autem ex nostris partibus, cũ in laicatu, siue in minoribus ordinibus cõstituti habeant vxores & filios, si ue morte vxoris interueniente, siue continentia pari voto seruata, ad sacros ordines accedere. His omnibus conceditur habere propria ad suos, & suorum vsus. Qui autem ab infantia sacræ militiæ traditi sunt, nullo modo eis permittitur habere propria: quia nulla est eis excusatio proprietatis: nisi fortasse retinendo sua, à sumptibus ecclesiæ abstineant. Quod fieri posse Prosper de vita contemplatiua, l. 2. c. 12. testatur dicens.

¶De ijs qui tam infirmi sunt, vt suis rebus renunciare non possint. C. XXV.

ILli autem, [c] qui tam infirmi sunt, vt possessionib. suis renunciare non possint; si ea, quæ acceptura erant dispensatori [d] relinquant nihil habentibus [e] conferenda, sine peccato [f] possident sua: quia & ipsi quodammodo sua relinquunt; quando proprijs contenti rebus, nihil eorum, quæ labori, vel ordini suo deberi arbitrantur, accipiunt.

De rebus verò ecclesiæ, quæritur, an liceat eas per prebẽdas diuidi, vt annuos reditus quisque, vbi specialiter vẽdicet. Hoc non posse fieri, argumento, & auctoritate probatur: clerici successores eorum sunt, de quibus dicitur: [Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna.] Necesse est ergo, vt eorum sequantur vitam, quorum in ecclesia gradum administrant. Non ergo aliquid proprium sibi vendicabunt, sed erunt eis omnia communia.

Act. 4.

Item Vrbanus Papa ait in epistola vnica. c. 2.

¶ Res ecclesiæ quasi communes episcopus dispenset, C. XXVI.

Anſ.l.5.c.35. Poly.l.9. tit.15.

REs ecclesiæ non quasi propriæ, & sed vt communes & Domino oblatæ, cum summo timore non in alios q̃ in præfatos vsus sunt fideliter dispensandæ.

Item ex synodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. cap. 16.

¶ Non liceat episcopo res ecclesiarum in proprios vsus conuertere. C. XXVII.

NVlli episcoporum liceat res mobiles, aut immobiles de subiectis plebibus, alijsque pijs locis in pro

c ¶ Infirmi.] Scilicet animo.

d ¶ Dispensatori.] Scilicet suo: vel dispensatori, id est, episcopo.

e ¶ Nihil habentib.] Id est, pauperibus. 16.q.1. c. fin.

f ¶ Sine peccato.] paret, q̃ si clerico sufficiant propria, non habebit ecclesiastica, vt 16.q.1. quoniã quidquid. & 2. clericos & c. pastor. & ibi. si privatum. 10.q.3. cauendũ. Sed contra nemo suis stipendijs cogitur militare ext. de simo. cum sit Romana. & qui alterio deseruit, & c. vt lu. e. ex his. Solu hoc ea. de cõsilio loquitur vel de clericis vagabundis vel loquitur de oblationib, quę illis non sunt communicandæ, vel possunt habere dona ecclesiastica, non vt ibi reseruent, sed vt distribuant pauperibus. 16. quæst. 1. ca. fin.

DE REBVS. CASVS. Hic Gra. mouet quãdã quæstionẽ incidentẽ, an possessiones ecclesiæ possint diuidi per præbedas. Et primo probat, q̃ non exemplo apostolorum, & duobus c. seq. Sequens cap patet.

Clerici quæ bona hẽant.

REs eccleſię.] ¶ Propriæ.] Si ergo de reb. ecclesiæ emisti equũ vel aliqd, illud non est tuũ sed dicas, q̃ illud solum clericorum est quod, pbabili ratione coniumunt, 2. vt su. e. expedit. & inf. e. si privatum. & inf. e. q. 2. fine exceptione. Quidquid enim habes supra illud quod sufficit tibi, illud vi lenter detines, vt supra dist. 37 sicut.

2 Ad hoc facit quod le. & no. 44. di. in prin. ver. si sacerdos & 47. dist. c. sicut hi. ver. proprium. & sup. e. episcopi. ver. quidquid. vbi de hoc. Arch.

NVlli.] CASVS. Præcepit Eugenius in synodo habita Romæ, vt nullus episcopus res mobiles vel immobiles de ecclesijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesijs sibi subiectis in proprios vsus assumat, ne maiores ecclesiæ locupletentur, & minores pauperes fiant. & qui contra hoc fecerit, canonica sententia feriatur. a ¶ Enormiter.] Arg. q̃ episcopus de iure vnius ecclesiæ potest detrahere, & alij conferre: dummodo alij ecclesiæ grauia damna non infligat. vt infra e. q. 2 bonæ. Quid iuris sit, dicemus ibi, & 16. quæst. 1. §. quod autem.

SI ERGO. CASVS. Cõcludit Grat. ex supradictis duob. cap. diceus: si res ecclesiæ sint habendæ tamquam communes, & non tam iuri propriq; cum de communi nullus dicat, hoc est meum: ergo de rebus ecclesiæ nõ potest quis dicere, hæc est mea: quia si diceret, non videretur imitari Apostolos, quib. nihil proprij erat, sed omnia communiter possidebant. Postea huic conclusioni respondet, dicens quòd sicut possessiones diuisæ sunt per vniuersum orbem, & aliæ sũt assignatæ vni ecclesiæ, & aliæ alij: ex quibus licet res ecclesiæ debeant esse, communes omnibus, dispensator tamen ecclesiæ sibi & suis primo necessaria ministrabit, & reliqua q̃ superfuerint, fidelibus ministrentur: ita & præbendæ & prædia ecclesiarum inter canonicos diuidi possunt, vt ex his non tanquam proprijs, sed communibus primo sibi necessaria capiant, & residua in cõmunes vsus ecclesiæ expendant.

b ¶ Hoc meum est.] falsum dicit. nam res quæ communis est aliquibus, omnium illorum est 1, vt ff. de ritu. nupt. illud. vnde hoc verbum, suum, ambiguum est pro toto & pro parte. & qui iurat suum non esse, iurabit etiam sibi commune non esse, ff. de ver. sign. pupillus. §. vlt. & cum quis legat seruos suos, tã illi, qui ex toto sui sunt quàm qui pro parte, intelligantur legati, vt ff. de leg. 3. si quis seruos. Si autem est aliquid vniuersitatis vel ciuitatis, illud non est cuiuslibet. infra e. q. 2. qui manumittitur.

c ¶ Expendat.] Mirum est quare Gratianus non induxit cap. quòd possessiones ecclesiæ possunt diuidi, quæ longe melius faciunt ad propositum, vt inf q. 2. quisqs & cap. sæpe fit, 10. q. 2. casellas. in fi. & 16. quæstio. 1. possessiones. & quæst. 3. clerici. argum contra: inf. quæstio. 2. vobis. 10. q. 3. vnio. & supra ea. qualtua, & cap ne cessaria.

d SI priuatum.] Potest intelligi si, id est, quamuis priuatum, separatim aliquid ecclesiasticum possidemus non tamen illud est nostrum: [quorũ procurationem, id est, quia tantum illius procuratio nobis est commissa. Vel dic priuatum, id est, proprium.

e ¶ Non prio vsu habere: ne maiores enormiter [a] locupletentur, & minores tali facto pauperes inueniantur. Contra agens canonica auctoritate coarctatus existat.

Si ergo res ecclesiæ, non quasi propriæ, sed quasi communes habendæ sunt; cum de cõmuni nullus dicat; hoc meũ est [b]; nec de rebus ecclesiæ, hæc est mea, potest aliquis dicere: ne videatur non imitari charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium; sed essent illis omnia communia. His ita respondetur. Sicut perfectione charitatis manente, secundum discretionem ecclesiarum, distributio fit ecclesiasticarum facultatũ, dum alijs possessiones huius ecclesiæ ad dispensandum committũtur, ex quibus, licet res ecclesiæ omnibus debeant esse communes, primum tamen sibi, & suæ ecclesiæ deseruientibus necessaria submini- † al. eps sub-ministret. *stret †, reliqua, quæ super sunt, fidelium vsibus ministraturus, ita & præbendæ ecclesiarum eadem charitate manẽte, pie & religiose possunt distribui: nec tunc rebus ecclesiæ vt proprijs, sed vt communibus vtilitatibus deseruituris: vt ex his quæ sibi assignata sunt, primum sibi necessaria percipiat: si qua vero suis necessitatibus supersunt, in communes vsus ecclesiæ expendat [c].* Act. 4.

Vnde Augustinus ad Bonifacium comitem, epistola. 50.

¶ De eodem. C. XXVIII.

SI priuatum † [d] possidemus, quod nobis sufficiat: non illa nostra sunt [e], sed pauperum: quorum procurationem [f] quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vsurpatione damnabili vendicamus. † priuatim, q̃ nobis sufficiãt possidemus 1. 3 orig. & inf. 21. q. 7. ꝑ aut̃.] §. si aut priuatim.

Ostensum est, quomodo liceat clericis habere proprium & quomodo non. Item quomodo res ecclesiæ per præbendas diuidi possint.

QVÆSTIO II.

Vnc quæri-

1 Ar. extra de vsu pal. c. 1. & de p. ben. pro illorum. in prin. & de priuileg. pastoralis. in prin. arg. ff. de contrah. empt. q tabulas, Arc.

e ¶ Non illa nostra sunt.] Id est, à nobi recipienda & retinenda.

f ¶ Procurationem.] ergo prælati dicuntur procuratores rerum ecclesiasticarum, vt hic, & 14. q. 1. §. 1 quandoque domini dicuntur. 16. q. 1. & temporis. quandoque defensores 16. q. 1. in canonibus. quandoque patres, vt 68. dist. quorum vices. non tamen habent liberam & generalem administrationem sicut procurator Cæsaris, vt ff. de officio proc. Cęsaris. l. 1. modicum tamen donare possunt. extra de donat. cæterum. tamen loco domini habentur, cum bene administrant: loco prædonis, cum male, vt ff. pro empto. qui fundum. §. fi tutor. Prælati ibi procuratores rerum ecclesiasticarum.

Vnc quæritur.] Hæc quęstio diuiditur in nouem partes: in quarum prima probat magister per sexdecim canones, quod res

res ecclesiæ vendi non debent, vel alienari in casu non concesso, & ponit pœnas diuersas alienantibus, & vendentibus eas quoquo modo. Secunda ibi.] Quæ vero.] Tertia ibi, [Monemus.] Quarta ibi, [Vobis enim.] Quinta ibi, [Statuimus.] Sexta ibi, Terrulas. [Septima ibi,

tur [a], si sacerdotes aliqua de reb. ecclesiæ dedisse noscuntur an his, qui eas acceperũt, aliqua firmitate constabunt. Qd res ecclesiæ nullo modo distrahi possunt, & distractæ possideri, multis auctoritatibus probatur.

Ait enim Stephanus Papa.

¶ Ecclesiæ pecunias auferens velut homicida damnatur. C. I.

Anacletus epi. 1. c. 2. Lucius. cap. 6. In conc. Trib. c. 7.

OVi Christi pecunias [b] & ecclesię aufert, fraudat [c] & rapit [d]; vt homicida [e] in conspectu iudicis deputabitur.

Burc. l. 11. c. 18. Iuo p. 14. c. 88.

¶ In epistolis Stephani primi, quę extant, caput hoc non habetur: sed in epistola prima Anacleti, ex quo citatur à Burchardo, & Ivone, & in concilio Triburiensi, & infra ead. c. qui abstulerit. Idem etiam legitur apud Lucium Papam.

Item Pelagius Hostilio episcopo.

¶ Quidquid de sacratis vasis, vel ministerijs à quolibet clerico vsurpatum fuerit, ecclesiæ restituatur. C. II.

AVgustino [f] nostræ sedis notario suggerente didicimus, quòd ei dilectio tua directis apicibus indicasset quosdam de clero tuo, & maximè parochiarum ad te pertinentium non pauca sacrata vasa, vel ministeria distraxisse, & aliqua huiusmodi perpetrasse, quę à religioso alienа sunt proposito. Charitatẽ vero tuam (vt hoc competenti solicitudine debeat insequi, vel vlcisci) nostræ præceptionis auctoritate cupis communiri §. Qua de re præsentibus mandamus affatibus; vt competentis viuacitatis instantia, quidquid de sacratis vasis, vel ministerijs à quolibet clericorum vsurpatum vel distractum fuisse compereris; sine cuiusquam moræ interuentu exigere non dimittas, & ecclesiasticis vsibus reformare.

6. cap. c. 303. † al. ex decretis Bonifacij Papæ.

Item Bonifacius † Papa.

ibi, [Item si rectores.] Octaua ibi, [Iem si seruos.] Nona ibi, [Ne vero.] Ioan de Fant.

CASVS. Supra dictum est, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non, & qualiter res ecclesię possint diuidi per prębendas. Nunc autem in hac 2. q. quęritur, an res ecclesię alienatę possint apud alios remanere quibus alienatæ sunt. & certum est, q̃ nõ, nisi sint alienatæ in casibus concessis a iure, vt int. e. aurũ. & c. exceptione in quo c. dicitur. quod pro vtilitate possunt res ecclesię alienari, vt 10. q. 2 hoc ius porrectum. & procedit hoc ordine Gra. 1. probat, quod res alienari non possunt, nec alienatæ possideri. vsque ad § his omnibus auctoritatibus. postea supponit quosdã casus speciales, in quibus liciter res ecclesiæ alienantur. Primum autem ca. huius quęstionis planum est.

a ¶ Nunc quęritur.] Alienatio est omnis contractus p quem dominium transfertur, vt C. defin. do. l. 1. sed hic largius sumitur alienatio? quia nec obligari pñt res ecclesiæ. Quid autem sub se contineat hoc nomen, alienatio, dicitur extra de reb. ecc non alien. c. nulli. in auth. de nõ alie. vel permu. coll. 2. §. nos igitur prohibẽtur res ecclesię alienari, vt inf. e. fine. 10. q. 2. hoc ius. & res Cęsaris. l. 1. §. 1. ff. de leg. 1. apud Iulianum. §. vlt. Sed excipiuntur quatuor casus, Causa necessitatis; vt si debitum urget, vt in illa l. hoc ius. Causa pietatis pro redemptione captiuorum, vel alimonia pauperum, vt inf. e. aurum. Causa necessitatis vel vtilitatis, vt inf. e. fine exceptione. Cã incõmoditatis, vel minoris vtilitatis, vt inf. ea. terrulas. aliæ causę possunt affignari: sed ad has possũt omnes canones reduci. tres tamen ecclesię quæ seruãdo seruari non possunt, citra aliquam solennitatẽ alienantur, vt C. de ad mini. tut. l. lex, quę. §. vlt. C. quando. de cre. non est opus. l. vlt. & 96. dist. bene. Sed alię res ecclesiæ cum solẽnitate alienandæ sunt 1 & olim quidẽ duo de vicinis episcopis solẽnitates requirebant, & subscribebant vt 10. q. 2. sięno. in au. casellas. in fi. inf. e. q. cunque suffragio. & porrectũ. q. 17. q. 4. nullus. sed hodie sufficit consensus capituli & epi. scopi, vt infra ea. ca. fine. & is res sit modica, & necessitas magna, non est necessarius cõsensus capituli, vt if. e. terrulas. In rebus monasteriorũ alienandis requiritur consensus abbatis & capituli & epi. in. e. abbatibus. 17. q. 4. in venditionibus. Idem in ecclesijs parochialibus, vbi etiã cõsensus sacerdotis requirit. infra ea. placuit. 10. q. 2. si quis episcopus. Facta alienatio cotradictã formã, est nulla, licet sit in casu licito 2. vt inf. e. fine. sed cum præscripta forma facta, & etiam in casu non concesso, tenet ipso iure. arg. extra de his quæ fi. à prel. sine consensu c. cum nos. extra de emp. & ven. cum dilecti. sed si damnosa fuerit ecclesię restituitur, vt extra de restit. in teg. c. 1.

Ecclesię bona cũ qua solennitate alienan da.

1 Adde q̃ so duo de vicinis episcolẽnitates repis intererant, & de grũtur in acausa alienationis co lienatione gnoscebant, & sub. rerum eccle scribebant vt 10 q. 2. się no. in au thẽ. hoc ius cunque suffragio. & porrectũ. q̃ est canoni 17. q. 4. nullus. sed hozata 10. qõ. die sufficit consen 2. C. de sac. sus capituli & epi sanc. scopi, vt infra ea. ca. fine. & is res sit modica, & necessitas magna, non est necessarius cõsensus capituli, vt if. e. terrulas. In rebus monasteriorũ alienandis requirit consensus abbatis & capituli & epi. in. e. abbatibus. 17. q. 4. in venditionibus. Idem in ecclesijs parochialibus, vbi etiã cõsensus sacerdotis requirit. infra ea. placuit. 10. q. 2. si quis episcopus. Facta alienatio cotradictã formã, est nulla, licet sit in casu licito 2. vt inf. e. fine. sed cum præscripta forma facta, & etiam in casu non concesso, tenet ipso iure. arg. extra de his quæ fi. à prel. sine consensu c. cum nos. extra de emp. & ven. cum dilecti. sed si damnosa fuerit ecclesię restituitur, vt extra de restit. in teg. c. 1.

2 Licito. Cõtrarium ex diametro ad hanc gl. no. do. & in l. cũ his. §. eam transactionem. de trãs. vide Anto. Corsi. in fin. ver. alienatio. & qd melius tenet glos. pen. inf. e. q. c. sine exceptione.

b ¶ Qui Christi pecunias.] Large sumitur, vt infra q. 3. per totum.

c ¶ Fraudat.] Occulte.

d ¶ Et rapit.] Vi.

e ¶ Homicida.] Etiam est sacrilegus, vt infra c. prox. & 16. q. 1. decimas.

f ¶ Augustino.] CASVS. Hostilius epus significauit Augustino notario Papę. q̃ qdã clerici sui distraxerãt illicite multa sacra vasa, vt' ministeria suarũ ecclesiarũ, pp q̃ reuocanda cupiebat auctoritatẽ Apostolica cõmuniri. Augustin. ergo illud Papæ significauit. quo audito Pelagius scripsit Hostilio epo, vt Apostolica functus auctoritate, sine mora omnia reuocet ad vsus ecclesiarũ, per quemcunque clericum fuerint alienata.

g ¶ Augustino.] Aliàs incipit, Notario nostrę sedis Augustino suggerente. &c.

g ¶ Communiri.] Cũ tñ. & illud de iure cõi posse facere

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quidquid Domino consecratur, ad ius pertinet sacerdotum. C. III.

NVlli[a] liceat ignorare, omne quod Domino consecratur [b], siue fuerit homo, siue animal [c], siue ager, vel quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum[d] Domino erit, & ad ius pertinebit sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui à Domino, & ecclesia cui competunt, aufert, vastat, inuadit[e], vel eripit, & vsque ad emendationem, ecclesiæq; sattisfactionē, vt sacrilegus iudicetur: & si emendare noluerit, excommunicetur[f].

Poly.l.6.tit.15. Burc.l.11.c.19. Iuo p.14.c.87. Pann.l.5.c.12.

Item Gregorius vij. lib. 6. Regesti, in concilio, c. 1.

¶ Excommunicationi subiaceat, qui ecclesiastica prædia inuadit. C. IIII.

QVicunque militum, vel cuiuscunq; ordinis: vel professionis persona prædia ecclesiastica à quocunq; [g] rege, seu sęculari principe, vel ab episcopis inuitis, seu abbatibus [h]; aut aliquibus ecclesiarum rectoribus [i] susceperit, vel inuaserit, vel de rectorum deprauato, seu vitioso consensu [k], tenuerit, nisi eádem prædia ecclesijs restituerit excommunicationi subiaceat.

Poly.l.6.ti.15

Item Pius Papa, epist. 2.

¶ Sacrilegij crimen incurrit, qui prædia ecclesiastica vexat. C. V.

PRædia diuinis vsibus tradita, quidam humanis applicant vsibus, & Domino, cui tradita sunt, ea subtrahūt, vt sibi inseruiant. Quapropter ab omnibus illius vsurpationis contumelia depellenda est, ne prędia vsibus secretorū cœlestiū [l] dicata, à quibusdā irruētib. vexentur [m]. Quod si quis quā pręsumpserit, vt sacrilegus [n] habeatur.

Poly. dibiem. Ant.l.5.c.36. Iuo p.13.c.39. *al. suis vsi-bus*

Item Anacletus Papa epist. 1.

¶ De eodem. C. VI.

QVi abstulerit aliquid

Et in epist. Lucij, c.6. Poly. ibidem. Burc.l.11.c.18. Iuo p.14.c.88.

a ¶ Nulli.] CASVS. Docet Bonifacius Papa in hoc c. q. 1. & sic est contra id quod dicit lex, supfluum est postulare quod lex indulsit. C. de the. l. 1. sed in eo, quia plus timetur quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponsione fit, vt 23. d. quanquam.

b ¶ Consecratur.] Id est, datur.

c ¶ Siue animal.] Aliud ab homine. alias sequeretur q̄ homo nō esset animal.

d ¶ Sanctum sanctorum.] Id est, ad vsum sanctorum sacerdotum pertinet.

e ¶ Inuadit.] Ergo q̄ seruū ecclesiæ inuadit, sacrilegus est. sed forte nō est, sed reputatur si fu. e. a. c. 1.

f ¶ Excommunicetur.] Ergo nō omnis sacrilegus ipso iure est excommunicatus vt infra cap it. proxi. De hoc dixi 11. q. 3. canonica.

g ¶ A quocunq;.] Ille ergo conueniendus est, qui rem ecclesiæ qualemcunq; detinet, licet exhibeat auctorem suum vt inf. 16. q. 1. in canonibus. Sed distingue, an rem mobilem detineat, vel immobilem, vt C. vbi in rē act. l. 2. extra vt lit. non conte. quoniam. & hoc intelligas q̄n quis suo nomine aliquid possidet, vt tunc semper possessor sit conueniendus. & tunc non est necesse vocare illū cuius auctoritate possidet, secus si alieno noie, vt Possidēs ab extra vt lit. non contest. q̄n. Item hoc scias, quod licet conuentus rei vendicatione posset dominum nominare non tamen conuentus possessorio iudicio, vt hic.

Possidēs rē ecclesiæ sine suo vel alieno nomine, an sēper sit conueniendus.

h ¶ Seu abbatibus.] Inuitis.

i ¶ Rectoribus.] Inuitis.

k ¶ Consensu.] Consensus enim prelatinō obstat clericis repetentibus res ecclesiæ, vt inf. ea. non liceat. Sed ro non est ille tutus qui ab Imperatore possidet. C. de quadri. præscrip. bene. cū ille possidet q̄ auctore Imperatore possidet, vt ff. de acq. poss. iustè. Sed dicas 1. illud obtinere in reb. priuatorum: q̄ a nec ecclesia tuta est, si rem recipit ab Imperatore nisi ea ipse inserit, vt 16. q. 3. placuit 1.

l ¶ Cœlestium.] Id est, ecclesiæ. ADDITIO. Vbi tractantur secreta cœlestia. de consecdist. 1. c. cap. 1.

m ¶ Vexentur.] Iniuste. nam ad tributa & seruitia tenentur. 11. q. 1. si tributum, vel expone, vt ibi dixi.

n ¶ Sacrilegus.] Alia pœna sacrilegij est secundum legem. ff. ad leg. Iuliam pecul. sacrilegij. Alia secundum canones. 17. q. 4. per totum.

Q Vi abstulerit.] CASVS. Dicit Anacletus in hoc ca. quod Deus est pater noster, & ecclesia mater: & ideo qui Deū, & ecclesiæ pecuniam aufert, sacerdat & fraudat. homicida est, sicut ille qui patri vel matri carnali abstulit aliquid iniuste, dicitur homicida.

a ¶ Patri.] Homicida enim est, qui non pascit patrem vel matrem, vt 23. q. 4. inter cætera. & 86. dilinct. non satis in fin.

IN antiquis.] CASVS. Quæsitum fuit à Io. Papa. quā pœnam debeat parti, qui inuadit aliena. & respondet quòd patri[a], vel matri, dicitque hoc peccatum non esse; homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creauit*: mater vero nostra, ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter regenerauit. Ergo, qui Christi pecunias, & ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudat; homicida est.

Item Ioannes Papa primus ad Zachariam archiepiscopum.

¶ Quadruplum restituat, qui res ecclesiæ inuadit. C. VII.

IN antiquis ecclesiæ statutis decretum est, vt qui aliena inuadit, nō exeat impunitus: sed cum multiplicatione [b] omnia restituat. Vnde in Euangelio scriptū est: [Quòd si aliquid defraudaui, reddo quadruplum.] Et in legibus sæculi cautum habetur: [Qui rem surripit alienam, &c.] *vt infra auctoritate [c] Eusebij Papæ.*

Item Gregorius ad Constantiam reginam Galliæ, lib. 4. epist. 33. seu. c. 77.

¶ Pro tenore sæcularium legum puniantur inuasores rerum ecclesiasticarum. C. VIII.

CVm deuotissimam † [d] dominam sciam de cęlesti vita †, atque remedio animæ suæ sedulo cogitare; cullpam me commmittere vehementer existimo, si ea, quæ pro timore omnipotentis Domini sunt suggerēda, siluero: & te sanctissimam de ecclesiastica pace sedulo non commonuero. Nimis me Iuliani fratris, & coepiscopi nostri proclamatio nuper contristauit, maxime cum villæ suæ, videlicet ecclesiæ à nequissimis prædonibus sint deprædatæ, atque nocturnis incendijs more furum combustę: & dum ijdem malign iuxta nostri prædecessoris Bonifacij decreta pro violata [e] emunitate [f] illud emendare noluerint: dum & sæculi leges [f] hæc eadem ita se habere voluerint, lege vulgari [g] teste, in qua sic scribitur: [Si quis manu armata vsque ad quatuor homines in vicum alterius ad male faciendum venerit; ille, qui prior est [h], pro illicita præsumptione componat [i] solidos nongentos: sequaces vero eius, vnusquisque solidos octuaginta. Si vero incendium [k] fecerint, ibi nouies tantum componant: si prędam vero, in quadruplum restituant.

Burc l. 11. c. 26. Iuo a. 13. c. 36. *Iuo p. 13. c. 36.* *Serenissimæ] orig. fal. patriæ atque animæ suæ vitæ sedulo*

Concord. Gratian. de pœn. dist. 1. cū multa. C. Iuuenum. C. Iuuenca.

Et in epist. 2. Eusebij Papæ ad Aegyptios, & in decre. Iulij. cū. & Symmachus in 5. synodo.

lib. 1. legū Longobard. titu. de aggress. in vic. fact. leg. 1.

1 Dicas ad hoc Ro. dot. fin. c. 1. 3. Alexan. dist. 52. fin. c. quem in ecclesiarum. col. 2. de constit.

Burc. l. 11. c. 26. Iuo a. 13. c. 36. Ias. de hoc. Ias. de hoc pri. Ias. de hoc.

Eccl. pecu. an infligi. Ecclesia. C. licet. de hoc. qd. pri. de hoc.

Ias. de hoc.

Ias. de hoc.

q̄ secundum antiqua statuta quadruplum debet reddere. Idem probat duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Eusebij Papæ.

b ¶ Multiplicatione.] Argu. pœnam pecuniariam posse ab ecclesia infligi. 21. quæst. 5. si quis cuiuslibet. 22. dist. quamquam, extra de arbi. dilecti. in fin extra de relig. domi. constitutus. in fin. argum. contra infra ead. fraternitas. vbi de hoc dicitur. & extra de pœnis. suam 2. Sed illud potest intelligi de æquitate canonica, huc de rigore iuris.

c ¶ In auctoritate.] inf. ead. in legibus.

CVm deuotissimā.] CASVS. Iulianus episcopus conquestus est Papæ de quibusdam, qui de nocte quasideo pœna vnius non liberat alios. ff. ad legem Aquil. item Mela §. sed si plures.

i ¶ Componat.] Inst. de actio. §. omnes. contra. vbi dicitur, q̄ nulla pœna debet excedere quadruplū. Sol. quidam dicunt, q̄ pœna legalis non potest excedere quadruplum, sed conuentionalis potest: melius dicas, q̄ secundum & conuentionalis in infinitum potest extendi respectus pure ad rem ipsam, tunc sufficit pœna quadrupli ar. C. de ser. fug quicunque. & l. si quis seruum. & licet hæc lex non teneat, tamen ex ea argumentatur hic Grego. sic extra de iud. nouit.

Pœna an possit excedere quadruplum.

K ¶ Si vero incendium.] Incendiarius est ipso iure excom-

Incēdiarius an sit ipso iure excōi-catus.

Emunitas ecclesiæ quę sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

communicatus, nec prius absoluitur, quàm satisfaciat, & iuret se id amodo non facturum. 23.q.8.si quis membrorũ, & cap. pessimam. & si fuerit denunciatus, amodo non pót absolui nisi à Papa, vt extra de sent. excommu. tua. secundum leges capite punitur. ff. de pœna capitalium. §. nonnunquã.

vbi dicitur, qp si quis intra oppidu, vel propter inimicitias, vel ob prædam aliquid exulterit, igne cremat. sed si villam combusſit, leuius punit. ff. de incen. rui. nau. qui ædes. Io. non inuenio, qp incẽdiarius sit ipso iure excõicatus, nisi incendiarius ecclesiæ, vt extra de rap. cap. in litteris.

a ¶ Iustitiã colere.] Insti. de iust. & iur. §. præcepta iuris.

b ¶ Regia.] Ergo fœmina potest esse iudex 1, vt hic, & 23.q.4. si quos. & 15.q.3.c.1. argum. contra 33. quæst. vlt. mulierem. C. de arbitr. l. vlt. Sed dic vbi consuetudo est, bene possunt iudicare. extr. de arbit. dilecti.

ADDITIO. Vbi not. Inno. qp si fœmina habet regimen, vel comitatum, de iure potest iudicare, vt hic patet. Arch.

IN legib.] CASVS. Quæsitum fuit ab Eusebio, quanã pœnam debeat pati raptor rerum ecclesiarum: & respondet, qp secundum leges sæculi, scilicet Goticam, & Salicam, in decuplum debet emendare. dicit enim in fin. cap. vt sacrilegus iudicetur, & quadruplum restituat, & canonicæ pœnitentiæ subijciatur.

c ¶ In legibus sæculi.] In Lombarda & Gotica, & Salica, nõ in Romana.

d ¶ Terminos.] Secundum leges punitur talis pœna quinquaginta aureorum, vt ff. de termi. moto. l. 1. & 2.

e ¶ Quadruplũ.] Vt in illo quadruplo rei persecutio computetur, vt iust. vi bon. rap. in princ. sed in furto est rei persecutio præter pœnam furti, vt instit. de obligquæ ex deli. in fi. & est simile 79. dist. decenter.

CONTRA GREGORIVS. CASVS. Supra in quibusdam c. dictum est, quòd res ecclesiæ vsurpatæ cum pœna debent restitui. Nunc vero probat contrarium per sequens cap.

FRaternitas tua.] CASVS. Augu. Anglorum episcopus

¶ *Initium huius capitis vsque ad ver.* siluero, *est acceptum ex epistola indicata. Reliqua non sunt inuenta.*

α ¶ Violata.] *Hæc dictio abest à plerisque vetustis & hic, & in sequenti capite vbi in vulgatis est*, emunitas violata.

Item.

¶ De eodem. C. IX.

Bur. & Iuo ibi.

SI sæculi leges talem iustitiam habere voluerunt; lex diuina cur inferior esse debebit? cum in ipsius veritatis præsentia à Zachæo collaudatum sit, vt si aliquem defraudarat, in quadruplum restitueret? Et quia summum in rebus bonum est iustitiam colere [a], ac sua cuique iura seruare, & in subiectos non finere quod potestatis est, fieri, sed quod æquum est, custodiri (quod & vos diligere, & omnino confidimus studere;) eapropter excellentiæ vestræ, mense Nouembri præsentis anni, secunda indictione, Petrum fratrem & coepiscopum nostrum à gremio sanctæ Romanæ ecclesiæ transmittemus, vt fratribus eiusdem prouinciæ in vnum congregatis, emunitas violata, & præsumptio, & sacrilegium canonica auctoritate, & vestra regia [b] dignitate talem terminum accipiant; ne posthac membra diaboli, filij nequam, in sancta ecclesia, te etiam ibi regnante talia præsumant.

Luc. 19.

¶ *In plerisque vetustis codicibus, & apud Burchardum, & Iuonem caput hoc est coniunctum superiori.*

Et Symmachus in 5. synodo, & Ioãnes 1. epi. 1. su. ea. in antigs.

Item Eusebius Papa epist. 2.

¶ Ecclesiæ res surripiens in decuplum restituat, quod abstulit. C. X.

Poly. l 8. tit. 15. Anſ. l. 5. c. 41. Burc. l. 11. c. 27. Iuo p. 13. c. 37. & p. 5. c. 249. & p. 3. c. 149. Pann. l. 4. c. 47.

† al. diuplum. Deut. 27. In decret. Iulij. c. 1.

IN legibus sæculi [c] cautum habetur: [Qui rem surripit alienam, illi, cuius res direpta est, in vndecuplum †, quæ sublata sunt, restituat.] Et in lege diuina legitur: [Maledictus omnis, qui transfert terminos [d] proximi sui, & dicet omnis populus, Amen.] Talia ergo non præsumantur absque vltione, nec exerceantur absque sua damnatione. Proinde [β], si quis ecclesiasticas oblationes, & quod Deo consecratum est rapuerit, vel consenserit facientibus; vt sacrilegus dijudicetur, & damnum in quadrnplum [e] restituat, & canonice pœniteat.

β ¶ Proinde.] *Hinc vsque ad finem non sunt in epistola Eusebij, neque apud Ioannem, aut Symmachum. Habentur tamen apud Burchardum, & Iuonem par. 13. cap. 37. & in Polycarpo interpositis etiam aliquot verbis, quæ in epistola habentur post ver.* damnatione.

Contra Gregorius scribit, c. 4. responsionum ad Augustinum Anglorum episcopum de his, qui furtim auferunt aliquid de ecclesia.

¶ Sine augmento sibi ablata ecclesiam recipere oportet. C. XI.

Poly. l. 6. tit. 16. Iuo p. 13. c. 5.

FRaternitas tua ex persona furis pensare potest, quapus de duobus quæsiuit à Greg. Primo qua pœna sit puniendus fur: respondet dicens, quòd quidam furantur propter cupiditatem, quidam propter inopiam: & ideo qui cupiditate furantur. dãnis; qui inopia, verberibus sunt corrigendi, & cum districtius agitur, in verberibus ex charitate agendum est. Secũdo quæsiuit sub quo augmen-

ne sit contra. supr. dist. 89. decenter. 17. q. 4. quisquis infra ea q. 5. c. pen & supra ea. q. 1. in antiquis. Ad hoc respondent quidam, si vult libere fur vel prædo restituere rem ante quam conueniatur, pœnam euitat. hoc falsum est quia non sufficit raptori restituere rem ad eui tandam pœnam vt ff. vi. bon. rap. l. nõ prodest. Vel dic quod ecclesia non petet pœnam, sed iudex ex officio suo eam infliget, & dabit ecclesiæ cui sanctitas ignoscẽ di gloriã dereliquit. C. de epilco. & cler. si quis. & est ad hoc bonum. arg. 23. q. 3. 1. in fi. Vel dic qp potest petere naturale augmentum, id est, interesse. sed innaturale non potest. Vel dic, quod non potest petere interesse qũ est extra rem: vel si forte occasione reisublatæ familiæ vel pecora mortua sunt illud non potest petere, sicut nec emptor, vt ff. de act. emp. & vẽ. si sterilis. §. cum per venditorẽ. vel ponas casum sic, quæritum fuit si aliquis cõfessus fuit se furtum fecisse sacerdoti suo. an in pœnitentia debet ei iniũgi, vt illam rem restituat cum pœna 1; Respondeo qp nõ. 2. & sic contraria non tangũt casum.

VERVM. CASVS. Determinat Gratia. in hoc. §. qualiter intelligitur duo proxima præcedentia cap. dicens, qp primũ ex rigore, secundum ex mansuetudine intelligitur. Sequ. c. patet.

Ecclesia non possit petere rem suã cum augmento.

1 Istam gl. dicit esse sing. Alexã. de Imo. in l. si pœnæ. ff. de condi. indebi.

2 Tenetur tñ dãnũ restituere, vt extra de iniu. si læserit. & duobus c. seq. & extra de rap. c. 1. 2. & 3. & c. in litteris. in fine.

d REs. ¶ Ac quisitas.] occasione ecclesiæ, vt infra ea. ¶ 5. §. fixum.

APostolicos.] CASVS. Hoc. c. dicit quòd nec clericus alienet quocũque titulo alienationis possessiones vel reditus, vel vasa ecclesiæ in casu non concesso, deponi dẽt, alienatione rescissa: siue sic facta in scriptis, sine non: & emptor debet rem restituere & chirtam adincidendum: quod si non fecerit, excõmunicetur. In secunda parte dr, qp si eps construxerit monasterium de reditibus ecclesiæ, eidem ecclesiæ monasterium subijciat. Secunda pars incipit ibi, [Si aũt eps, Salaria.]. 1. reditus. Iterum habeat sicut prius habebat, sit interserit Grat, tria sequentia cap. præter principale propositum, vt ostendat casum in quo licite res ecclesiæ possunt alienari, quorum primum patet.

e ¶ Et.] pro, id est.

f ¶ Vasa.] supr. 10 q. 2. hoc ius contra.

g ¶ Captiuorum.] & alijs casus.

a ¶ Depo-

liter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia, furtum perpetrant: & sunt alij, qui hac in re ex inopia [a] delinquunt. vnde necesse est, vt quidam damnis, quidam vero verberibus [b], & quidam districtius, quidam vero leuius corrigantur. Et cum paulo districtius agitur; ex charitate agendum est, & non ex furore; quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. *& in fra.* ¶ Addis etiam quo augmento ea, quæ furto de ecclesijs abstulerunt, reddere debeant. Sed absit, vt ecclesia cum augmento [c] recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat.

† al. iſſud

† al. Deodato

Verum illud Eusebij de legum seueritate: illud † Gregorij de ecclesiastica mansuetudine dictum intelligitur.

Idem Gregorius lib. 10. epist. 42. Deusdedit † episcopo Mediolanensi.

infra. ea. q. 5. c. nulli

¶ Non sunt alienanda in episcopatu acquisita. C. XII.

REs in episcopatu acquisitas [d] sacerdotibus nulla est alienandi licentia.

Item ex octaua α synodo vniuersali. c. 15.

α ¶ Octaua.] *Sic est emendatum ex Anselmo, cum antea legeretur, sexta Est autem canon decimusquintus synodi octauæ habitæ tempore Hadriani Papæ secundi contra Photium, ex versione Anastasii bibliothecarij.*

¶ Vasa sacra, nisi pro redemptione captiuorum, non sunt alienanda. C. XIII.

Anſ. l. c. 6. 171.

APostlica, & [e] paternos canones renouans hęc sancta, & vniuersalis synodus diffiniuit, neminem prorsus episcopum vendere, vel vtrumque alienare cimelia †, & vasa [f] sacrata, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet α pro redemptione captiuorum [g]: sed nec tradere salaria ecclesiarum in emphyteutica pacta, nec alias rusticas possessiones uenũdare, ac per hoc ecclesiasticos reditus lędere: quos ad propriam utilitatem, & ob escam pauperum, & peregrinorum sustenta-

a ¶ Ex inopia.] in delictis non excusat inopia, vt hic & 32. q. 4. sicut satius. ff. de rit. nup. l. palam. 32 q. 5. ita ne 22 q. 2. faciat. Arg. contra de conse. dist. 5. discipulus. & di. 1. sicut contra. extra de furt. si quis propter necessitatem, quidam dicunt, quod potius debet homo mori quàm furari. Humanius est dicere, qp summa necessitas excusat. extra de reg. iur cap. quod non est. vnde hic non fuit tanta necessitas; quæ posset excusare.

b ¶ Verberibus.] hoc generale est, vt verberibus castigentur qui sunt inopes, vt ff. de iurisd. om. iud. si quis id §. in seruos & ff. de in ius vocan. l. vlt. infr. ea. q. 5. liber tus. 14. q. 6. si res aliena. Alio etiam modo puniuntur nobiles quàm ignobiles, vt 24. q. 1. qui contra.

c ¶ Cum augmento.] scilicet in naturali & illegitimo, augmento ecclesia suum debeat recipere. Et fidet subru lo augmento. Secunda pars incipit ibi, [Addis ẽt.]

ditur in duas partes. In prima parte statuitur, qp si quis clericus alienet quocũque titulo alienationis possessiones vel reditus, vel vasa ecclesiæ in casu non concesso, deponi dẽt, alienatione rescissa: siue sic facta in scriptis, sine non: & emptor debet rem restituere & chirtam adincidendum: quod si non fecerit, excõmunicetur. In secunda parte dr, qp si eps construxerit monasterium de reditibus ecclesiæ, eidem ecclesiæ monasterium subijciat. Secunda pars incipit ibi, [Si aũt eps, Salaria.]. 1. reditus. Iterum habeat sicut prius habebat, sit interserit Grat, tria sequentia cap. præter principale propositum, vt ostendat casum in quo licite res ecclesiæ possunt alienari, quorum primum patet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesiasti-
cis res male
alienas qua
liter punit.
1 Et c. diaco
ni. 17. q. 4. po
test tamen
eps dispensa
re cum præ-
dicto, vt non
deponatur,
vt 50 dist. si
quis presby
ter. Arc.

a ¶ Deponatur.] Hæc est pœna male alienantis res ecclesiæ, vt infra ea. quisquis. & c. non liceat. & c. statuimus 1. Sed contra extra de reb. eccl. non alie. si gs presbyterorũ, de elec. & sicut. in fi. ff. de alie. iud. muta. can. l. ex hoc edicto. §. fi quis. alienauerit. Et quibus omnibus habes, quòd sufficit.

si statim reddat ecclesiam indemnem. Post se, quo ad hoc vt exdicto ibi subnon deponatur, quo ad hoc, ne huiusmodi mala electio ne ab administratione removeatur. Arg. contra ff. vi. bon. rap. non prodest. vbi habes quòd nõ sufficit prædoni ad pœnam euitandam rem restituere. Item sufficit temeridolum commisisse, vt depo. l. 1. §. si rem depositam. ioã. Ego sto illi decret. si quis ꝓsbyterorũ. B.

b ¶ Construxisse.] legendo ecclesiã priorem: potest tamen cõstruere, dum tamen non lædat ecclesiam infra e. si episcopus & cap. bonæ rei. Tradentur ergo ecclesiæ vt habeat in ipsa ius patronatus, quod habetur ex ædificatione seu fundatione. 16. q. 7. quicumque. & ca. decernimus. & c filijs. ext. de eccle. ædi. ad audientiam. vel aliquod honestũ seruitium. ext. de iure pat. preterea vel ob alia rẽporalia. extra de capel. no. in ecclesijs. 16. q. 2. sane. Et est. arg. quod acquisita de rebus ecclesiæ potest ecclesia vendi care. inf. ea q 4. sacerdotes. & q. vlt. ixum. Sed qd si clericus de Peculio ecclesiæ in proprio solo ædificat? tunc videtur ædificium solo credere. ff. de. re. dui. in tantum. Sed dicas 2. in fauorem ecclesiæ solum ædificio cedere. 17. q 4. cap. quæstio. & hoc est speciale in ecclesia, ꝙ si res comparatur de bonis ecclesiæ, statim est sacra ecclesiæ, vt hic, & extra de pecu. cle. c. i. si quis. Idẽ est in milite. C. de rei vend. si vt proponis. & in pupillo. C. arbi. tut. l. 2. & in vxore. ff. de dona. inter vir. & vxo. vxor.

Aedificiũ de pecunia ecclesiæ factum an acquiratur ipsi ecclesiæ.

2 Dicas hãc gl. sequ. Spe. de empt. & ven. §. tertio loco, in 1. verſic. qđ si clericus, & ibi per Ioan. And. in additio. Bald. in Lin tantum, de rerum diuis. Philip. Frãc. in c. semel. de reg. iur. in 6.

c ¶ Tradat.] id est subijciat inf. 14. q. 6. comperimus. 17. q. 4. quæst. contra. vbi hęs ꝙ res consecrata non debet restitui. sed supple laicis, & ad pr. famos vsus. & licet hic dicatur ꝙ debet subijci priori ecclesiæ: nihilominus tamen episcopus potest vnam ecclesiam alij subicere cui vult: arg. extra de excess. prela. sicut vnire.

SAcrorum.] CASVS. Fabius Firmanæ ciuitatis epus dedit xj libras argenti. de sua ecclesia pro redemptione

tionem esse decernimus ꝓ. *& paulo post.* ¶ Quisquis autem apparuerit post hanc diffinitionem nostram contrarium quid huic sanctæ, ac vniuersali synodo agere; deponatur [a] vt pręuaricator diuinarum legum, & præceptorum: cassata videlicet omnino, quæ facta est in scriptis, vel sine scriptis ab episcopo, venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia qualibet alienatione, cimeliorum scilicet, & salariorum locorum. Qui vero emerit, aut perceperit aliquid ex prædictis cimelijs, vel salarijs, & non restituerit ecclesiæ iterum, quæ ecclesiæ sunt, vel non reddiderit ad incidendum chartam venditionis, vel emphyteuseos; sit anathema vsque dum fecerit: quod ab hac sancta, & vniuersali synodo confirmatum est. & si autem episcopus conuictus fuerit construxisse [b] monasterium de redditibus ecclesiasticis, & tradat [c] ipsum eidem ecclesiæ monasterium.

α ¶ Videlicet pro redemptione.] *In concilio ipso, & apud Anselmum legitur,* quæ accipiuntur in redemptionem captiuorũ.

ε ¶ Decernimus. *In ipso canone sequuntur hæc.* Omnem vero ecclesiasticarum rerum potestatem habentem, & has meliorare, ac dilatare, prout oportuerit ecclesiastica loca, quæ per reditus fiunt & insuper propriam rerum dispositionem distribuere ac committere, seu conferre quibuscumque voluerit & iudicauerit, iuxta propriam potestatem, ac dominatũ. Quisquis autem apparuerit, &c.

Item Gregorius lib. 6. epist. 34. seu. 199. domino episcopo Meßanensi.

¶ Pro redemptone captiuorum sacra vasa non prohibentur alienari. C. XIIII.

Le Sancimus, Cod. de sacros. eccl. Anſl. 5. c. c. 48.

ET sacrorum canonum, & legalia statuta, permittunt ministeria ecclesię pro captiuorum esse redemptione vendenda.

Item Demetrio, & Valeriano clericis Firmanis, lib. 7. indict. 2. epist. 14.

¶ Res ecclesiæ licite impenduntur pro redemptione captiuorum. C. XV.

Iuo p. 3. c. 145.

SAcrorum canonum statuta, & legalis permittit auctoritas licite res ecclesiasticas in redemptionem captiuorum impendi. Et ideo, quia edocti à vobis sumus ante annos fere xviij. virum reuerentissimum quendam Fabium episcopum ecclesię Firmanę libras xi. argenti de eadem ecclesia pro redemptione vestra, ac patris vestri Passini, fratris & coepiscopi nostri, tunc vero clerici, nec non matris vestræ, hostibus impendisse, atq; ex hoc quandam formidinem vos habere, ne hoc, quod datum est, à vobis quolibet tempore repetatur; huius præcepti auctoritate suspicionem vestram præuidimus auferendam; constituentes nullam vos exinde, hæredesque vestros quolibet tempore repetitionis [a] molestiam substinere: nec à quoquam vobis aliquam obijci quæstionem.

Item libro 6. epist. 35 ad Domnum episcopum.

¶ Res ecclesiæ desolatæ non præponantur captiuis. C. XVI.

Iuo p. 3. c. 176.

SIcut omnino graue est frustra ecclesiastica ministeria venundare; sic iterum culpa est, imminente huiusmodi necessitate res maxime desolatæ ecclesiæ captiuis suis [b] præponere, & in eorum redemptione cessare.

2 *Quæ vero pœnitentia huiusmodi inuasoribus, atq; prædonibus, qui vasa sacra, & reliqua diuino cultui dedicata arripiunt, & quasi profana contrectant, sit indicenda; Nicolaus Papa definit scribens Frontario archiepiscopo Burdegalensi.*

¶ Inuasoribus rerum ecclesiasticarum quæ pœnitentia sit imponenda. C. XVII.

DE viro nefando, Burgando nomine, qui rabie insana commotus diabolicis se irretire laqueis non dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera, & compita [c] insidians vobis in vestræ ecclesiæ villa, vna cum clericis vestris manentibus, & populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus, paneque spiritualis verbi vacua hominum corda reficientibus, atque laudabile propriæ salutis desiderium habentibus, sancta apostolorum Petri & Pauli limina visitare, collectis malitiæ suæ sequacibus, & iniquitatis complicibus nefarias inuasiones, & deprædationes violentas inferre dæmoniaco ausu præsumpsit: &, vt epistolæ vestræ textus eloquitur, sacrum altare, sacraque Dominici corporis, & sanguinis vasa, insuper & sanctum chrisma pollutis arripere manibus, quasi vilia, & ad vsum communem apta præsumpsit; dilectio nos vestra consuluit [d], si ipse, vel qui cum eo in tam impio, & iniquo scelere fuerunt, ad pęnitẽtiam quandoq; gratia tracti ꝺ diuina, venire voluerint, quo eos pœnitentiæ vinculo constringatis, nostræ institutionis censuram

super hoc postulauerunt securitatẽ. Papa igitur eis plenam securitatem concedit, ita vt de cætero super hoc nulla quæstio eis moueatur. Sequens cap. patet.

a ¶ Repetitionis.] Quia quod ex causa pietatis impenditur, non repetitur. C. de nego. gest. alimenta, nisi forte fuerit

b Sicut. ¶ Suis.] Suis potius quàm alienis subueniat, subueniat tñ & extraneis. 86. dist. non satis. 42. dist. quæ scamus. Sed qui dicunt hic captiui? Dic ꝙ si ab hæreticis, vel gentilibus capti sunt, vel à talibus vbi timetur periculum corporis aut vel per animæ, tales tenetur redimere ecclesia, & etiam quilibet prius tus, vt 86. d. nõ satis. inf ea. urum. 23. q. 3. non in inferenda.

iubemus. Tamen si priuatus det pecuniam pro redemptione alicuius, bene eam repetit, vt C. de cap. l. vlt.

c. significauit, de Iudæis. Phili. Dec. in ca q in ecclesiarum. de con stit. Ludou. Gomes sueculum corporis aut vel per 100. in paruis. Redemptio quæque est necessaria.

a Id est mortis, vt leg. & not. inf. eo. aurum ver. cur to. Arc.

QVAE VERO. Hęc est secunda pars quæstio. in qua ponit pœnam sacrilegij, & hoc per cap. sequen. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra facta est mentio de inuasoribus rerum ecclesię. Nũc vero docet Gratia. quæ pœnitentia sit huiusmodi inuasoribus imponẽda, qui sacra vasa, & alia Deo dedicata pollutis manib. quasi profana rapiunt, & contrectant.

DE viro.] CASVS. Frõtarij S. Burdegalẽ. archiepus cũ vellet B. Petri limina visitare, & in quadam villa suæ ecclesiæ celebraret diuina, & populum salubberrimis dogmatibus erudiret, quidam nomine Burgandus vir nefandus insidians ei, cum complicibus suæ malitiæ venit ad villam præfatam, & sacra vasa dominici corporis, & sanctum chrisma pollutis manibus accipere præsumpsit. quare dictus Frontarius q. fuit à Nicolao, si aliquo tempore ad gremium matris ecclesiæ redierint, quæ pœnitentia sit eis indicenda. Qui respondet dicens, quod primo debent iurare, quod talia non faciant de cætero, & postea pœniteant iuxta modum in ca.

talitatis

redemptus. ecclesiæ, seruiat quen. quod vt. vel. in

c ¶ Et compita.] Compitum est locus vbi plures viæ concurrunt. 48. dist. sicut.

ADDITIO. Et dicitur à con, quod est simul, & pita, quod est via, secundum Hug. & Lau.

d ¶ Consuluit.] Quæ sit pœna taliũ, qui inferunt iniuriam clericis dum insistũt diuinis officijs, & obsequijs, habes 17. q. 4. §. qui autem. & c. si quis suadente. C. de. ept. & cle. si quis in hoc genus.

a ¶ Ante-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Ante fores.] Sed nonne in primo anno est extra ecclesiam? Sed dic quòd in primo anno stet extra cœmiterium quod violauit, & secundo anno iuxta fores ecclæ.

b ¶ Audientes.] Non communicantes, vt 33. quæst. 2. latorem.

c ¶¶ Reuocetur.] hic habes quod propter ingratitudinem reuocetur libertus in seruitutem. & intelligas in gratitudinem grauẽ offensam, quia nõ nisi pro graui offensa reuocatur libertus in seruitutem, & propter easdem causas, propter quas reuocatur donatio. in auth. vt liber. de eg. tero colla. 6. §. illud. secundum leges vere res sufficit leuis offensa. C. de libe. & eorum liber. l. 2. Item hic habes quod si ue committat libertus ecclesiæ ingratitudinem contra ecclesiam, siue contra episcopũ reuocatur in seruitutem. secus si cõtra alium de ecclesia, sup. e. qui manumittuntur.

d ¶ Proditi.] i. de inobedientia conicti.

Libert⁹ pp ingratitudinem reuocatur in seruitutem.

DE libertis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd si liberti ecclesiarũ facti sunt presbyteri, vel diaconi, iuxta modum quem canones antiqui docent, sint liberi, tamen à patrocinio ecclesiæ, nec ipsi, nec eorũ filij recedere debent. In secũda parte dicit, q̃ libertos ecclesiæ commendatos debet episcopus tueri, nec põt episcopus impetrare à principe, vt eos alicui donet. quod intelligit. Hũ si manumissi fuerant pleno iure, vel quo ad onus iodebitum, vel in casu non concesso. Sed ego intelligo sicut littera sonat, quia licet sint ecclesiæ commendati, non tamen sunt liberti ecclesiæ. & ideo eos episcopus donare non potest. Secunda pars, ibi, [Ab aliis quoque.

e ¶ Ab eis progeniti.] Ergo filij libertorum debẽt obedientiam p̃stare ecclesiæ patronæ suæ, sicut & patres eorũ; vt hic, & C. de libe. & eorũ liber. libertinæ. sed contra: quòd ex liberta nascitur ingenuum est, ut C. de ope. libe. quod ex liberta. Sol. quidam intelligunt legem illam libertinæ. de filijs manumissis cum patre & ante manumissionem natis. leges contrarias intelligunt de natis post manumissionem. sed hoc stare non potest, quia hic dicitur tam ipsi, quàm ab eis progeniti. Item ex sequen. cap. infr. ea liberti. patet quòd intelligitur de filijs natis post manumissionem, vbi dicit futura prole, quòd ab ecclesiæ patrocinio se non potest subtrahere. Ideo

Libertorũ ecclesiæ filij sunt ecclesiæ obnoxij.

sio[a] agitata est de quodam Hæliseo ex familia Agabrensis ecclesiæ: qui ab episcopo suo traditus libertati, de libertate confestim ad contumacię morbum transiliuit; sic que per superbiam non solum eiusdem episcopi ueneficis † artibus salutem lædere voluit, sed etiam patronam ecclesiam libertatis immemor prædamnauit[b]. Aduersus; quem ingrati actio, canonum & legum auctoritate iuste dirigitur; scilicet, vt immeritæ libertatis damno mulctatus ad seruitutis nexum reuocetur[c]. Talium enim status, qui contra episcopum suum, vel patronam ecclesiam nituntur, decidi potius quàm conseruari conuenit: vt quorum libertas perniciosa est, sit salutifera seruitus: & qui superbire nouerunt adepta α libertate, proditi[d], discant obedire subiecti

† al. maleficis

Iuo p. 16. c. 66.

α ¶ Adepta libertate.] *Magna hoc loco est varietas in vetustis Gratiani codicibus. Nam partim concordant cum hac vulgata, partim habent.* adempta libertate proditi, *partim*, adepta libertate prædi, *vt concilium ipsum impressum, & manuscriptum, etiam in codice Lucensi regio. Iuonem vero legitur*, adepta libertate elati, perdita discant obedire subiecti.

Item ex concilio Toletano 3. c. 6.

¶ A patrocinio non discedant ecclesiæ liberti ad sacros ordines promoti. C. LXIII.

DE libertatis autem hoc præcipit sancta synodus, vt si qui presbyteri, vel diaconi β ab episcopis facti sunt secundum modum, quo canones antiqui dant licentiam; sint liberi: & tamen à patrocinio ecclesiæ tam ipsi, quàm ab eis progeniti[e] non recedant[f]. ¶ Ab alijs quoq; libertati traditi, & ecclesijs commendati patrocinio episcopi † colligantur: ne cuiquam donentur, à principe hoc episcopus postulet.

† al. episcopæ li regantur.

β ¶ Presbyteri, vel diaconi.] *In concilijs Coloniæ quatuor tomis impressis, & in codice Lucensi regio legitur.* De libertis autem id Dei præcipiunt sacerdotes, vt si qui ab episcopis, &c. *nulla presbyterorum, aut diaconorum mentione facta.*

Ne uero longinquitate temporis obscuretur cõditio originis; tẽpore suæ manumissionis scribãt liberti ꝓfessionẽ, qua se profiteantur de familia esse ecclesiæ, & ab eius obsequio se nunquam recessuros.

Vnde in concilio Toletano, ca. 9. legitur.

¶ Professionem suæ conditionis liberti ecclesiæ faciant. C. LXIIII.

inf. c. proximo.

LOnginquitate[a] sæpe fit temporis, vt non pareat conditio originis. Vnde iam decretum est in anteriori α b vniuersalis concilij canone, vt professionem suam liberti ecclesiæ debeant facere: qua profiteantur se & de familijs ecclesiæ esse †, & eius obsequium nunquam relicturos.

† al. manumissos.

Vnde his quoque nos adijcimus; vt quoties cursum vitæ sacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit; mox cum successor eius aduenerit, omnes liberti ecclesiæ, vel ab eis progeniti chartulas suas in conspectu omnium debeant ipsi substituto pontifici publicare, & professiones suas in conspectu ecclesiæ renouare: quatenus status sui vigorem & illi obtineant, & obedientia eorum ecclesia non careat. Si autem aut scripturas libertatis suæ intra annum[c] ordinationis noui pontificis manifestare contẽpserint, aut professiones renouare noluerint; vacuæ & inanes chartulæ ipsæ remaneant, & illi origini suæ reddiri, sint perpetuo serui.

α ¶ In anteriori.] *Significatur canon 69. concilij Toletani quarti, qui proximo c. refertur. Nam quartum illud Toletanum, quod fuit plenissimum, in sequentibus Toletanis vocari solet vltimum sale concilium, vt in quinto, c. 5. & 7. & in sexto concilio, c. 13. 7. & 18. Et in principio ipsius quarti concilij episcopi aiunt,* quoniam generale concilium agimus.

Item ex concilio Toletano 4. c. 69.

¶ Nec liberti, nec eorum posteri à patrocinio discedant ecclesiæ. C. LXV.

Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3. c. 185. Iuo p. 3. c. 245.

LIberti ecclesiæ (quia nunquam moritur[d] eorum patrona) à patrocinio eiusdem nunquam discedant; nec posteritas quidem eorum: sicut priores canones decreuerunt. Ac ne forte libertas † eorum in futura prole non pateat, ipsaque posteritas naturali ingenuitate obnitens sese ab ecclesiæ patrocinio † non subtrahat; necesse, vt tam hi liberti, quàm ab eis geniti † e professionem episcopo suo faciant. per quam ex familia ecclesiæ libertos effectos

† al. libertinitas.

† al. patrocinio subtrahat.

† al. progeniti.

LOnginquitate.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, vt liberti ecclesiarum professionem facere debeant, qua confiteantur se esse libertos ecclesiæ & ab eius obsequio non recessuros. sed cum idem concilium fuit iterum congregatum, adiecit vt cum episcopus ecclesiæ fecerit defectum, & ei alius substitutus, omnes liberti ecclesiæ, vel ab eis progeniti substituto pontifici intra annum à tempore suæ ordinationis chartulas suas in conspectu ecclesiæ debeant publicare & renouare: quatenus illi suum statum teneant, & ecclesia eorum obedientia non careat: si vero hoc cõtemnent, reuocentur in seruitutem.

a ¶ Longinquitate.] Quia si per decem ann. steterit in libertate, amodo liber habetur, vt extra de coniug. ser. licet. ff qui & à qui. ma. fi. cum. § Arist. vel si mater alicuius tempore mortis eius se pro libera gesserit, & filius eius p quinquennium vixerit vt liber, amodo liber erit, vt C. ne de de fia. defun. l. 2. & 3. sed licet seruus fugitiuus se pro libero gesserit non ideo est in possessione libertatis, vt C. de agric. & cens. cum simus. in fi. lib. 11. & ff. de acq. poss. l. per eum, in fi.

b ¶ In anteriori.] Nõ determinat hic de quo dicat.

c ¶ Intra annum.] Similiter si vasallus intra annum nõ petit inuestituram, cadit à iure feudi, vt in constit. Friderici, in pr. ialis. §. præterea. de feud. nec obstat quod legitur ext. de iureiu. veritatis. vbi dicitur q̃ non iuratur successori P. æ. potest enim dici ipe cialem ibi esse indulgentiam. in emphyteuta secus est, quia licet non soluat canonem intra annum tñ non expellitur, vt io. q. 2. hoc ius. No. q̃ hic excursus anni non privat aliquẽ libertate, sicut excursus anni probat crimẽ. 11. q. 3. rursus. sic 20. q. 2. puella. sic ext. de off. or. pastoralis. sic 34. d. si seruus.

Anni excursus aliqua fa cit.

LIberti.] CASVS. Statuitur in capitulo, vt liberti ecclesiæ à patrocinio ecclesiæ nunquam recedant: quia eorum patrona ecclia nũquã moritur, nec posteritas eorũ, sicut antiq canones decreuerũt, & hoc in 1. parte. In 2. parte dicit q̃ liberti & eorũ filij faciãt professionem, qua q̃

1 Istã glo. sequitur Alex. de Imo. in l. pactũ, & collatio. 2. C. de pact. & idem Alexan. in l. extraneum. col. 3. de hær. inst. vbi vide cõcor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRO REMVNERATIONE. CASVS. Ponit hic Gra. sextum casum, in quo res ecclesiarum licite possunt alienari, scilicet pro remuneratione seruienda.

QVicumque.] CASVS. Aliqui sustinuerunt laborem pro ecclesia aliqua prælatus illius ecclesiæ promisit aliquid illis pro remuneratione laboris sui, terram. s. vel aliquid: postea nolebat soluere promissum. vnde quæritum fuit in concilio Toletano, verum ad hoc possit compelli de iure? Et respondetur q sic: hoc probatur auctoritate Pauli ita tamen, vt illa remuneratio per concilium prouinciale confirmetur.

a ¶ Suffragio.] i. qa suffragium præstitit ecclesiæ concilio vel auxilio.

b ¶ Prouiderint.] Alicui.

c ¶ Promiserint.] Vt q aliquis obligetur nudis verbis, licet nõ interceserit stipulatio, vt ext. de tenta indicante. 2. q. 5. iuramenti. & inf. ea. q. 5. quia sõnes. qd verum est. & potest dici q competit actio ex nuda promissione. l. condictio. ex

1 Hoc nõ habet locum apud Cathelanos, apud quos non datur actio ex promisso. tenetur tñ deb. neri tñ deb. Cathelanus quia vanis p missionib. & inutilib. intuitionib. detinet viatorem, saltẽ de dolo. ff. si quis cau. si scriptione sua robo. actio. fm Vi. rauic. [Huius.]. f. larg. ita not. [Futuri,] Scilicet temporis.

Rex pacificus. Arch.

canone illo. inf. 22. q. 5. iuramenti.

ECclesiasticis.] CASVS. Theodorus vir eloquentissimus consiliarius Ro manæ sedis seruo alicui quo indigebat: & iõ G. tradidit ei Acosimũ seruũ natione Siculum, & vt hæc donatio nullo tpe valeat retractari, ad cautelam futuri temporis sibi fecit publicum instrumentum quod G. subscripsit propria manu, & tribus presbyteris & tribus diaconis.

a ¶ Cum redemptor.] Hic habetur forma, sub qua fiũt manumissiones, & planum est.

b ¶ Ius gentium.] Alibi dicitur, q̃ iure diuino est inducta seruitus. Sed de hoc dixi su. dist. 1. ius gentium.

c ¶ Relaxamus.] Sed nonne eo ipso, q̃ aliquis inter vinos manumittitur, videtur ei peculium datum, nisi expresse hoc admatur. C. de pe. eius qui li. meruit. l. vnica. Sed dicas, quod aliud est in libertis ecclę q̃ in eis manumissione non licet dari vltra summam viginti solidorũ, vt su. e. si quos.

d ¶ Cum tribus.] Ergo tribus requiritur cõsensus omnium, vbi libertas datur, & hoc in fauorẽ libertatis fit, vt C. de communi seruo ma. l. 1. arg. contra 34. dist. c. 1. & ead. episcopus qui. Itẽ videtur hic, quod sigillum Papæ non facit chartam authenticam, nisi adsit subscriptio. Io.

ITEM SERVI. CASVS. Dictũ est su. ea. q. 2. c. prædia. q̃ possessiones ecclesiarũ non debent à laicis fatigari. Idem nunc dicit Gratianus de seruis ecclesiarum.

ECclesiarum seruos.] CASVS. Relatum est in concilio Toleta. quòd quidã iudices & administratores publicorũ officiorũ seruos ecclesiarum vel eporũ vel aliorum clericorum diuersis angariis fatigabãt. Quare concilium postulauit à Greg. vt tales præsumptores prohiberet & statuit cõcilium, vt si quis de cętero talia præsumeret, ab ecclesiastica cõmunione repelleretur.

e ¶ Clericorũ.] Ar. q̃ eodem priuilegio gaudẽt serui clerico rum, quo ecclesię in fra. 16. q. 1. similiter fi. 87 d. eos qui. & 89. d. indicatum. Clerici enim & eorum mãcipia sũt exempta ab omib. muneribꝰ ciuitatum, nisi subsit magna necessitas. ext. de immu. eccle. non mitus. C. de episc. & cler. l. 2.

1 Scilicet à Papa, vt hic fust: quod non obtinet in alijs prælatis. secundum L. & Hug.

2 Circa istã materiã an notarius possit omittere in instrumẽto sui solitũ signum, & apponere aliud, de quo vide q̃ Archi. hic cui adde G. d. cu. in cõparatione & ibi Bal. in vlt. col. C. de fide instru. & per Bal. in prin. C. col. 2 & Aug. in Aut. de instru. cau. & fi in prin.

Clerici sunt à muneribus ciuilib. exempti.

MISERATIONIS QVOQVE. CASVS. Ponit hic Gratianus 7. casum, in quo serui ecclesiarum miserationis intuitu libertati donari possunt, & sic quodammodo alienantur.

CVm redemptor noster.] CASVS. Dicit in hoc c. ¶ Greg. se esse fateantur, eiusque patrocinium non relinquant: sed iuxta virtutem suam obsequium ei, vel obedientiam præbeant.

Pro remuneratione etiam impensi obsequij res ecclesiasticæ vtiliter possunt donari.

Vnde in Toletano concilio 4. c. 36. legitur.

¶ Quæ de rebus ecclesiæ in remuneratione obsequij præstantur rata permaneant. C. LXVI.

QVicumque episcopi suffragio[a] cuiuslibet aliquid ecclesiasticæ vtilitatis prouiderint[b], & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiserint[c]; promissi solutionem eos exoluere oportebit: ita vt id ad concilium prouinciale deferatur †, vt eorum conuenientia confirmetur; quia (sicut Paulus ait) dignus est operarius mercede sua.

† al. deductum eorum conuen 1 Tim. 5. tũ cõfirmetur.

Item Gregorius lib. 2. indict. 11. epist. 18. Theodoro consiliario.

¶ Serui ecclesiarum in eorum dominium transferri possunt, qui ecclesiasticis vtilitatibus deseruiunt. C. LXVII.

Poly. l. 3. tit. 13.

ECclesiasticis vtilitatibus desudantes, ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere, vt qui se voluntarijs[d] obsequiorum necessitatibus sponte subijciunt, digne nostris prouisionibus consolentur. Quia igitur te Theodorum virum eloquentissimum consiliarium nostrũ mancipiorum cognouimus ministerio destitutũ: ideo puerum nomine Acosimum natione Siculum iuri, dominioque tuo dari, tradique præcipimus: quem quoniam raditum ex nostra voluntate iã possides; huius te necesse fuit [scripti †, pro futuri temporis testimonio[e], ac robore largitatis, auctoritate fulciri: quatenus, Domino protegente, secure eum semper, & sine vllius retractationis suspicione quippe vt dominus, valeas possidere[f].

† abest ab orig.

α ¶ Te.] *Addita est vox ista, & cætera sunt emendata ex originali, vt intelligatur eundem esse cui scribitur, & cui fit donatio.*

β ¶ Possidere.] *Apud B. Gregorium hæc sequuntur.* Neque enim quemquam fore credimus, qui tam paruam largitatem pro tua tibi deuotione concessam desideret, vel tentet vllo modo reuocare: cum vno eodemque tempore & verecundum sit à decessoribus bene gesta resoluere, & verecundum sit docere cæteros in sua quandoque resolutoriam proferre largitate sententiam.

Miserationis quoque intuitu serui ecclesiarum libertati donari possunt.

Vnde Gregorius Montanæ †, & Thomæ lib. 5. epist. 12. seu c. 112.

† al. Montano

¶ Miserationis, & pietatis intuitu serui ecclesiarum possunt manumitti. C. LXVIII.

CVm redemptor[a] noster totius conditor creaturæ ad hoc propitiatus humanam voluerit carnem assumere, vt diuinitatis suę gratia, dirupto, quo tenebamur captiui, vinculo seruitutis pristinę nos restitueret libertati; salubriter agitur, si homines, quos ab initio natura liberos protulit, & ius gentium[b] iugo subsitituit seruitutis, in ea, in qua nati fuerãt, manumittentis beneficio libertati reddantur. Atque ideo pietatis intuitu, & huius rei consideratione permoti, vos Montanam †, atque Thomam famulos sanctæ Romanæ ecclesię, cui, Deo adiutore, deseruimus, liberos ex hac die, ciuesque Romanos efficimus; omneque vestrum vobis relaxamus[c] seruitutis peculium α. *& infra.* ¶ Hanc autem manumissionis paginam Paterio notario scribendam dictauimus, & propria manu vna cum tribus[d] presbyteris prioribus, & tribus diaconis pro plenissima firmitate subscripsimus, vobisque tradidimus. Actum in vrbe Romana.

† al. Mõtanũ

α ¶ Peculium.] *In vetusto codice epistolarum B. Gregorij bibliothecæ Vaticanæ legitur*, periculum

Item serui ecclesiarum publicis angarijs non debent fatigari.

Vnde in concilio Toletano 3. c. 21. legitur.

¶ Serui ecclesiarum publicis angarijs non fatigentur. C. LXIX.

lib. 7 ca. c. 290. Iuo p. 3. c. 138.

ECclesiarum β seruos, & episcoporum, vel omnium cleri corum[c] à iudicibus, vel actoribus publicis in diuersis angarijs fatigari dolemus, Propter quod omne concilium a pietate gloriosissimi Domini nostri popoſcit: ut tales deinceps ausus inhibeat: sed serui suprascriptorũ officiorum in eorum usibus, vel ecclesię laborent. Si quis uero iudicum aut actorum, clericum, aut seruum clerici, uel ecclesię, in publicis, ac priuatis negotijs occupare uoluerit, à communione ecclesiastica, cui impedimentum fecit, efficiatur extraneus.

β ¶ Ecclesiarum.] *In cæteris huius concilij exemplaribus impressis, & manuscriptis, quæ collata sunt, & apud Isidorum legitur quẽadmodum apud Gratianum, præterquam in editione quatuor temporum, & codice Lucensi regio, in quibus initium capitis 21. sic habet.* Quoniam cognouimus in multis ciuitatibus ecclesiarum seruos & episcoporum, vel. o c a i v a p. in diuersis angarijs fatigari, omne concilium, &c. Et *hic quidem nulla facta est mutatio: alia vero in quibus omnes conciliorum codices concordant, sunt emendata.*

Item pro alimonia pauperum, pro redemptione captiuorum res sacras distrahi licet.

præcipit Paterio notario, vt scriberet instrumentum, cui Greg. Papa propia manu subscripsit cum tribus

ITEM PRO ALIMONIA. CASVS. Ponit hic Grat. 8.

Greg. intuitu pietatis duos seruos Romanæ ecclesiæ, f Montanum & Thomã manumisit, & eis omne peculium quod habebant relaxauit: & hoc fecit ad instar Iesu Christi, qui venit in mundum, vt vinculum diabolicę seruitutis rumperet, quo tenebamur adstricti. vnde præci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

casum in quo res ecclesiæ licitè distrahi possunt, s. p alimonia pauperum: & redemptione captiuorum. Et ad sequētia inducuntur vsque ad §. item largitate.

AVrum.] CASVS. Beneuen. hunc casum sic posuit. Ambr. in hoc ponit tria genera largitionis. primum est, cum res ecclesiæ pauperibus vel captiuis largiuntur. Secundum est, cum alienantur pro templo ędificando. Tertium est cum largiūtur pro cœmiterio emendando vel ampliando in istis tribus generibus docet, aurum & pecuniam ecclesię non esse seruādam, sed erogandam tempore necessitatis: quod si prælatus non fecerit, asportabit hostis: sicut Assirij aurū & argentū de templo Dñi tulerunt. Et hoc primo debet fieri de auro & argento, quod non cōstitit in vasis, diuino officio deputatis. Si vero sunt vasa diuinis officijs deputata, primo non consecrata sunt largienda: deinde etiam ea quę sunt consecrata, in pios vsus sunt expendenda. ita tamen, vt forma calicis in sua forma non remaneat. nisi alij ecclesię distrahatur. hic vero confracta & conflata. H. hunc casum sic posuit Ambro. intendit ostendere, quòd res ecclesiasticę debent dari & alienari tempore necessitatis. Et ponit quinque casus quibus licitè alienātur res ecclesię, scilicet pro alimonia pauperū, p redēptione captiuorum, pro loco religioso ędificando, p cœmiterijs ampliandis, pro sepulturis mortuorum extruēdis. In his ędē vasa pretiosa & sacrata debent alienari alij ecclesię in eadem forma; laicis confracta & conflata. [Tribus.] Quinque posuit non dicit tribus, sed duos primos ponit sub vno membro, & duos vltimos sub alio, medium vero sub tertio.

a ¶ Assyrij.] Id est Babylonij, qui cum Nabuchodonosor cœperunt Hierusalem. & abstulerunt vasa de templo Domini, infra de consecra. dist. 1. vestimenta.

b ¶ Ministrassent.] Id est, ministrare debuissent.

c ¶ Occisi sunt.] Ergo tunc demum cum timeatur mors 1. redimi debent captiui, vt not. supra ead. ficut omnino.

1 Scilicet corporis.

d ¶ Quid.] Id est, simile illi.

e ¶ Timui.] Sic forte se excusabat.

f ¶ Spatia laxata.] Id est, ampliata.

g ¶ In his tribus.] Id est, in alimonia pauperum, in redemptione captiuorum, in ædificatione templi, vel augmentatione cœmiterij.

Item vbi timet mors animæ, vt inf. e. c. verfi. & vera. vetus cogeretur adorare idola. 23. q. 4. ipsa pietas. & Lau. & c. displicet. & 24. q. 3. si habes & m H.

Vnde Ambrosius ait, lib. 2. de officijs, c. 28.

¶ Res sacræ quibus ex causis alienari debeant.

C. LXX.

AVrum ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus. Quid opus est custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus, quantum auri, atq; argenti de tęplo Domini Assyrij [a] sustulerunt? Nonne melius conflat sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quàm sacrilegus contaminata asporter hostis. Nonne dicturus est Dominus, cur passus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum unde †ministrasses [b] alimoniam. Cur tot captiui deducti in commerciū †, sunt, nec † redempti, ab hoste occisi sunt [c]? Melius fuerat, vt uasa viuentium seruares, quàm metallorum. Hic non pos set responsum referri. Quid [d] enim diceres? Timui [e], ne templo Dei ornatus deesset? Responderet, aurum sacramē ta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacramentorum, redemptio captiuorum est: & verè illa sunt vasa pretiosa, quæ redimūt animas à morte. Ille uerus thesaurus est Domini, qui operatur quod sanguis eius operatus est. *& post pauca.* ¶ Nemo enim potest dicere, cur pauper uiuit? nemo potest queri, quia captiui redempti sunt. Nemo potest accusare, quia templum Dei ædificatum est. Nemo potest indignari, quia humanis fidelium reliquijs spatia laxata [f] sunt. Nemo potest dolere, q. a in sepulturis Christianorum requies defunctorum est. In his tribus & generibus vasa ecclesiæ etiam initiata cōfrin gere, conflare, vendere licet. opus est, vt de ecclesia mystici [h] poculi forma non exeat: ne ad vsus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo intra ecclesiam primū quæsita sunt vasa, quæ initiata non essent; deinde comminuta, postremo conflata, per minutas erogationes dispensata gentibus, captiuorum quoque pretijs profecerunt. Quod si desunt noua, & quæ nequaquam initiata videantur, in huiusmodi vsus, quos supra diximus, arbitror omnia pie posse conuerti.

Poly. l. 6. tit. 20. Iuo p. 3. c. 180. Ans. l. 13. c. 28. 4 Reg. 24.

† *al. vt* † *in vulgaris legebatur, in captiuitatē du xit*]

† *nec redēptit Cur eos ab hoste*] orig.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorū. epist. 2.

¶ Non parietes templi ornare, sed pauperibus prouidere, gloria episcopi est. C. LXXI. † *al opibus.*

GLoria episcopi est pauperū inopiæ † prouidere; ignominia sacerdotis est proprijs studere diuitijs. Natus

a ¶ Assyrij.] Id est Babylonij, qui cum Nabuchodonosor cœperunt Hierusalem. & abstulerunt vasa de templo Domini, infra de consecra. dist. 1. vestimenta.

b ¶ Ministrassent.] Id est, ministrare debuissent.

c ¶ Occisi sunt.] Ergo tunc demum cum timeatur mors 1. redimi debent captiui, vt not. supra ead. ficut omnino.

1 Scilicet corporis.

d ¶ Quid.] Id est, simile illi.

e ¶ Timui.] Sic forte se excusabat.

f ¶ Spatia laxata.] Id est, ampliata.

g ¶ In his tribus.] Id est, in alimonia pauperum, in redemptione captiuorum, in ædificatione templi, vel augmentatione cœmiterij.

h ¶ Mystici.] Id est, in forma calicis, in quo mysticum proculum sanguinis Christi conficitur. Et quod dixi de ecclesia, intelligant quidam de ecclesia, in qua est: quia cum sit res sacra, non potest vendi etiam alij ecclesiæ. Et de hoc notanter. quæstione secunda, huc jus

GLoria episcopi.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. in prima parte Hie reprehendit epos, qui cum pauperes erant vili cibo libenter reficiebantur: cum vero facti sunt diuites, vel delicijs incumbentes,

tes, cibos delicatos abhorent. & vt eos liberius redarguat semetipsum talibus connumerat. In secunda parte reprehendit epos, qui ornant templum gemmis & lapidibus ad instar sacerdotum veteris testamenti: sed de clericis per quos ecclesia gubernatur, nullam curam habent.

b ¶ Rugientem.] Id est, famelicum.

c ¶ Parietes.] 1 imperitos 1. sic 46. distinct. sunt nonnulli.

d ¶ Columnas.] I est peritos.

e ¶ Subtrahunt.] Id est, non recipiunt.

† *substruunt*] vera lectio.

† *al. redemptio*

1. *Cor.* 20.

† *al. cogitemus*

epist. 13.

in paupere domo, & in tugurio rusticano, qui vix milio, & cibario [a] pane rugientem [b] saturare ventrē poterā; nūc similam, & mella fastidio. *Item paulo inferius.* ¶ Multi ędificant parietes [c], & colūnas [d] ecclesię subtrahunt † [e], marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur: & ministrorum Christi nulla electio est. Neq; vero mihi aliquis opponat [f] diues in Iudæa templum, mēsam, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cætera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabant [g] à Domino; quando sacerdotes hostias immolabant, & sanguis pecudum erat remissio † peccatorum [h]: quanquam hęc omnia præcesserint in figura: scripta autem sunt propter nos in quos fines sæculorum deuenerunt. Nunc vero cum paupertatem domus suæ pauper Dominus dedicarit; portemus † crucem [i], & diuitias lutum putabimus. *Item ibidem in extremo.* ¶ Amico quidpiam rapere furtum est: ecclesiā fraudare, sacrilegium est: accepisse quod pauperibus erogandum sit; & esurientibus plurimis, vel cautum [k] esse uel le, vel timidum [l], aut, quod, apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omniū prędonum crudelitatem superat. *Item eiusdem ad Paulinū de institutione monachi.* ¶ Cra tes ille Thebanus homo quondam ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret; magnum auri pondus abiecit: neque putauit se simul posse & virtutes, & diuitias [m] possidere. Nos suffarcinati auro Christum pauperem sequimur: & sub prætextu eleemosynæ pristinis opibus incubantes, quomodo possumus aliena [n] fideliter distribuere, qui nostra timide reseruamus? Plenus venter [o] facile de ieiunijs disputat. Non Hierosolymis [p] fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudandum est.

a ¶ Cibario.] Scilicet familię,

f ¶ Opponat.] Argū. ab exemplis non esse argumentandum.

g ¶ Hæc probabātur.] Sed nōne hęc hodie probantur à Domino. inf. de cōsecra. d. 1. & calix? ita: sed nō in superabundantiā, vt non habeatur delectus personarum. 86 di. non satis. 47. d. si cut.

h ¶ Peccatorum.] Venialium: quia cœremonialia tollebant tm venialia peccata, sicut hodie aqua benedicta vt inf. de consec. dist. 3 aqua.

i ¶ Crucem.] Sustinendo contumelias.

k ¶ Vel cautum.] Cum ideo fit, quia expectatur maior necessitas.

l ¶ Timidū.] Si ideo facit, quia timet ne sibi deficiat.

m ¶ Diuitias.] Nam vere philosophantes contemnunt 2. pecuniam. ff. de vaca. mu. l. in honoribus. §. penult.

n ¶ Aliena.] Id est, res ecclesię.

o ¶ Plenus venter.] Id est, prælatus plenus diuitijs.

p ¶ Non Hierosolymis.] Id est, non tantum esse prælatum: sed opera prælati facere laudabile est 27. q. 1. cauete.

ITEM LARGITATE. CASVS. Ponit Grat. nouum casum, in quo epi res ecclesiasticas possunt alienare quo ad vsumfructū, dando eas clericis sub nomine precariæ: & ad hoc probandum inducit se-

2 Id est, non ponūt amorē, siue animū in diuitijs aliàs diuites cū bonis operib. non abijcimus, 30. di. c. pe. Arch.

Quen. cap.

SÆpè fit.] CASVS. Quidam eps volebat concedere prædium ecclesię cuidam clerico quo ad vsumfructū. Quæritū est in concilio Toleta. qualiter ei cōcedere posset, ne ecclesia præiudicium pateatur propter diuturnam retentionem. Respondet, sub precario nomine debet clericus ab ecclesia recipere. & professionem suam scribere, & quod ab ecclesia recepit, fideliter colere: ne res deteriorentur: quod si quis facere contempserit, a precaria repelletur.

k ¶ Vel cautum.] Cum ideo fit, quia expectatur maior necessitas.

l ¶ Timidū.] Si ideo facit, quia timet ne sibi deficiat.

m ¶ Diuitias.] Nam vere philosophantes contemnunt 2. pecuniam. ff. de vaca. mu. l. in honoribus. §. penult.

n ¶ Aliena.] Id est, res ecclesię.

o ¶ Plenus venter.] Id est, prælatus plenus diuitijs.

p ¶ Non Hierosolymis.] Id est, non tantum esse prælatum: sed opera prælati facere laudabile est 27. q. 1. cauete.

Iuo p. 6. c. 372.

SAepè fit, vt proprietati origin.is obsistat ¶ longinqui tas t pis. Quapropter prouidētes decernimus, vt si quis clericorū [r], stipendium de rebus ecclesiæ, cuiusquam epi

SVS. Quidam eps volebat concedere prædium ecclesię cuidam clerico quo ad vsumfructū. Quæritū est in concilio. Toleta. qualiter ei cōcedere posset, ne ecclesia præiudicium patiatur propter diuturnam retentionem. Respondet, sub precario nomine debet clericus ab ecclesia recipere. & professionem suam scribere, & quod ab ecclesia recepit, fideliter colere: ne res deteriorentur: quod si quis facere contempserit, a precaria repelletur.

q ¶ Obsistat.] De facto, non de iure vt supra ea. c. longinquitate.

r ¶ Cuiusquam episcopi.] Infra 16. q. 3. si episcopus. & c. clerici.

a ¶ Lar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Largitate.] Sed quomodo est largitas, si dr precaria? cũ de precaria certa pensio statuatur.10.q.2.precaria? respon.non est precaria,sed donatio gratuita quoad vsumfructum.& ideo dicit, & interueniet scriptura ne possit allegare præscriptionem.nam per quantumcunq;tempus possidere nunquam præscriberet, vt 16.q.3 clerici.Fructuarius. n. nõ potest præscribere. infra,p quas pso. no. acqri. §.fructuarius. nec ille, qui alieno nõe possidet, vt extra de præscr. si diligẽti C. de præscr. triginta annorũ. male.

Fructuarius non præscribit.

b¶ Sub precariæ.] Id est,sicut solet fieri in precaria. non enim est hic contractus p̃ cariẽ : sed donatio vsusfructus episcopi. 16.q. 3. si episcopus. &c. clerici.

c¶ Laborate.] Id est colere.

d¶ Priuare.] Ar.cleri cum posse remoueri ab ecclesia si negligit agros, vel alias vtilitates ecclesię sic fi.de pe.hære.ei, qui partes § cum prædia & C.loca.l.3.nam p̃pter negligentiam aliquis deponitur,vt 81.dist.dictum.

RELIGIONIS. CASVS.Ponit hic Grati.decimũ casum, in quo p̃t eps aliquid alienare d reb. ecclesiæ suæ tradendo eas monasterijs causa religionis;dummodo ecclesiã suã non lædat enormiter.Et ad hoc inducit sequentia c.

SI eps.] CASVS. Quidam episcopus volebat facere monasterium de quadam ecclesia parochiali: & aliquid de rebus episcopalis ecclesiæ et cõcerie volebat. Vnde quæsitum fuit in concilio Toletano,verũ hoc facere posset? Et rñdetur,quod sic dummodo de consensu capituli hoc faciat,& ecclesiæ suæ detrimentum non exhibeat.

Ecclesia sæcularis poterit conuerti in monasterium, sed non ecõtra.

e ¶ Si episcopus.] Hic habes quod de seculari ecclesia potest fieri ab episcopo monasterium, vt extra de eccl. ædi.ad audientiam.sed econuerso non potest, vt 19 q. 3.quæ semel extra de reli.do,toter quatuor. nisi fiat auctoritate Papę, vt extra de consti.cum venerabilis. & extra ne cleri vel mona.c.relatum.vel vbi aliter non possit locus reformari, nisi per canonicos sæculares, vt extra jn eadem decre inter quatuor.

f¶ Detrimentum.] Graue si enim læderet ecclesiã graviter.posset,c.reuocari, vt su.e. Apostolicos i fi.& ii. ex.

g ¶ Cõsensum.] Quæro, de quorum clericorum consensu hoc intelligas.an detur clericis ep̃alis ecclesiæ, an de clericis parochiæ illius? videtur de clericis ecclesiæ cathedralis.Nam consensus clericorum ecclesiæ cathedralis requiritur circa ordinationem & depositionem clericorum,vt 24.dist. eps.67.dist.reliqui. su. ea. alienationes. Lau. tñ & H. intelligunt & requirendum consensum clericorum parochialis ecclesiæ. Nam isti sine culpa non debent priuari suis stipendijs.16.q.7. inuentum.

percepit largitate [a]:sub precatię [b] nomine debeat professionem scribere:vt nec per tentionem † diuturnam præiudicium afferat ecclesiæ ; & quæcunque in vsu perceperit, debeat vtiliter laborare [c]:vt nec res diuini iuris videantur aliqua occasione negligi;& subsidiũ ab ecclesia, cui deseruiunt, percipere possint clerici.Quòd si quis eorum contemserit facere; ipse se stipẽdio suo videbitur priuare [d].

† al retentionem.

¶ Clericorum .] *In codice conciliorum Lucensi regio sequitur*, uel aliarum quarumlibet personarum.

Religionis quoque intuitu ea,in quibus ecclesia detrimentum non patitur ;monasterijs tradi possunt.

Vnde in 3.Toletano concilio,c.4.legitur.

¶ Licet religionis intuitu res ecclesiæ alienare.

C. LXXIII.

Iuo p.3.c.168.

SI episcopus [e] vnam de parochianis ecclesijs suis monasterium dicare voluerit,vt in ea monachorum regulariter congregatio viuat;hoc de consensu concilij sui habeat licentiam faciendi.Qui etiam si de rebus ecclesiæ ,p eorum substantia aliquid,quod detrimẽtum [f] ecclesię nõ exhibeat,eidem loco donauerit;sit stabile.Rei enim bonę statuendę sanctum concilium dat consensum [g].

Item ex Toletano 9. c.5.

¶ Non vltra quinquagesimam partem rerum ecclesiæ,monasterio quod constituit,episcopo licet conferre.

C. LXXIIII.

Iuo p.3 c.170. † al.consilium

BOnę rei dare consultum †;& præsentis habetur vitę subsidium & ęternę remmunerationis expectare cernitur præmiũ. Quisquis itaque episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus ecclesiæ,cui præsidet, ditare decreuerit; non amplius ibidem,quàm quinquagesimam [h] partem dare debebit:vt hac temperamenti æquitate seruata,& cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna grauia non infligat.Ac ecclesiam vero,quę monasticis non informabitur regulis,aut quã pro suis magnificare † voluerit sepultum.videtur 1.tamen sufficere. si episcopus eis prouideret necessaria,vel ibi vel alibi:vt extra de eccle. ædifi. ad audientiam.& sic videtur quod eis inuitis possit hoc facere arg.extra de excc.præ.sicut vnire.

† al.munificare.

[1] Allegandi dicti q̃ñ ẽ uerum fm Lau. Vinc. Gof & ẽ. vt ipsi not. ecce de reb. nõ alie. fessionet. de hoc no. ad cre. ad audientiã vbi in gl. Arch.

BOnæ rei.]CASVS Quidam episcopus volebat ędificare monasterium in parochia sua,vel aliquam ecclesiam sęcularem magnificare:apud quã forte sepeliri volebat,& desiderabat ditare monasterium vel ecclesiam de rebus ecclesiæ suæ . quæsitum est in concilio Toletano,quantum monasterio vel ecclesiæ dare possit? Et respondet, quod monasterio dabit quinquagesimam partem de rebus ecclesię suæ,dummodo ei damna grauia non infligat:ecclesiæ vero sæculari non amplius quàm centesimam dabit partem,& in arbitrio episcopi erit vt vel monasterium tantum, vel ecclesiam tantum debeat de rebus ecclesiæ ditare.

h ¶ Quinquagesimam.] Sed nunquid episcopus potest dare

dare centesimam , vel quinquagesimam sine consensu canonicorum? videtur q̃ sic, extra de ijs quæ si à præla. sine consen.c.pastoralis.& nõ obstante iuramẽto de nõ alienãdis rebus ecclesiæ, vt extra de ecc. ædi.tua.nemo enim p̃t accusare ep̃m, q̃ templũ Dei ædificauerit, vt sup.ea.

iuris sit de hoc,in quæstionibus notaui.

ADDITIO. Quæstio venerialis est,& incipit,esto quòd episcopus,&c.vbi dicit, quòd Tan. dicebat , quòd tanũ vltima reuocatur: quod verum cred t ipse ß. Prix. nam non restituitur minor , nisi in quo decipitur. ff. de mino.eadem quæstione.

Non obst lex. præd. si tota quoniã intelligitur in Falcidia. licet quidam sient illi legi. Archidiaconus.

c ¶ Census.] Propter hoc verbum,census, dicit L & H.q̃ de cẽsu posset episcopus dare partem,sed non de possessionibus ecclesiæ.aliàs reuocare tur , vel eo viuo , vel post mortem suã , vt 16 q.3. si sacerdotes. Sed hoc falsũ est : qa decre dicit ẽt de possessionibus, extra de do.Apostolicæ .

† al.remmerãdam

turis; non amplius quàm centesimam partem census [a] ecclesiæ,cui præsidet,ibidem conferre licebit: ea tamen cautela seruata , vt vnam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem † assumat.

Item Gregorius lib.2.indict.11.epist.17.Gratioso subdiacono.

¶ Iure proprietatis res ecclesiæ monasteriorum ædificijs tradere licet. C. LXXV.

Ansl.5.c.32.

REligiosam [b] vitam eligentibus congrua nos oportet consideratione prospicere,ne cuiusquam necessitatis occasio,aut desides faciat, aut robur (quod absit) conuersationis infringat.Idcirco præsenti tibi auctoritate præcipimus,quatenus domum positã in hac vrbe, regione quarta iuxta locum,qui appellatur,ad gallinas albas , vel hortum iuris sanctæ Romanæ ecclesiæ, cui auctore Deo præsidemus,in qua Campana quondam vxor æ Patritij manssisse dinoscitur,simul & hortum, atque hospitia,quæ intra eandem domum ianua concludit,Floræ † abbatissæ debeas tradere proprietatis iure procnldubio possidendam : in qua domo monasterium virginum (vbi cum congregatione sua habitare possit) Christo queat adiuuante construere; & † tam ipsa,quàm quæ in eius loco, honoreq; successerit , prædictam domum , & hortum cum omnibus ad se pertinentibus (sicut diximus) quieto , inconcussoque iure à nobis pietatis consideratione concessa valeat possidere .

† antea legebatur, *eidem*

† al. vt]orig.

b ¶ Vxor.] *In aliquot epistolarum editionibus, & nonnullis Gratiani exemplaribus non est ista dictio . In vetusto autem Vaticano epistolarum q̃dice legitur*, quondam patritia.

Ecce ostensum est,quomodo res ecclesiæ sine culpa dari possint,& constare his,quibus datæ fuerint.

QVAESTIO III.

Et,in Moguntino sub Rabano c.3.

NVnc quæritur [c]*,si ante tempus suæ ordinationis nihil habere videbantur , quid de his fieri debeat , quæ post ordinationem suam inuenisse noscuntur.*

De his ita statutum est in concilio Carthaginensi 3.c.49.

sup.e aurũ. Item quia sufficit semel à iure esse cõcessũ : vnde non est necesse requirere nouum cõsensum. ff. de condi.instit quæ sub conditione. §. vlt.sed contra de do. pastoralis.extra de ijs quæ fi. a pla. cũ vos. Tu dicas,q̃ licet à iure permittatur ei talis donatio, tñ facit eandẽ de consensu clericorũ,vt su.ea.c.,px. su.ea. Apostolicos. vehementer tñ obuiat illa decre.pastoralis. nisi vis fiat litteræ. Vnde dic,illis decret. ttandũ est. Sed quid si episcopus plures donationes fecit , ita q̃ omnes simul excedant quinquagesimam ; an dices vltimam reuocari , vel omnes ? Videtur q̃ tantum vltimam: quia sola illa fuit vitiosa,vt su.ea.fi quos.& 17.q.4.questi.contra videtur, q̃ de qualibet donatione est detrahendum : vt C. de inof.do. si tota . ff.ad leg Fal pœnales.§ annua. Hæc quæstio soluitur extra de dona. Apostolicæ. Ioan. quid

Dicas q̃ dat domum, videt ei do- nasse ann- licet hic fit ar.cõ.La. ad hoc facit quod leg. & no. sup. 1.c. 1. ficus Christus. Arch.

c ¶ Nunc quæritur.] Habeas pro summa quæstioni quod dicitur in c.1.

Placuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PLacuit.]CASVS.Statutum fuit in conc. Carthag.vt epiſcopi,presbyteri,diaconi,& alij clerici,qui nihil habebant antequam ordinarent, & poſtea de rebus eccleſiæ tantum ſuo nomine poſſeſſiones cõparauerunt, puniãtur tanquam inuaſores rerum dominicarum:niſi ea quæ dantur clericis intuitu perſonæ, dare poſſunt cui volunt.

SED QVÆRITVR. Hæc eſt ſecunda pars huius q. Io de Fant. Et mouet Grat. incidentem quæſt. vtrum ea quæ dantur epiſcopo communiter cum eccleſia, vel ſeque-

¶ De his, qui primum nihil habentes, tempore ſuæ adminiſtrationis aliqua acquirunt. C. I.

PLacuit, vt epiſcopi, presbyteri, diaconi,vel quicunq; clerici,qui nihil habentes [a] ordinantur, & tempore epiſcopatus,vel clericatus ſui agros, vel quæcumq; prædia nomine ſuo [b] comparant; tanquam rerum Dominicarum inuaſionis crimine teneantur†; niſi admoniti eccleſiæ eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis proprie aliquid liberalitate alicuius, vel ſucceſſione cognationis [c] obuenerit; faciat inde, quod eorum propoſito congruit. Quod ſi à ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint; honore eccleſiaſtico indigni tamquam reprobi iudicentur.

Bure.l.3.c.120. Iuo p. 3. c.96. Pann. l.2. c.52.

† al teneantur obnoxij.

Item ex concilio Toletano 9.c.4.

¶ De miniſtris, qui nulla eccleſiæ occaſione, ſed ſui vtilitate aliqua acquirunt. C. II.

QVicumque de ſacerdotibus, vel miniſtris pro ſui vtilitate,atque amicitia,vel præſtatione,aut quocumq; modo, aut per ſcripturæ ſeriem aliquid meruerint à quolibet percipere†; in rebus eccleſiæ non poterit numerari: Sed quod exinde voluerint facere,ipſorum voluntatis arbitrio ſubiacebit. Quòd ſi hoc poſt eorum mortem inordinatum fortaſſe remanſerit; eccleſia, cui præfuit,vel miniſter extitit,hoc ſibi in perpetuum vendicabit [d].

† Adde Alexan. de Imo. in l. cũ fundus. §. ſeruũ. ff. ſi cer. pet. circa fin. ũ ti §.

Ecce quòd illa, quæ non ex officio eccleſiaſtico, ſed ex aliqua præſtatione ſuæ vtilitatis lucratus eſt, poteſt dare quibus voluerint.

2 Sed quæritur de his,quæ ſibi communiter cum ecclesia, vel ſequeſtratim pro remedio animæ offeruntur, vel de tertia parte, quam de rebus parochialium ecclesiarum ſibi debitã accipit;ſi ea poterit dimittere quibus voluerit.

De his ita diffinitur in concilio Agathensi,c.6.

¶ De pontificibus, quibus ab extraneis, vel cum eccleſia, vel ſequeſtratim aliquid dimittitur. C. III.

POntifices [e],quibus in ſummo ſacerdotio cõſtitutis ab extraneis†[f] aliquid aut cum eccleſia,aut ſequeſtratim, aut dimittitur, aut donatur (quia hoc ille, qui donat,pro redemptione animæ ſuæ, non pro commodo ſacerdotis

extra de teſtamentis c. requi † al. extraneis diuiſi.

Burc.l.1.c.217. Xat. Iuo p.5.c.331.

quæſtratim pro remedio animarũ, vel tertiã partẽ, quã accipit de parochianis ecclẽſijs, poſſit relinquere cui velit. Et de hoc quid iuris ſit,in c.ſeq. diſtinguitur.

POntifices.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, q̃ ſi aliquis relinquit aliquid pontificum eccleſiæ, vel ſeparatim pro redemptione animæ ſuæ totum inter eccleſiæ facultates computabitur. In ſecunda parte dicitur, q̃ ſi aliquid relinquitur eccleſiæ, vel ſacerdoti alij reſtituendum, non debet inter facultates eccleſiæ computari. Secunda pars incipit ibi, [Sane quidquid.]

e ¶ Pontifices.] id eſt in filijs.

f ¶ Ab extraneis.] Si aliquid detur tñs epõ, illud non tenetur diuidere cum eccleſia. Sed licet aliquid detur tantum eccleſiæ, illud diuidendum eſt cum epõ: & diſtinguе an à propinquo, vel extraneo ſit relictum epiſcopo,

ſcopo,vt habes diſtinctum extra de teſta. requiſiſti. Si autem ſimplici canonico aliquid eſt relictum, illud nõ tenetur diuidere cum eccleſia,ſemper enim præſumitur, quòd id quod datum eſt prælato,ſit intuitu eccleſiæ datum. & eſt ſi.ff.de an. le. annua. in §. 1. ff. de re. du. ciuibus.

poteſt dare tertiam partem,quam recipit de parochianis eccleſijs irreuocabiliter, vel eccleſię à qua recipiebat:vel alteri eccleſię cui voluerit.quod intelligit H. ſi velit ſubire onus fabricæ reparandæ.

d ¶ Irreuocabile.]Cum de conſenſu canonicorum hoc facit alias ſucceſſor poteſt illud reuocare,vt 16 q 1 poſſeſſiones.& hic eſt arg. q̃ ſi epiſcopus ſimpliciter dedit aliquid eccleſiæ,intelligitur illud ꝑpetuo dediſſe, vt 16 quæſt. 1.quoniã quidquid. Arg. contra 16.q.1. poſſeſſiones & dixi 10. q. 2. hoc ius. in fi.

re probatur) non quaſi ſuum proprium, ſed quaſi dimiſſum eccleſiæ inter facultates eccleſiæ computabunt: quia iuſtum eſt,vt ſicut ſacerdos habet [a] quod eccleſiæ dimiſſum eſt; ita & eccleſia habeat [b] quod relinquitur ſacerdoti. ¶ Sane quidquid per fideicommiſſum aut ſacerdoti,aut eccleſiæ fortaſſe dimittitur, cuicunque alij poſtmodum profuturum;id inter facultates ſuas eccleſia computare, aut retinere non poterit [c].

Item ex concilio Toletano 9.c.6.

¶ Epiſcopus tertiam partem ſibi debitam eccleſiæ relinquere poterit. C. IIII.

Iuo.p.3.c.171. EPiſcopus,ſi tertiam partem,quam de rebns parochialium eccleſiarum ſanctione paterna ſibi debitam nouit,aut ipſi eccleſiæ,cuius res eſſe patebit,aut alteri eccleſiæ,quam elegit,conferre decreuerit: & licitum maneat, & irreuocabile [d] robur eius ſententia ferat.

QVÆSTIO IIII.

QVod autem [e] quæritur, ſi de ſuis, & eccleſiæ rebus aliqua acquiſiſſe noſcuntur,cui proueniat;ita diffinitur in eodem concilio Toletano 9.c.4.

¶ De his, qui de ſuis & eccleſiæ rebus aliqua acquiſiſſe noſcuntur. C. I.

Iuo p.3.c.169. SAcerdotes,vel quicunque illi ſunt, quibus eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt; quecunq. adminiſtrationis ſuæ tempore emerint,ſi de rebus proprijs vel vile; vel carũ habuerint; ad eccleſię nomen,cui pręſunt, chartarũ conficere inſtrumenta procurent [f]:non enim conuenit,vt eccleſia,quem ſuſcepit extraneũ,efficiat in alieno [g] diuitem,& in ſuo [h] retineat fraudatorem. ¶ Hi vero, qui ſuarum rerum noſcuntur habere compendium; ex omnire,quam poſt ordinationis ſuę diem viſi ſunt acquiſiſſe, ſiue nulla, ſiue aliqua ſint inſtrumenta confecta; compenſatione [i] tam iuris ſui, quàm eccleſiaſticarum rerum habita, ſi ſe vtriuſque rei quantitas exęquauerit; inter

Vod autẽ.] CASVS hic ponitur 4.q. 3. in qua quæritur cui debeant dari res acquiſitæ communiter ex rebus prętati & eccleſiæ,& qualiter dẽant diuidi. & reſpondet quòd pro rata pretij dati debent diuidi inter eccleſiam & hęredes prælati.

e ¶ Quod autem.] ſi de vtriuſque pretio empta eſt res,pro rata pretij diuidenda eſt inter eccleſiam & hęredes ꝓlati, vt inf. e.c.1.ver hi vero. Io.

SAcerdotes.] CASVS. hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte loquitur de rebus, quas ꝓlati emunt,& de pecunia eccleſiæ,& tantum ſuo nomine: in quo caſu ſi de rebus proprijs aliquid vile vel charum habuerint,curent cõficere inſtrumẽta nomine eccleſiæ,cui pręſunt In ſecunda parte loquitur de rebus empris communiter ex pecunia prętati & ecclęſiæ,quę debent æqualiter diuidi inter eccleſiam & decedentis hæredes,ſi ſe vtriuſque rei quãtas exęquauerit. Secunda pars incipit ibi [Hi vero.]vile vel charũ ideo dicit, quia ſi conſtaret eos nihil habere: ſiue ſuo nomine ſiue nomine eccleſię emerint,totũ eccleſia vẽdicabit. Et licet c. videatur loqui in plato tñ,th,ego Bar. Brix.idẽ ſtelligo ſi quolibet clerico,vt ſu.te.q. 3.placuit.

f ¶ Procurent.] vt faciant quantum habent de rebus eccleſiæ,& quantum de proprijs rebus.

ADDITIO. Sed pone,prælatũ fuiſſe confeſſum plus eſſe in bonis eccleſiæ quam eſſet in veritate: nunquid ei præiudicatur:dicit Lau.quòd non;niſi hoc ſcriberet. C. de arb.tut.l.vlt. Arch.

g ¶ In alieno.] Id eſt.in rebus proprijs.ipſius ſacerdotis,quę ſunt alienæ eccleſiæ,vel ꝓpriæ intelligas poni.

h ¶ Et in ſuo.] Id eſt,rebus eccleſiæ.

i ¶ Compenſatione.] Id eſt,cõputatione, vel comparatione,

Ita eſt vera ſuiſa ſecũdum. Go. & Ho. de hoc no. extra de teſt. requiſiti. §. ſi vero relinquitur, & ibi no. Arch.

Sacerdos emens aliquid,cui acquirit.

b ¶ Suo.] Hoc ſpeciale eſt in eccleſia, q̃ licet ſacerdos aliqd ſuo emat nomine de pecunia eccleſiæ, q̃ res illa ſtatim facta eſt eccleſiæ. aliud eſt in rebus priuatorũ, vt C. de rei vend. ſi vt ꝓponas. & de hoc notaui ſu.e. q.1. Apoſtolicos. idem quod hic dicitur,habes extra de pecu. cler. c.1. inquirendum. & c. ſi quis. Vtrum autem præſumatur de rebus eccleſiæ,vel de rebus ſuis comparaſſe, dicitur ſu.ea.q.1. ſint manifeſtæ.

c ¶ Cognationis.] Vſque ad quartum gradũ 1.C.de epi. & cle. auth.licentiã. Vel vſque ad 7.deferur ſucceſſio. Arg.contra 35. q.2 c 1.

QVicumque.] CASVS. Quidam ſacerdotes aliquid acquiſierunt artificio ſuo, vel ex datione amicorum, vel ex inſtitutione facta in teſtamento quæſitum eſt in concilio Toleto. vtrum eccleſiæ ſuæ relinquere teneantur. Et reſpon. q̃ non,ſed dabunt cui voluerint. ſi vero poſt mortem ſuam remanſerit inordinatum, eccleſia ſua in perpetuum vendicabit ſuæ vtilitati, ideſt,ſuo vtili officio.

d ¶ Vendicabit.] Id eſt, defendet, quando eccleſia inuenitur in poſſeſſione. ſed ſi hæredes eſſent in poſſeſſione, oporteret eccleſiam probare de iure ſuo, vt inf. ea.q.5. c. 1. in fi. ſicut not. ſup.ead.q.1. ſint manifeſtæ. Vel intellige quod hic dicit, cum non habet ſacerdos hæredes. in authen. de eccle. tit §. ſi quis autem epiſcopus.col.vlti.& inf.q.5 c. vlti.

ECCE.CASVS.Concludit Gra. ex ſupradictis, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acquisita de bonis ecclesiæ & de bonis clericorum ad quos pertinebunt.

tione, vel collatione hoc vult dicere, q̃ cõputabit quantum de suis rebus, & quantum de rebus ecclesię dedit pro re empta, vt secundum hoc diuidatur inter ecclesiã & hęredes defuncti 1. Sed pone, postquam adeptus est ecclesiã: nullus sumptus voluit facere de patrimonio proprio: sed q̃dquid emit, emit de patrimonio proprio tantũ: & solis reditibus ecclesiæ fuit vsus. Vt q̃ computandi sunt illi sumptus, quos facere consueuit, vel quos facturus fuisset de proprio patrimonio, ac si non haberet ecclesiam, vt ff. d̃ pe. hær. sed & si. §. adeo autem in fin. Et sic proprie ponitur hoc verbum cõpensatione. Item non debent negligere lucrũ ecclesiæ propter lucrũ suum, vt infra c. proxi. Vel intellige q̃ hoc dicit quando dubium est, an de rebus ecclesię, an de suo patrimonio emerit nam tunc diuidi deberet secundum quãtitatem sui patrimonij, & rerum ecclesiæ 2.

ecclesiam & decedentis hęredes ęquo iure conquisitio[a] pertinebit.

a ¶ Compensatione.] *In concilio ipso cum vetustis exemplaribus collato legitur*, compensata tam iuris sui quàm ecclesiasti carum rerum habitudine.

Si quis vero pro compendio suarum rerum, ecclesiæ rebus detrimentum intulerit, vel si occasione rerũ ecclesiasticarum in rebus propriis detrimentum passus fuerit; vicissim qui lucrum sentiunt, detrimentum patientibus resarcient.

Vnde in concilio Bracharensi 3. c. 8. legitur.

¶ Resarciantur detrimenta sacerdoti, vel ecclesiæ, quæ alterius occasione alter senserit. C. II.

QVicunque sub hoc neglectu[b] res diuinas laborare[c] distulerit; placito speciali distringendus est: qualiter si de rebus, seu augmentis ecclesiæ quęstum laboribus suis proprie auxit[d], & ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum[e] laboris exhibuit. aut minorationem, vel perditionẽ induxit; quidquid in rebus ecclesię minuit, illi restituat; ex cuius rebus, atque suffragijs suos conuictus fuerit ampliasse labores. Quod si aliquid pro vtilitatibus ecclesiæ, aut substantię expendit, aut dispendi, vel perditionis quid piam pertulerit; si hoc comprobari potuerit, totum illi à rebus ecclesiæ eiusdem reformabitur †, pro cuius[f] vtilitate id expendisse probatur.

Si uero de rebus ecclesiæ tantummodo aliqua acquisisse noscuntur; & ad nomen ecclesiæ instrumenta debent componere, nec aliquibus poterunt illa donare.

Vnde in Agathensi concilio, c. 54. legitur.

¶ De his, quę sacerdotes emunt, ad ecclesię nomen scripturam faciant. C. III.

PResbyter, dum diœcesim tenet, de his, quę emerit, ad ecclesię nomen scripturam faciat, aut ab eius, quam tenet, ecclesię ordinatione discedat.

Extra 3 pecul. cler. c. presbyter. Furc. l. 3. c. 119. Iuo p. 3. c. 93. Pann l. 2. c. 51.

¶ Caput hoc ab Iuone etiam, & auctore Panormiæ citatur ex Agathensi, in quo extat, In decretalibus vero tit. de pecul. cler. ex concil. Arelatensi: & apud Burchardum, & in prima collectione decretalium ex concilio Arausico.

QVÆSTIO V.

Esta-

1 Ecclesiæ. Panor. in c. vlt. de pecu. cler. Claua versi. clericus.

a ¶ Conquisitio.] Id est, conquisitũ. sic C. communi diuidũdo, ad officium. ff. de vsu fruct. sed & si quis. §. interdum.

SI QVIS CASVS. Supra ostensum est quid iuris sit de rebus proprijs clericorum, & de rebus ecclesię. sed quia occasione rerum ecclesiasticarũ clerici in rebus proprijs patiuntur detrimentũ, vel econuerso: ideo dicit Gratianus, q̃ vicissim debent sibi restituere detrimentum. & ad hoc inducit seq. cap.

QVicunque.] CASVS. Docet in hoc ca. cõcilium Bracharense, q̃ si prælatus res proprias augmentando aliquod detrimentum vel damnum rebus ecclesiasticis intulerit: totum debet ecclesię resarcire. Si vero aliquid de rebus proprijs pro vtilitatibus ecclesiasticis expenderit, vel occasione ecclesię in rebus proprijs passus est detrimentum; & si hoc probare potuerit, totum sibi de rebus ecclesię restituatur. Quę autem sequuntur plana sunt vsque ad quęstionem.

b ¶ Neglectu.] Id est, quia neglegit res ecclesię, augendõ suas.

c ¶ Laborare.] Id est, periclitari vel colere.

nere debet vtilitatem suam vtilitati ecclesię, sicut nec tutor vtilitatem suam vtilitati pupilli. ff. de admi. tut. §. 1. ff. commo. si vt certo. §. commodatum. in fi. & 7. q. 1. præsentium & placuit.

f ¶ Pro cuius.] Sic extra de procur. cum causa.

†Idem Panormi. cõsil. 2. li. 2.

Estameata vero.] Hæc diuiditur in duas partes. In prima probat q. 5. c. q̃ presbyter vel alius clericus potest de rebus proprijs facere testamentum. Secunda ibi. [Sed si episcopus.] Ioan. de Fan.

CASVS.

CASVS. Hic intitulatur 5 q. qua quæritur an liceat clericis condere testamentum: & certum est quòd si habent propria, qui non renunciauerunt proprijs, de rebus proprijs possunt cõdere testamentum, vt inf. c. 1. & 2. minus autem idoneos hæredes non possunt instituere.

NVlli dubium.] CASVS. Lucidius episcopus conquestus est Grego. q̃ Constantius suus antecessor reliquit Luminosæ ancillæ, & fratribus suis in testamento & nomine legati quædam mobilia[ß], quæ ipse Constantius acquisierat post tempus suæ ordinationis. ht resp. Greg. q̃ sicut res in episcopatu acquisitas alienare non potest prælatus: sic res proprias potest relinquere cui vult. Vnde propter hoc ecclesia nõ debet præiudiciũ pati, si pòt constare res legatas post ordinationem acquisitas. ipse aũt reuersus Luminosam illam super his reb. inquietabat. præcipit ergo Greg. sibi, q̃ sine causæ cognitione nihil de his quæ possidet Luminosa, auferre p̃sumat. H. vero sic casum breuiter ponit. Constantius episcopus testamentum fecerat: in testamẽto legauerat quædam Luminosæ, quæ dicebantur fuisse ecclesiæ. Lucidius eius successor volebat ea reuocare. scribit ergo ei Gregori[a], vt de hoc cognoscatur ordine iuris: & si constiterit illa fuisse ecclesiæ, ordine iuris reuocentur. Nam ex quo illa est in possessione, non debet ei auferre siue iudiciali cognitione. sed prior verior est, & magis videtur litteræ consonare.

b ¶ Vt si hoc.] Ideo episcopo incũbit p̃bationis onus, quia ille erat in possessione, vt dixi in. c. 1. q. 1. & 2. minus autem idoneos hæredes non possunt instituere.

†al. Deodato

menta[a] vero non licet eis conficere, nisi de rebus proprijs. Vnde Gregorius scribit Deusdedit α † episcopo, lib. 10. epist. 42.

α ¶ Deusdedit.] *Antea legebatur* Lucidio. *Restituta est inscriptio ex originali quæ inscriptio integra est supra ead. q. 2. res in episcopatu. illud enim caput in hoc continetur.*

¶ Quomodo de rebus ecclesiæ liceat testari sacerdotibus. C. I.

fu. ea. q 2. tres ī episcopatu. Poly. l. 4. tit. 19.

NVlli dubium est, quia sicut sacerdotibus res in episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia; ita de his, quas ante habuerint, quidquid iudicare voluerint, non vetantur. Itaque fraternitatem tuam tempore, quo ad nos fuit, quæstam esse recolimus, quòd quædam mobilia ß, quæ Constantius decessor vester Luminosæ ancillæ Dei filiæ fratris sui, testamenti serie, legati titulo reliquit, iam episcopus acquisisset, decreuisseque nos, vt si hoc[b] constaret, nullum ex his ecclesia vestra præiudicium pateretur. Quod & vos oportet recolere, & molestiam aliquam prædictæ ancillæ Dei non facere, nec ei sine cognitione de his, quæ possidet, quidquam auferre.

ß ¶ Mobilia.] *In originali impresso, & manuscripto est*, immobilia. *sed non est mutatum propter doctorum scripta: nonnulla vero alia sunt emendata.*

Idem lib. 4. epist. 22. seu c. 66. Cypriano diacono.

¶ De eodem. C. II.

OBitum Theodori episcopi dilectionem tuam iã credimus cognouisse. Sed quia ipse testamentum dicitur condidisse, subtiliter † te (ne quid de rebus ecclesiæ suæ consumpsisset) oportet inquirere. Et siquidem eum exinde aliquid incongrue minuisse didiceris; ita age, vt res ipsæ ab eo, cuius interest[c], modis omnibus reparentur.

Idem Gregorius Mariniano episcopo Rauennati, lib. 5. epist. 1. seu c. 101.

¶ Quæ monasterijs ab episcopo conferuntur, reuocari non debent. C. III.

QVia Ioannes[a] quondam decessor tuus, dum viueret, sæpius à nobis expetijt, vt ea, quæ in monasterio illo contulerat, quod iuxta ecclesiam sancti Apollinaris ipse construxerat, nostra debuissemus auctoritate firmare, & nos facturos hoc esse promisimus; fraternitatem ve-

re, vt 24 quæst. 2. sane. de rebus autem ecclesiæ testari non possunt, nisi tantum de suo ecclesiæ recompensent, vt inf. c. fi episcopus.

a ¶ Testamenta.] Nec aliquid dare, nec testamentum condere licet de rebus ecclesiæ, si tamen consuetudo habet, potest mobilia aliqua dare, vt extra de testa. ad hæc. & c. quia.

c ¶ Interest.] Scilicet vt hæres vniuersa restituat, vt 16. q. 6. si episcopum. & sup. ead q. 2 si episcopus.

QVia Ioannes.] CASVS. Ioannes archiepiscopus Rauennas quoddam monasteriũ construxerat iuxta ecclesiam sancti Apollinaris in ciuitate Rauennæ: & supplicauit Greg. vt bona, quæ illi monasterio contulerat confirmaret, postea in mortis articulo con-

1 Idē Bal. in auth. ex testamento, in fi. col. 7.

Significatũ fuit 11. c. de col. C. quod Theodorus fecit qã no. episcopus in obitu suo de rebus ecclesię inter. ff. de testamentum condiderat, quare Papa p- cepit cuidam, vt subtiliter inquirat, an de rebus ecclesiæ testa- mentum condiderit: verbo, sed qã si inuenerit, oĩa de quibus reb. ecclesię alijs retineantur. & mollicta modis oĩbus restituantur ecclesiæ.

Bar. in l. fi. de reb. dubijs, & Ioan. An. in addi. ad Spe. in tit. de ac. §. 1. super verbo. sed qã si inuenerit, oĩa de quibus reb. ecclesię alijs retinentur. & mollicta modis oĩbus restituantur ecclesiæ. in l. cum fundus. §. seruũ. circa fi. ff. fi cer. petatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

constituit testamentum condidit de rebus ecclesiæ: & præcepit in testamento, vt quæ præfato monasterio cõtulerat irreuocabiliter apud ipsum remanerent, quo mortuo successor eius Marianus volebat omnia reuocare. Sed cum fuisset significatum Gregorio, confirmauit ea, quæ illi monasterio fuerant p Ioãnẽ collata: non q eius sequatur vltima voluntatem: sed quia promiserat hoc sibi viuenti: vnde Grego. mandat Mariano archiepiscopo, vt omnia illa firma studeat stabilitate seruare: sed omnia ista quæ ratione testamenti sunt data, vel facta in damnũ ecclesiæ suæ, nullam habeant firmitatem.

a ¶ Supremam.] Nota, q licet sit magnus fauor vltimæ voluntatis: tamen potius sequitur hic voluntatem viuentis quàm morientis 1. Idẽ arg. q licet aliqua voluntas non valeat tanquam testamentum: valet tamẽ tanquam simplex donatio: qđ est contra l. 1. ff. de iure codi. Sed videtur quod post mortem episcopi non possit rata haberi donatio facta ab ipso, quia oportet scilicet q eo tempore rata habeatur, quo potest donatio fieri, vt ff. de acqui. hære. si quis alicui. ff. de bo. post. l. 3. §. acquirere. & l. vlt. sed secus est: q a nec mors, nec furor, nec petentis pœnitentia impedit ratihabitionem, vt ff. rem ratam hab. bonorum.

b ¶ Monasterio.] Sed nonne canon permittit ei legitimam portionem dare monasterio ad construendam monasterium? sic: sed non ad dandum. Vel fuit hic vltra legitimam portionem datum, sup. ea. quæst. 2. bonæ. & c. si quis.

1 Hoc ideo q ipsa vltima volũtas fuit illegitima: alias nihil est q ita debeat, &c. C. de sa. san. eccl. l. 1. fm L. qui dicit, q hæc volũtas est deambulatoria sicut, & circa depositum. ff. de po. l. 1. §. penult. Sed argu. contra ff. de lega. 3. si quis sup. in prin. Arch.

stram necessario duximus adhortandam, vt nihil de his, quæ illic contulit, atque constituit, aliquo modo patiatur imminui; sed omnia firma studeat stabilitate seruari. Huius igitur monasterij, & collatarum illic rerum, quia in testamento, quod condidit, fecisse noscitur mentionem; sciendum vobis est, non ea nos ideo cõfirmasse, quoniam supremam [a] eius sequimur voluntatem: sed quia ei hoc (sicut diximus) viuenti promisimus. Hæc itaque sic solicite fraternitas vestra implere festinet; quatenus & quæ in suprascripto monasterio [b] constituit, & à nobis sunt firmata, seruentur; & illa, quæ in damnum dari, vel fieri per testamentum suæ decreuit ecclesiæ, nullam prohibente nempe lege, obtineant firmitatem.

α ¶ Ioannes quondam decessor tuus.] *Hæc verba non sunt hoc loco apud B. Gregorium, sed ex superioribus huc comportata.*

Item ex concilio Hispalensi.

¶ *Sic etiam citant Burchardus, & Iuo 3 & in Hispalensi primo habentur nonnulla ad hanc rem facientia. Sed integrum caput habetur in concilio Parisiensi, lib 1. c. 16. & in capitularibus lib. 5. cap. 175. refertur inter alia decreta concilij Parisiensis.*

¶ Quæ ante suam ordinationem, vel post hæreditaria successione acquisiuit episcopus, cui vult derelinquat. C. IIII.

FIxum ab hinc, & perpetuo mãsurum esse decreuimus, vt episcopus res sui iuris, quas aut ante episcopatum, aut certe in episcopatu [c] hæreditaria successione acquisiuit, secundum auctoritatem canonicam quidquid vult, faciat, & cui vult, conferat. Postquam autem episcopus factus est; quascunque res de facultatibus ecclesiæ, aut suo, aut alterius nomine, qualibet conditione comparauerit; decreuimus, vt non in propinquorum suorum, sed in ecclesiæ, cui præest, iura deueniant.

Burc. l. 1. c. 214. Iuo p. 5. c. 328.

De rebus vero ecclesiasticis testari licet episcopo, si tantundem de propriis restituat.

Vnde in Agathensi concilio, c. 51. statutum est.

¶ Quomodo possunt esse rata, quæ de ecclesiæ proprietate testamento legantur. C. V.

Et in Epaunẽsi c. 17.

SI episcopus cõdito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit [d]; aliter non valebit, nisi tãtundem [e] de iuris proprij facultate suppleuerit.

Burc. l. 1. c. 212. Iuo p. 5. 326.

2 *Sed si episcopus, vel quilibet ex gradu ecclesiastico inte*

FIxum ab hinc.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Hispalen. cui debet episcopus relinquere res, quas ante episcopatum, vel postea acquisiuit hereditaria successione? Respondetur q potest relinquere cui vult: illa vero quæ de rebus ecclesiæ suo nomine, vel alterius comparauit, in iura suæ ecclesiæ tantum deueniant. Sequens §. cũm c. se.] per se planus est.

c ¶ In episcopatu.] Contra in authen. de ecc. titu. §. in

tur redimere rem legatam à detuncto, vel dare eius æstimationem. vt inf. tic. de leg §. non solum. secus tamen est cum legatur res ecclesiæ 2. vt extra de testa. filius.

d ¶ Nisi tantundem.] vt sup. eod. quæst. 2. si quis qualibet.

SED SI EPISCOPVS. Hæc est 2. pars huius q. Io. de Fau.

CA-]

CASVS. Dictum est sup. q episcopus vel clericus res p. priuas potest relinquere cui vult. Nunc vero ostendit Grat. q si episcopus vel clericus ab intestato decedat, nec aliquos habeat consanguineos, qui ei succedant, ecclesia omnia vendicabit, vt inf. c. 1. & 2.

SIcubi.] CASVS. In concilio Tarraconen. statutũ fuit, vt si episcopus decesserit ab intestato, presbyteri & diaconi ipsius ecclesiæ de rebus ipsius faciant inuẽtarium à minimo vsque ad maximum: ita vt si quis aliquid de illis fuerit furatus, & de hoc conuictus, secundum tenorẽ furti restitutionem faciat.

Si *status defuncti fuerit, nec aliqui inuẽti fuerint, qui iure cognationis ei succedãt; ecclesia sua ei succedat in integrũ: nec licebit alicui aliqua ex rebus eius præsumere.*

Vnde in Tarraconensi concilio, c. 1. statutum est.

¶ Episcopo intestato ecclesia succedat in integrum. C. VI.

SIcubi defunctus fuerit episcopus intestatus: post defunctionẽ eius α à presbyteris, & diaconis de rebus ipsius inuentarium fideliter conscribatur à minimo vsque ad maximum, idest de vtensilibus, vel de omni suppellectile: ita tamen, vt si quis exinde vel præsumpsisse aliquid, vel occulte fuerit tulisse conuictus; secundum furti tenorem restituat vniuersa.

α ¶ Defunctionem eius.] *Antea legebatur*, hanc diffinitionem. *Emendatum est ex variis conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, quemadmodum & nonnulla alia. In codice autem Lucensi regio legitur* post depositionem eius.

Item ex concilio Triburiensi.

Burc. l. 2. c. 207 Iuo p. 6. c. 282.

¶ De eodem. C. VII.

QVicunque ex gradu ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit; hæreditas eius ad ecclesiam, vbi deseruiuit, deuoluatur [a]. Similiter de sanctimonialibus [b].

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant capitulum hoc ex concilio Triburiensi, cui præfuit Arnulphus. Sed in eo, quod extat, non habetur. Simillima leguntur apud Iulianum antecessorem nouellæ. 131. c. 18.*

1 Arg huius decr. presbyteri. & huius c. quicunque dicunt q de q si ab intestato decedit, & hẽt vxorẽ q vxor non præfertur ecclesiæ, sed ar. contra a. C. de epi. & cler. si quis presbyter, sup. ea. q. 1. fin. t. manifestæ. fim L.

CAVSA XIII.



DIcæsani cuiusdam baptismalis ecclesiæ cladib. bellorum pressi, hostili metu compulsi, domicilia sua transtulerunt in aliã diœcesim: prædia tamen antiqua nõ desierunt colere: cœperunt persoluere decimas illi ecclesiæ in cuius diœcesim transierunt: & apud eam sibi elegerunt sepulturas. Transactis quinquaginta annis clerici, quibus quondam persoluerant decimas, cœperunt mouere quæstionem in eos, qui ab istis accipiunt † primitias, & decimas: ueniunt ad causam.

† al. acceperũt

1 *Modo primum quæritur, si illi quorum domicilia sunt in diœcesi huius baptismalis ecclesiæ, debeant persoluere decimas illi ecclesiæ, & celebrare suas exequias apud ecclesiam, in qua quondam hæc fiebant à parentibus eorum.*

2 *Secundo, an præscriptione temporis, ius præcipiendi decimas, & funerandi tollatur.*

DIcæsani cuiusdã.] CASVS. Supra dictum fuit in 12. causa, q quidam clerici non debent habere propria. Sed aliquis quæreret vnde viuere debent: ostendit Gratianus, quòd de decimis & oblationibus viuere debent: sed quia de decimis & oblationibus & sepulturis sæpe oritur contentio inter clericos & etiam laicos: ideo G. subnectit hanc 13. causam, in qua ostendit qd de decimis, & oblationib. & sepulturis sit obseruandum. Et ut competentius agat, proponit thema, de quo duas elicit quæstiones. Est ergo casus thematis talis. Quidã laici hostili metu cõpulsi in aliã diœcesim domicilia transtulerãt antiqua tñ prædia semper colebãt, quorũ decima-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiones per quinquaginta annos soluerant illi ecclesiæ, ad quam transierunt: & apud eam sibi sepulturas elegerunt: elapsis quinquaginta annis clerici quibus quondam soluerant, & à quibus transierunt, cœperunt moue re quæstionem.

Vòd prio ri.] Hæc q. diuidi tur i tres partes: in prima qua rum probatur, quòd postquam ecclesiæ sunt limitatæ, non debent decimæ ad alios vsus transire: nec mutari de parochia. & hoc prosequi tur vsque ad §. illã, [His itaque,] &c. Secunda ibi, [His itaque.] Tertia ibi, [Ad hæc.] Io. de Fãr. CASVS. Hic inuslatur prima q. qua quæritur cui ecclesiæ sint persoluẽdæ decimæ. Et certum est, q̃ decimæ prædiales sunt persoluendæ illi ecclesiæ intra cuius terminos prædia sita reperiuntur, vt 16. q. 1. si quis laicis. &c. de decimis. nisi præscriptio impediat. Personales vero, vtputa de artificio vel negotiatione, sunt persoluendæ illi ecclesiæ vbi per totum circulum anni audit diuina, vt 16. q. 1. prima quæstio. Et procedit hoc ordine. G. primo probat, quòd decimæ sunt persoluẽdæ priori ecclesiæ: postea probat, quòd sunt persoluendæ illi ecclesiæ, ad quam se transtulerunt, inducens actores & reos allegantes, & vicissim sibi respondentes.

Decimæ cui ecclesiæ sint dandæ.

a ¶ Quòd priori.] Hic ponit primam q. an decimæ sint dandæ illi ecclesiæ à qua se transferunt: vel ad quam se transtulerunt. Distingue ergo, aut decimæ sunt prædiales: aut personales. Si prædiales, semper dandæ sunt illi ecclesiæ vbi prædia sunt sita, vt 16. q. 1. si quis laicus. Si personales sunt, quæ proueniũt ex artificio vel negotiatione: tunc sunt dandæ illi ecclesiæ vbi recipiunt sacramenta, vt 16. q. 1. quæsti. sicut illi ciuitati est tributum soluendũ vbi agri sunt, vt ff. de cen. forma 1. Et hæc distinctio probatur extra de deci. ad Apostolicæ. tamen prædiales decimæ dantur secundum consuetudinem loci. ext. de dec. cum sint homines. & hæc vera sunt circa veteres decimas: & dicendum est circa nouas vt semper dandæ sint illi ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prædia. sed si parochia non est limitata, in arbitrio est episcopi cuius ecclesiæ dentur noualium decimæ, vt ext. ea. quoniam. Item in dubio ecclesijs matricibus potius quam capellis dabuntur decimæ, vt extra c. nuncios in parte remota. & in dubio ibi potius dabuntur vbi audiuntur frequentius diuina, vt extra eod. ad Apostolicæ.

1 §. si vero q. ff. de cu bo. dã. l. 2. §. 1. arg. bonũ. C. de mul. in quo loco mu. fex. con gru. l. vna. in fi. li. x. auth. de eccle. tit. §. ad hoc. Ar.

Ecclesiæ.] CASVS. Seuerus consuluit Diony. quid teneadum sit de diuisione parochiarũ: & Diony. rescribit ei dicens, q̃ ipse diuisit parochias & cœmeteria ecclesiarum, vt nullus alterius parochiæ terminos vel jus inuadat: sed vnusquisque plebem sibi commissam intra terminos suos ita custodiat, vt pro suis actibus gloriam

QVÆSTIO PRIMA.

QVòd priori[a] ecclesiæ hæc omnia iure persoluenda sint, actores his argumentis probare contendunt. Constat vnamquamque baptismalem ecclesiam habere diœcesim sibi legitime assignatam: sicut & parochiales ecclesiæ habent parochias sibi distributas.

Unde Dionysius Papa Seuero episcopo, epist. 2.

¶ Singuli sacerdotes proprias debent habere ecclesias. C. I.

ECclesias singulos singulis presbyteris dedimus: parochias, & cœmiteria eis diuisimus [b]: & vnicuique jus proprium habere statuimus: ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos [c], aut jus inuadat: sed sit vnusquisque suis terminis contentus, & taliter ecclesiam, & plebẽ sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat.

Poly. l. 4. tit. 31. Burc. l. 3. c. 43. Iuo p. 3. c. 47. Ans. l. 5. c. 73. Pana. l. 2. c. 43.

In diœcesi autem designata quæcumque prædia coluntur; prouentus decimationum baptismali ecclesiæ assignatus debet solui. Quia ergo prædia hæc intra terminos nostræ diœcesis continentur; & prouentus decimationem nobis legitime assignatus, nostræ ecclesiæ persoluendus est.

2 *His ita respondetur. Decimæ à Deo constitutæ sunt per Moysem, vt persolueruntur à populo filijs Leui pro ministerio, in quo deseruiebant ei in tabernaculo. Non accipiebant filij Leui decimas, nisi ab eis, pro quibus offerebant* Num. 18.

riam à Domino percipiat.

b ¶ Diuisimus.] Ite Diony. diuisit, vel distinxit terminos ecclesiarum, sed non terminos episcopatuum, quia in gentilitate fuerunt distincti, vt 80. dist. c. 1. similiter termini prouinciarum sunt distincti ante tempus Christi, vt 99. d. c. 1.

c ¶ Terminos.] Propter hoc inducitur c.

IN DIOECESI. CASVS. Concludunt actores ex supradicto c. quod decimæ illi ecclesiæ sunt persoluendæ intra cuius terminos reperiuntur prædia, de quibus decimæ debent persolui; & ideo concludant decimas illorum prædiorum, de quibus contentio vertitur, suæ ecclesiæ esse persoluendas: cum intra terminos eiusdem prædia ipsa colantur.

HIS ITAQVE RESPONDETVR. Hæc est secunda pars quæstio. in qua probat contra, scilicet quòd ibi debent dare decimas vbi percipiunt baptisma. Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc rei respondẽt allegationibus supradictis ostendentes decimas ittas non actoribus, sed sibi tantum soluendas, cum ipsi eis spiritualia quotidie ministrent. & hoc probatur 16. auctoritatibus, quas legendo litteram per te videbis, si diligenter inspexeris. & quæ satis sunt faciles.

a ¶ Et

Primitiæ & decimæ soluendæ sunt.

a ¶ Et primitias.] Primitiæ ergo debitæ sunt sicut, & decimæ. 16. q. 1. reuertimini. Quantitas primitiarum non est determinata, sed qui plus dabat, quadragesimam dabat partem: qui minus, sexagesimam; & sic licitum erat dare inter lx. & lx. quantum quisque volebat. hoc erat in aridis, & liquidis. Sed qui dabat primitias animalium, dabat vnum de ducentis, vt ait Hiero. super Ezechielem. & extra de deci. c. 1.

b ¶ Manuum vestrarum.] Arg. q̃ non excusantur monachi, qui proprijs manibus colunt agros, quin teneantur dare decimas: cũ illud sit præceptum Dominj; sed illi legis latori nemo põt contradicere, vt 27. q. 2. sunt qui dicunt. nec licet dispensare contra præceptum Domini, vt Apostoli. 25. q. 1. sunt qdã. De hoc dicemus. 16. q. 1. decimas. &c. reuertimini.

Monachi an teneantur ad decimas.

c ¶ Seruus.] Videtur hic q̃ laici cum clericis debeant vti decimis. & sic est contra 16 q 7 c. 1. Sed prout Hiero. testatur, in veteri testamento, quatuor modis dabatur decimę. Primo de omnibus bonis, quę habebat populus, decimam dabat Leuitis. Secundo de reliquis nouem portionibus sumebant decimam, & de hac per singulos annos, cum ascendebant in templum, pascebãt se & Leuitas. de illa hic loquitur. Item de reliquis portionibus sumebant decimam, & de hac per singulos annos, cum ascendebant in templum, pascebãt se & Leuitas. de illa hic loquitur. Item de reliquis nouem portionibus sumebant decimam, & reseruabant ad vsus pauperum, & pupillorum. Item decimabant tres partes, & ipsã deferebant in templum; de qua hic dicitur. Adhuc dabatur quarta decima. nam de illa decima, quam populus offerebat Leuitis, sumebant Leuitę partem decimam, & offerebant eam summo sacerdoti: & inde fiebant panes propositionis 1. Hodie nec vna bene datur, & iõ fame & penuria, & alijs pœnis maledicti sumus. 16. q. 1. reuertimini.

Decimę olim dabantur quatuor modis.

d ¶ Fœnum.] Id est, temporalia.

e ¶ Seruientibus.] Id est, prædicatoribus. seruientibus alijs.

f ¶ Item Apostolus.] ad Galatas 5.

g ¶ Qui catechizat.] id est, instruitur.

h ¶ Metamus.] Quasi dicat, non. 1. q. 1. nostri.

i ¶ Potestatis.] Sed si

1 Hæc dicebatur decima decimæ hæc figaiãcabat carnẽ Christi, quæ in sacrificiũ est oblata: sicut illa offerebatur in illis panibus propositionis, qui fiebant ex illa, secundum Hug.

Deuter. 14. & 16. [Leuita qui tecũ moratur, & intra muros tuos habitat, comedet eas.] *Ideo ex singulis tribubus, ciuitates ad habitandum acceperunt: vt vnaquæq; tribus illis persolueret decimas, qui secum erant. Nam Moyses præcepit filijs Israel (sicut legitur in Deuteronomio)* [In loco quem elegerit Dominus Deus vester, vt sit nomen eius in eo: illuc cõta, quæ præcipio, conferetis, holocausta, & hostias, et decimas, ac primitias manuum vestrarum [b], & quidquid præcipuũ est in muneribus vestris, quæ vouistis Domino. Ibi epulabimini corã Domino Deo vestro vos, & filij, & filiæ vestræ, famuli, & famulæ, atque Leuita, qui in urbibus vestris cõmoratur, Neque enim habet aliam partem, atque possessionem inter vos.] & infra. ¶ [Decimam frumẽti, vini, & olei tui, primogenita armentorum, & pecorũ, & cõta, quæ voueris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum coram Domino Deo tuo, comedes ea in loco, quẽ elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua, seruus [c], & famula, atque Leuita, qui manet in vrbibus tuis.] ¶ *Psal. 103.* *Quia ergo nos intra muros vrbis istorum sedemus, & eis habitatione iuncti sumus; rite eis decimas accipimus.* Item ait propheta: [Producens fœnũ [d] iumentis, & herbam seruituti hominum.] Fœnũ, et herba ex terra producitur: sed quibus? iumentis irrigantibus eam, idest hominibus colentibus eam †, & in hoc seruientibus [e] ipsi. Itẽ *Apostolus* [f]: [commnicet aũt is, qui catechizatur [g] verbo, ei qui se catechizat, ĩ õibus bonis.] Hoc Galatis, Corinthijs aũt probat specialiter sibi deberi sumptus, qui eis specialia ministrauit dicens. [Si nos vobis spualia seminauimus; magnum est, si nos carnalia vestra metamus [h].] Itẽ, [Si alij potestatis [i] vestrę participes sunt; quare non potius nos?] Item, [Quis planteat vineam: & de fructu eius non edit?] [Nos plantauimus uineã, & uos uultis fructus eius edere? Item præcepit Dominus per Moysem, ut nemo mittat falcem in alienã messem. Hæc messis nostra est, & uos uultis falcem in eam mittere? Item. Non alligabis os boui trituranti.] Nos sumus boues triturantes: uos uultis alligare os nostrum, & de nostra tritura uictum uobis quæritis? Item *Apostolus*, [Qui altario seruiũt, de altario uiuant.] Sed nunquid de eo, cui non seruiunt? Item, [Qui in sacrario operantur, cum sacrario participant. [Sed nunquid cum illo, in quo non operantur? Nos seruimus altario: uos ei participare uultis? nos uero uacuos, & inanes dimittere quæritis? Item *Apostolus*: [Laborantem agricolam oportet primum accipere de fructibus suis:]

Deuter. 12. *Deuter. 23.* *Deuter. 25.* *1. Cor. 9.* *Ibidem* *1. Cor. 9. sed paulo aliter.* *2. Tim. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita poteſtatiuè vtuntur alij veſtr s ſicut voſipſi, cur non magis etiam nos, qui intendimus ſaluti veſtræ?

a ¶ Nec vltimum.] Quandoque tamen dicitur primus non reſpectu vltimi, vt extra de ve bor. ſignificatio Ioſeph.

b ¶ Paſcit.] Argum. bonum q̃ ibi dandę ſunt decimæ, de grego, vbi grex paſtus eſt, & vbi concepit, non vbi moratur: nã & boues dicuntur eſſe de illo fundo, vbi laborant, non vbi morantur, vt ff. de fund. inſtruct. l. cum quidam. nã ſeruitus paſcendi pecora eſt prædialis ſeruitus, cũ vſus tantũ prædij cõſiſtit in paſtu pecoris, vt ff. de ſer. ruſti. prædi. pecoris. & q̃ ſit de foro illius vbi grex ſuus paſcitur, probatur, quia ibi poteſt conſtituere tugurium, vel officinam. vt ff. de ſer. ruſt prędi. velutt. ſed ratione tugurij, vel officinæ ſit quis de foro alterius, vt ff. de iud. hæres. §. 2. hoc dicto ſequitur inconueniens: quia eadem ratione dabũtur decimæ vbi grex parturit, & vbi fœtus paſcitur. Præterea coloni non dant decimas 1. vbi laborant domtnis ſuis, ſed vbi recipiunt ſacramenta, vt 16. q. 1. quæſti.

Decimæ pecorum vbi ſunt dandę.

1 Scilicet parochiales.

c ¶ Sapere.] Ironicè loquitur, quaſi dicat: magna ſapientia eſt velle illud quod non potes: ſcilicet de alieno viuere.

d ¶ Pſalmum.] Id eſt, ſpiritualia.

e ¶ Tympanum.] Id eſt, temporalia.

f ¶ De decimis.] Inf. 16. q. 1. de decimis.

ADDITIO. Dicit L. quòd iſtud cap. ſophiticè inducitur, quia loquitur de perſonalibus decimis tantũ, hic autem agitur de prædialibus. & idem hic tenet Io. de Fant. Archid.

g ¶ Sinere.] Sponte.

h ¶ Vel.] Ideſt, ſaltem.

i ¶ Patiamini.] Scilicet coactè.

k ¶ Audiatis.] Verbum eſt Terentij: Qui dicit quod vult, audiet quod non vult.

AD HÆC CALLIDA. Hęc 3. pars q. in qua inducit plura argumenta, & finaliter concludit Ioan. de Fant.

CASVS. Hic reſpondet actores ſupradictis allegationibus, rationes pro ſe multiplices inducendo, & in ſumma concludunt, quod oblationes quotidianæ debent perſolui illi eccleſiæ, vbi quotidiana officia percipiuntur: decimę vero prædiorum priori eccleſiæ perſoluantur, comparantes ipſos reos muri, igni, & ſerpenti. & ad probandum decimas priori eccleſiæ fore perſoluendas, inducunt cap. 16. quæſt. 1. ſi quis laicus.

l ¶ Verba.] Res dare pro rebus, pro verbis verba ſolemus.

m ¶ Sapienti.] Ironicè loquitur.

vos autem econtra queritis? Nos ſumus agricolæ laborantes: vos primum vultis percipere de fructibus noſtris? immo non primum: quia nec vltimum[a] nobis relinquere vultis. A prioribus enim incipientes, paulatim ſerpitis: & totum uſurpare cõtenditis: vt pro uobis uideatur dictum, fruſtatim lupus comedit agnum. Item: [Quis militat ſtipendijs ſuis unquam? quis paſcit[b] gregem, & de lacte eius non edit?] Nos militamus: & uos ſtipendia noſtræ militiæ nobis quæritis. Nos gregem paſcimus: & uos laceius, & lanam accipere uobis uultis. Sapere[c] eſt, de alieno labore uictum quærere: ſi ſapere eſt, velle quod nõ poſſis. ¶ Itẽ Dominus dixit diſcipulis ſuis: [In quamcunque domum intraueritis; in eadem manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt. Cum autem intraueritis, primum dicite, pax huic domui.] Nos domum hanc ingreſſi ſumus, & ei pacẽ obtulimus.: uos aũt quasi otiosi alieno cibo paſci gaudetis? Videte, ne in uos uertatur illud: [Vide, quid faciat otium, & cibus alienus.] ¶ Item propheta: [Sumite pſalmũ[d], & date tympanum.] Iſti à nobis ſumunt pſalmũ, & uos ab eis quæritis tympanum[e]? ¶ Item Leo quartus: [De decimis[f] non tantum nobis, ſed ẽt maioribus noſtris iuſto ordine uiſum eſt plebibus tantum, ubi ſacroſancta baptiſmata dantur debere dari.] ¶ Quibus aũt plebibus debẽtur; illis, à quibus baptiſma accipiunt, an alijs? Nos eos baptizamus; & uos ab eis decimas ſumitis? Honeſta iſta interpretatio eſt: utinã inueniatis, qui ſic pro nobis interpretentur. Quia ergo nos rigamus populũ hunc, imbrẽ doctrinæ ei miniſtrãtes, quia colimus, eũ nomere prædicationis, corda eius ad fidẽ aperientes; ſi non uultis sinere[g], uel[h] patiamini[i] nobis eum fructificare, & qualia uobis fieri non uultis, nobis inferre cauete, ne ſi pergitis dicere, quæ uultis, audiatis[k], quæ non uultis.

2. Cor. 9.

Terentius Luc. 10.

Terentius Pſal. 80.

16. q. 1. de decimis.

† al. ſaltẽ patimini Tob. 4. Mat. 7. Terentius.

3. ¶ Ad hæc, Callida quidem, & multiplici argumentatione iura noſtra auferre contendit, ita, ut ſi fides uerbis adhiberetur, nõ uerba pro uerbis, ſed res pro uerbis reportaretis: Sed Deo propitio, ſi uerba[l] dediſtis, uerba recipietis. ¶ Arguitis nos, quòd ea, quæ uobis debentur, ſubripere quærimus, quia noſtra perſequimur. Sapienti[m] quidem, & philoſophico ore prolata ſentẽtia: ſuũ perſequi, eſt ne aliena rapere? Unde ad uos hæc ſentẽtia manauit, niſi quia tanto ardore noſtra cõcupiſcitis, ut ueſtra putetis uobis auferri, cum nos noſtra conſequimur? Unde, cum cauſa noſtra debitum finem fortita fuerit, exclamabitis, ah miſer, crucior tãtum bolum eſſe ereptum ex faucibus.

Terentius.

Sed videte, ne damnum effusi vnguenti vobis recompenſare[a] quæratis. Conſtituiſtis vos plantatores uinearum, foſſores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia huiuſmodi officia uobis aſſumpſiſtis: & debita uobis obſequia à nobis ſubtrahi conqueſti eſtis. Sed nos non negamus, quod ueſtrum eſt. Boui trituranti paleæ, & tegumenta ſeruantur: Sint hæc uobis, & grana nobis relinquite. Paſtinatores[b] uinearum, foſſores agrorum, rigatores camporum, trituratores arearum, diurna mercede accepta, prouenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta mercede ueſtri operis in quotidianis oblationibus, & alijs obſequijs, quæ pro ſpiritualib. quæ à uobis accipiunt, quotidie deferuntur; prouenientes fructus decimationum, & primitiarũ nobis relinquite. ¶ Item præcepit Dominus diſcipulis ſuis, ut comederent & biberent ea, quæ apud auditores ſuos erant; ſed non iuſſit eis, ut dominos de domibus ſuis eicerent, & rebus ſuis ſpoliarent. Nõ facile inuenietis, qui tales hoſpites libenter ſuſcipiãt. Mus in pera, ignis in ſinu[d], ſerpens in gremio male ſuos remunerant hoſpites. Unde in prouerbijs dicitur: [Qui ſerpentem in ſinu ſuo nutrit, percutietur ab eo.] Tales inueniatis uobis[c] hoſpites, quales nobis eſſe vultis. Non ſufficit uobis edere, & bibere quæ in domo noſtra ſunt, dũ quotidianos fructus oblationum percipitis; ex quibus victum & veſtitum habeatis: quibus cum Apoſtolo debetis eſſe contenti: ſed non vultis, quia imitatores eius non eſtis: ſed potius nos de domo noſtra expellere, & rebus noſtris nos penitus expoliare contenditis, dum nec etiam eorum decimationes nobis relinquere vultis. Vt autem uniuerſaliter omnia colligantur, cuncta, quæ pro uobis inducta ſunt, ſiue de laborante agricola, ſiue de eo, qui ſuis ſtipendijs non militat, ad hunc articulum deferimus, ut fructum ueſtri operis, quem adeo recipere contenditis, in oblationibus, & quotidianis obſequiis iſtorum recipiatis: decimationes uero eorum, quæ nobis debẽtur, intactas nobis relinquite: ne dum quæritis uſurpare quod ueſtrũ non eſt, iuſta animadueſſione etiam illud cogamini amittere, quod uobis aliquo modo uidebatur competere. Quòd autem hæ decimationes nullo iure uobis debeantur, facile probamus. Dicitur enim in quodam cõcilio: [Si quis laicus[f], uel clericus, ſiue utriuſque ſexus perſona proprietatis ſuę loca, &c.] ſicut in eodem capitulo in cauſa monachorum nota inueniuntur. Si ergo laicus, uel clericus, uel quælibet perſona, loca ſuæ proprietatis uendens, aut donans prouentum decimationum ab eccleſia, cui legitime aſſignatus eſt, nullo uũ põt abſtrahere; neciſti de diœceſi ad diœcesim trãſeuntes, decimas ſuorũ prædiorum, quæ intra terminos noſtræ parochiæ continentur, nobis auferre poſſunt. Quantum enim ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem eſt poſſeſſorem de diœcesi ad diœcesim transire, quod poſſeſſionem de diœceſano ad diœceſanum transferre.

a ¶ Recompenſare.] hoc eſt dicere, videre, ne ita contriſtemini de illa amiſſione, q̃ propter hæc deteriora committatis. ſ. ſuſpendatis vos, ſicut fecit Iudas q̃ attriſtabatur de effuſione vnguenti, de quo ꝓpoſuerat decimam partẽ furari, ſicut de alijs reb. conſueuerat: vade vt reꝯpenſaret illud dãnum, vendidit Dñm pro xxx. quæ ſunt decima pars trecentorũ tanti enim potuiſſet vendi vnguẽtũ. & ad ſimilitudinem Iudę camerarij ſemper furan ut decimam partem illorum qnæ dantur dominis ſuis 1.

Iudas quare ſe ſuſpendit.

1 Ad idẽ q̃ſtle. & no. 1. q. 1. Chrſs. Arc.

b ¶ Paſtinatores.] Paſtinare idem eſt quod colere. ſic poꝛitur. ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. 1.

c ¶ Recepta.] i. ſi debereris, recipere aliquid, deberetis tantum mercedem recipere, vnde non conſiterentur, quòd aliquid recipere deberent. extra de teſt. ex tenore.

d ¶ In ſinu.] Hæc verba habes ext. de Iudæ. & ſi Iudæos.

e ¶ Vobis.] Sic 25. q. 2. ſic decet ſimile. 11. q. 3. priuilegium. & ext. de ſimo. quia, in fine.

f ¶ Laicus.] Vt 16. q. 1. ſi quis laicus.

16. q. 1. ſi quis laicus.

AD hæc. Decimationes.] Hæc qõ. diuidit i 12. par-

ext. de Iudæis, c. etſi. citat hoc tanquam vulgare prouerbium. *Serpens in gremio*]

1. *Tim. 6.*

QVAESTIO SECVNDA.

D hæc, † Decimationes iſtæ, & ſi iure nobis debentur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

12.partes.In prima quæritur vtrũ præscrptione tollat decimæ,& probat,q̃ sic per c.seq. Secunda ibi, [Nunc autem.] Tertia ibi, [Vnaqueque.] Quarta ibi, [Quòd de libero.] Quinta ibi, [Quia ergo.] Sexta ibi, [Oblationes.] Septima ibi, [Item quæritur.] Octaua ibi, [Qui bus peccata.] Nona ibi, [De obseruatione.] Decia ibi, [Lugere.] Vndecima ibi, [De mortuis.] Duodecima ibi, [De his autem.] Io.de Fant. CASVS. Hic intitulatur secunda qõ. qua quæritur, an præscriptiohe temporis ius ppiendi decimas, & ius funerandi tollatur; & respondet q̃ sic, quadragenaria præscriptione,vt infrà 16.q.4. volumus. olim tamen præscriptio carrebat tricennalis,vt inf.c.1.& cõtinet & hæc quæstio duos articulos. Primus est circa ius decimandi,vt in hoc §. Secũdus circa ius funerandi, vt inf.ea.§. qũo.Respondent.ergo rei in hoc primo articulo, quòd licet iure territorij priori ecclesiæ decimæ sint persoluendæ, tamen à sua actione excluditur prior ecclesia tricẽnaria,vel quadragenaria præscriptione,& ad hoc inducit seq.c.[Ad hæc.] Idest, contra hæc, vel præter hæc.

vt asseritis[a]*; tamen tricennalis*[b] *obiectio vobis silentiũ imponit. Omnis enim possessio tricennaria præscriptione tollitur, vel quadragenaria (sicut possessiones religiosarum domorum) vel centenaria, sicut prædia sanctæ Romanæ ecclesiæ.*

Vnde Gelasius Papa ait episcopis Siciliæ, epist.2.

¶ Quæ triginta annis ab episcopis possidentur, iure ab eis vendicantur. C. I.

FAcultates[c] ecclesiæ,necnon & diœceses, si quæ ab aliquibus possidentur episcopis,iure sibi vendicent,q̃d[d] tricennalis lex concluserit:quia & filiorum nostrorum principium ita emanauit auctoritas,vt vltra xxx.[e] annos nulli licet pro eo appellare[f],quod legum tempus exclusit. 16.q.3.c.2.§ illud etiam. Anſ.l.5.c.19. Burc.l.3. c.149. Pann.l.2.c.65.

At illi contra. Cuius auctoritate nobis silentium imponitis eiusdem auctoritate vestra ora claudimus. Ait enim idem Gelasius: [Nulla[g] *præsumptione statum parochia-* 16.q.3. licet in regulis.

a ¶ Vt asseritis.] Hic de vna exceptione tranſitur ad aliam. si quis.n.succubuerit in vna exceptione, transire ad aliam potest,& etiam ad contrariam transire potest, vt extra de præscrip.auditis.ff.de except.nemo. similiter de vna actione potest transire ad contrariam, qui in vna succubuit, vt extra de iud.examinata.& C.de inoffic. test.contra maiores.& ff.de euict.minor. Sed quid si iurauit; q̃ omnes exceptiones proponeret intra certum terminum? non videtur, q̃ possit vnam poit aliam propenere, vt extra de exceptio.pastoralis. Nam etiam qui vnam exceptionem proposuit, si postmodum cum illa succubuit, vult aliam proponere, debet hoc facere intra terminum præfixum, vt in tit. de excu.tut.§. qui aũt. Ad hoc dico, q̃ si alicui competerent plures exceptiones, quæ non suat contrariæ: in eo casu si intra præfixũ terminum non proponit omnes exceptiones; si in vna succubuit, non auditur in altera: & hic intelligitur inst. de excu.tut.§.qui autẽ,& ext.de excep.pastoralis,si aũt sunt contrariæ,vt si primo dixit se exemptum, tũc licet succubuerit, nihilominus post eps præfixũ potest aliã proponere,vt C.de inoffic.test.l.contra maiores. Sed in actionib.ita est dicendum, quòd si alicui competebant plures actiones,& poterat eligere qua vellet agere, eligendo vnam, si in illa succubuerit, non poterit transire ad aliam 1, vt ff.de tribu. quòd in hæredem, §.eligere. Item qui negat se aliquid debere, si vincatur, potest ad huc alia exceptione vti, nisi in casibus à iure expressis, vt ff.de reg.iur.nemo ex his. Nam si quis neget numeratam pecnniam sibi, si postmodum conuictus est, & velit ad cere se soluisse, non audietur, vt C.de non nu.pe. in authen.contra qui.& ita non est inconueniens, si de vna exceptione transit ad contrariam sic 24.qõ.1. quisquis.extra de testib.ex tenore. sic extra de except. cum venerabilis.

Actiões plures habens vna electa p dat alias.

1 Adde an hoc sit indistincte verũ per Cy. in l. edita. & ibi Bal.C. de eden.

Decimæ an possint præscribi.

b ¶ Tricennalis.] Hic tacite annectit secundam quæst. scilicet an ius decimarum, vel etiam ius funerandi possit præscribi. Et est expeditum. q̃ ius, idest, libertas non

2 De hoc ẽt dandi 2 decimas à clerico nomine ecclesiæ suæ potest

præscribit, vt contra episcopum, vt extra de præscript. de quarta. Item vna ecclesia potest præscribere decimas in tra parochiam alterius ecclesiæ, vt ext de præscri.ad aures.similiter ius funerandi præscribitur secundum leges vt C.de relig monumentorum.similiter alia sacramenta ec- not. 10.q.3. quia in gl.

clesiastica præscribuntur, vt ext.de relig.do.constitutus. Si quæras qualiter præscribuntur decimæ,cum non continue dentur, & seruitutes præscribi non possint, cum non continuo possideantur, vt ff.de ser.seruitutes? Resp. licet perceptio decimarum non sit continua, tamen ius percipiendi est continuum. Vel aliter, licet perceptio non sit continua, tamen causa percipiendi.(s.q̃ præceptũ Dõmini, quod perpetuum & continuum est) perpetua est.& naturalis.& hoc sufficit ad præscriptionem quòd causa sit perpetua & naturalis, vt ff.de ser.vrba.præd. fo ramen. ibi enim dicitur, si causam à cęlo habet, continuum dicitur.

FAcultates.] CASVS. Quidam episcopi possessiones aliarum ecclesiarum, similiter & diœceses aliorum episcoporum xxx. annis possiderunt. Quæritur fuit à Gelasio, vtrum sint tuti, vel securi tanti temporis præscriptione. Et respond. quòd sic, quia principum ita emanauit auctoritas, vt posit xxx. annos nulli super his liceat iudicem interpellare. [Concluſit,] Idest, acquisiuit. [Exclusit,] Illas possessiones ab episcopis quorum erant.

c ¶ Facultates.] Sic construe, facultates ecclesiæ, quæ ab aliquibus episcopis possidentur, supple ipsi episcopi iure sibi vendicent, idest, defendant.

d ¶ Quod.] Idest, quia tricennalis lex conc'usit, idest, acquisiuit illas possessiones eis. Vel pone casum, quòd ille episcopus, qui præscripserat res alterius, cecidit à possessione illarum rerum; tunc enim licite posset eas vendicare à possessore, vt decima sexta quæstio. tertia, §. potest.

e ¶ XXX.] Cum ecclesia præscribit contra priuatum 3. sed si ecclesia præscribit contra ecclesiam, & priuatus contra ecclesiam, requiruntur xl. anni, vt 16.q.3. §. potest. in fine. 3 Ar. ad hoc ext. de præscr. illud. hoc. Archi.

f ¶ Appellare.] Idest, interpellare.

AT ILLI. CASVS. Per c.sup. dictum videbatur imponi silentium actoribus: & ideo actores ecclesiæ nituntur claudere os rei, eiusdem Gelasij auctoritate, quæ est 16.quæstio.3.licet in regulis. vbi dicitur, q̃ status parochiarum temporali præscriptione diuelli non potest & ideo decimationes priori ecclesiæ assignatas nullus sibi debet vsurpare.

g ¶ Nulla.] Infra 16.q.3.licet in regulis.

a ¶ Vin-

a ¶ Vindicabili.] Id est, iniusta Io.de Fan.

QVOMODO. CASVS. Non soluit hic G.contrarietatem duorum præmissorum cap. Gelasij: sed seruat resolutionẽ inf 16.q.3. Postea aũt annectit secundũ articulum huius quæst. scilicet, vtrum ius funerandi præ-

rum, &c.] Si ergo temporalis obiectio diœcesim semel constitutam diuellere non potest; patet quòd nec vobis patrocinabitur, vt statum parochiæ nostræ mutantes, decimationes nobis quondam legitime assignatas, vindicabili a vsurpatione vobis vendicetis. ¶ *Quomodo autem distinguendæ sint hæ auctoritates; in causa monachorum inuenietur.*

16.q.4.

2 *Nunc autem*[b] *quæritur de iure funerandi; quæ harum ecclesiarũ habeat ius tumulandi istos. Sicut Hieronymus scribit, coniugati in vno sepulchro videntur esse ponendi. Ait enim.*

¶ In sepulchro parentum suorum filij sunt collocandi. C. II.

In q. hebraicis in Genesim, & de locis hebraicis.

EBron dicitur esse ciuitas quattuor æ virorum; quia in ea sepulti sunt tres patriarchæ in spelunca duplici c cum tribus vxoribus suis, ideſt, Abraham & Sara Isaac, & Rebecca, Iacob & Lia, præter d ipsum Adam, & Euam vxorem suam. Tobia dicit ad filium suum. [Cum acceperit Deus animam meam; corpus meum sepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cum ipsa compleuerit tempus suum; sepelias eam iuxta me in vno sepulchro. *Ibidem.* ¶ Quos coniunxit[e] vuum coniugium; coniungat vnum sepulchrum: quia vna caro sunt; & quos Deos coniunxit, homo non separet.

Poly.l.8. tit.5. Burc.l.3 c.160. Iuo p.3.c.223.

Tob.4. & 14.

Burc.l.3. c.161. Iuc p.3.c.224. *Maith.* 19.

æ ¶ Quattuor.] *Sic emendatum est cum antea legeretur, trium. Sic enim legitur apud B. Hieronymum in quæstionibus hebraicis in Genesim, de locis hebraicis, & in epitaphio Paulæ. Ac dicit hebraica sign ficat quattuor, & quattuor Patriarchæ hic numerantur, qui ibi sepulti sunt: Abraham, Isaac, Iacob, & Adam cum vxoribus suis.*

Aliquid simile 9. confess. c.11. ex sententia ali qñ matris suæ. Poly.ibid. Bur.l.3.c.162. & 163. Iuo p.3.c. 225. & 226.

Item Augustinus.

C. III.

VNaquæque mulier sequatur[f] virum suum, siue in

Largius hic interpretatur Hieronymus auctoritatem Domini, quam in Euangelio Matthęi intelligatur. & est fi.28.q.1.idololatria.

VNaquęque.] Hęc est 3. pars q. in qua probat, q̃ omnes non possunt simul sepeliri. Io.de Fan.

Vxor an teneatur sequi virum vagã tem.

f ¶ Sequatur.] Nunquid ergo tenetur sequi virum vagantem? Videtur quod non, vt 34.q.2. si quis. sic nec lib.quod nisi. ar. ff de procu. sed & hę. §.non solum.ff. de an.leg l Męuia, §. 1. Sed contra. quia etiam tenetur sequi leprosum. extra de coniug. lepro. cap.2.& 3. Credo, q̃ si sciret eum esse histrionem, tenetur eum sequi, alias non. H.tamen dicit, q̃ semper debet ipsum sequi, & dicit, q̃ illud c. si quis est abrogatum similiter dicit, q̃ debet ipsum sequi etiam si mittatur in carcerem, vel si cogatur ire in exercitum. Sed eadem ratione debet ipsum sequi quoties dominus petit à viro, qui est seruus, vt seruiat sibi. lex tamen dicit, q̃ postquam libera nupsit voluntate patroni, q̃ amodo non debet seruire patrono,

Sepulturę electio vnicuique libera est.

1 Dummodo hoc non faciat ex odio, vel temeritate. inf. e.placuit. fm L. & H.

præscriptione tollatur. & certum est, quòd sic, cũ quadragenaria præscriptione omne ius, & omnis actio tollatur. procedit G. sic in hoc articulo Primo inducit actores allegantes. Secundo reos respondentes. Probant ergo actores, q̃ ius funerandi ad suam ecclesiam debet pertinere: quia vxores, & filij in sepulchro virorum, & parentum sunt collocandi: quod probat ix. auctoritibus, & exemplis.

NVNC AVTEM. Hæc est 2. pars q. in qua probat per c.Hierony. (superficialiter tamen) q̃ omnes consanguinei debent simul sepeliri. Ioan. de Fan.

b ¶ Nunc autem.] Hic explicatur alter articulus primæ quæstionis, scilicet, vbi isti I sint sepeliendi. De hac materia loquuntur varie iura. H. dicit q̃ quilibet potest sepeliri in sua ecclesia, vbi audiuit diuinum officium, vt extra de sepul. in nostra. nisi in tribus casibus, si velit transire ad episcopalem ecclesiam, vt inf. ea. vbicunque, vel si elegit sepulturam in loco magis religioso, vt extra de sepul. fraternitatem. vel si velit sepeliri

2 Sed excluſiue ponitur 16.q.1.adijcimur. Ar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vxor quæ plures viros habuit, cum quo sepeliatur.

trono, propter suspicionem: sed patronæ suæ potest honeste seruire, vt ff. de ope lib. licet.

a ¶ In morte.] Hoc est consilium, vt extra eo. tit. de vxore. Quæric H. pone, q̃ mulier plures viros habuit: quem illorum debeat sequi in sepultura sibi eligenda secundũ Io. non est quæstio, quia potest eligere sepulturam, vbi voluerit. H. dicit 1, q̃ tenetur vltimũ sequi: sicut vltima ecclesia succedit clerico. 18. q. 1. c. vno. sicut vltimum virum sequitur in domici. & honore ff. ad muni. filij. §. 1.

SOROR. CASVS. Probat G. in hoc c. q̃ omnes de eadem parentela, & coniugati oẽs sũt in eodem sepulchro ponendi, & hoc probat exemplis 5. & auctoritatibus.

b ¶ Visitationis.] Id est, cum Deus eos visitaret, & educeret eos de terra Aegypti. i. Aegyptiaca seruitute: & hoc petijt, quia ignominiosum erat tunc, q̃ aliquis non sepeliretur in sepulchro patrum suorũ, vt statim sequitur. vel quia in spiritu viderat. quia dominus resurgere dẽret ibi, & puidebat multos resurrecturos ibi cũ illo, & ipse forte erat vnus ex illis.

c ¶ Prophetæ.] Abdo scilicet. hanc historiam habes 1. q. 1. si quis inquit.

d ¶ In nouo testamẽto.] Id est, tempore noui testamenti. non fuit iste Philippus Apostolus, sed vnus de septem diaconis.

HIS OMNIBVS. CASVS. Concludunt actores ex supradictis x. auctoritatibus vel exemplis, quòd isti parochiani, qui supersunt, apud ecclesiam suam cum parentibus sunt tumulandi, quia parentes apud illam sepulti fuerunt.

ECONTRA. CASVS. Nũc respondẽt rei, q̃ vxores, vel filij non coguntur virorũ suorum, vel parentum sepulturas sequi: sed vbicunque voluerint, suo corpori sepulturam possunt: quærere pro locorum, & temporum opportunitate. hoc probant tribus exemplis, vna ratione, & vna auctoritate. Et omnia plana sunt vsque ad §. [quod de libero.]

Ioseph in sepulchro maiorum sepultus fuit certa ratione.

1 Istam opinionem sequitur Alex. de Imo. in l. cum quædã. col. 3. ff. de iur. om. iud.

vita, siue in morte [a]. *Item Gregorius.* ¶ Soror Beati Benedicti sepulta est in sepulchro quod ipse sibi præparauerat: vt quorum mens vna fuit semper in Domino, eorum quoque corpora sepultura non separaret. K ¶ Vlti- B. Greg. l. 2. dialect. c. 34.

¶ In plerisque vetustis caput hoc emendatum est superiori, nec ipsa prorsus auctorum verba afferuntur.

Item Ioseph moriens in Aegypto rogauit fratres suos, vt tempore visitationis [b] suæ ossa sua secum deferrent, & in sepulchro patrum suorum ea collocarent. ¶ *Item. Dictu est prophetæ [c], qui contra præceptum Domini comederat in Bethel:* [*Non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.*] ¶ *Item. De nonnullis legitur in libro Regum:* [*obiit, & appositus est ad patres suos.*] *hoc est in sepulchro patrum suorum. Item. In nouo testamento [d] beatus Philippus legitur ædificasse sibi sepulchrum, in quo ipse, & filiæ eius quieuerunt.* ¶ *Item. Beatus Seuerus Rauennatum archiepiscopus tumulum fieri iussit, in quo se, & vxorem. & filiam collocauit.* ¶ *His omnibus exemplis colligitur, quòd in sepulchris parentum corpora filiorum collocanda sunt. Quia ergo parentes istorum apud priores ecclesias sepulti sunt; & hi apud easdem debent tumulari.* ¶ *Econtra [e], Adam, vt asseritis, in ciuitate Arbee [f] tumulatus est. Sed nunquid omnes filii eius sepulti sunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo, non tam facile posset includi.* ¶ *Item Abraham ibi sepultus est. Sed nunquid Ismael, & Madai, & alii, quos de Cethura genuit, ibi sepulti sunt? Item Isaac ibi sepultus est. Sed nunquid Esau cum eo tumulatus est?* ¶ *Item Iacob ibi collocatus est. Sed nunquid aliquis filiorum eius præter Ioseph ibi sepultus est? Rachel [h] quoq; non in Ebron, sed iuxta Bethleem † tumulata legitur. Exemplo igitur istorum liquet, quòd liberum est filijs sepeliri in sepulchris patrum suorum, & liberum est eis alibi pro locorum, & temporum opportunitate corpori suo hospitium inuenire. Non ergo hoc exemplo isti coguntur sepeliri in sepulchris patrum suorum.* ¶ *Item, quæ legibus definita sunt, mutari non licet. Quæ autem legibus expressa non sunt, arbitriũ [i] sequuntur humanæ voluntatis. At legibus definitum est, quibus decimę sint persoluendę; & ideo danti mutari non licet. Vbi autem quisque tumulandus sit, legibus, expressum non est; & ideo in voluntate tumulandi consistit.* Gen. 50. 3. Reg. 13. Rufinus hist. eccle. l. 3. c. 31. In vita SS. to. r. & in pomerio ecclesiæ Rauennatis. Gen. 25. Gen. 35. 49. & 50. Gen. 35. † *in vulgatis legebatur*, Bethel. 16. q. 1. admonere.

Vnde beatus Gregorius ait.

¶ Vltima voluntas defuncti seruari debet. C. IIII.

VLtima [k] voluntas defuncti modis omnibus conseruari debet.

K Vltima.] Vltima voluntas defuncti pro lege seruanda est, vt in Authen. de nupt. §. disponat. coll. 4. & si quis eam non seruat, hoc ipsum quod ei est relictũ, ab eo auferatur, vt ii. q. 1. Siluester. & hoc intelligas cum

cum voluntas est rationabilis. nam si moriens exhęredare vult filium sine causa, hæc voluntas non est seruãda, vt inf. eod. si quis. similiter si quis præcipiat corpus suum iactari in mare, vt ff. de cond. iasti. quidã. sed ipse moriens bene potest mutare voluntatem suam, nam ambulatoria

Defuncti voluntas sit semper seruanda.

est voluntas defuncti, vt ff. de adimen. leg. l. 2. sed pone, q̃ quis iurauit, q̃ non veniret contra voluntatem suam, numquid potest venire contra? Videtur q̃ non 1. quia hoc iramentum non vergit in interitum salutis aternę, ergo est seruandum, vt extra de iureiu. si vero. Sed contra nemo potest sibi indicere legem 2. vt non liceat sibi recedere à priori voluntate. vt ff. de leg. 3. fi quis. in prin. & libertatem suprem iudicij nemo potest constringere, vt ff pro soc. cum duobus. §. Papinianus, in fin. arg. contra extra de iureiu. cum contingat. Ioan. hoc plene notaui in quæstionibus. B.

QVOD DE LIBERO. Hęc est quarta pars q. in qua probat contra, scilicet, q̃ seruus non potest facere testamentum. & hoc probat per c. seq. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum est su. q̃ vltima voluntas defuncti modis omnibus est seruanda. Nunc vero dicit Gratian. q̃ hoc intelligendum est de voluntate liberi hominis, & non serui; seruus enim testamentum condere non potest, & ad hoc inducit seq. cap. & non facit iste §. ad principale propositum Gratiani.

ILlud etiam.] CASVS. Ampliatus seruus Romanæ ecclesię conductor erat quędam prędia, de quibus tertiã partem, vel quartam iuxta Sicilię prouincię morem Papę reddebat: qui cum ęgrotaret, condidit testamentum. Præcepit ergo Gelasio [9] Honorio ępo, vt omne peculiũ & omnem substantiã eius, filijs eius fideli descriptione faciat tradi, vt per eos ecclesia reddatur indẽnis. sic posuit Ben. hunc casum. H. vero ponit sic. Ampliatus iste seruus erat ecclesię Romanę, & cuiusdã patrimonij ecclesiastici procurationem gesserat cum quibusdã filijs suis: ex qua administratione adhuc non reddiderat ratiocinia. Testamentum tamen licet esset seruus, facere volebat. Scribit ergo Gelasius Honorio ępo mandans ei, vt non permittat illum facere testamentum, & si contingerit eum mori, totum patrimoniũ ecclesię sibi commissum faciat describi, & intactum apud filios seruari donec ipsi pro tempore ratiocinia reddãt. & ecclesiam seruent indemnem. Sed certe ego Barth. Brix. magis approbo casum. H.

a ¶ Conductor.] improprię dr seruus cõductor. Nam nec seruus aliqd debet, nec aliquid ei debetur: sed potius per talia verba respicitur factum, quàm ius, vt ff. de pecu. nec seruus.

¶ Sententia huius capituli habetur lib. 3. epist. 9. in verbis, quæ referuntur infra 16. q. 1 admonere *item que lib. 9.* epist. 20. Necesse est, inquit, vt si implerum hoc fuerit, defuncti dispositio conseruetur. *Sic enim in manuscriptis: licet in vulgatis sit,* depositio conseruetur.

4 *Quod de libero, & non de seruo intelligendum est. Seruus enim testamenti paginam condere non potest.*

Vnde Gelasius Papa scribit Honorio episcopo.

¶ Seruus testamentum facere non potest. C. V.

Iuo p. 16. c. 111.

ILlud etiam sinceritatem tuam volumus non latere; ad nos fuisse perlatum, quòd Ampliatus conductor [2] (quẽ non solum seruum constat esse ecclesiæ, sed ita eius rationibus à multis temporibus implicatum, vt etiam si esset ingenuus, donec ratiocinia cũcta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur) ausu temerario molitus fuerit condere paginam testamenti, cuius omne peculium ecclesiastico iuri legibus non dubitetur obstrictum [b]. Quapropter his præsumptionibus vice nostra, tua fraternitas contradicat [c]; nec fieri prorsus aliqua surreptione permittat. Ac si eidem quidquam humanitus forte contigerit, quia grandæuus esse memoratur; mox eius sine dilatione substantiam præcipiat humanitas † tua filiis eius duntaxat, quibus patrimonium probatur esse commissum, sub fideli descriptione contradi; donec vniuersis temporibus, quibus hoc patrimonium gubernasse cognoscitur, partes Dominicas reddere cogantur indemnes.

†al. vnanimitas

5 *Quia ergo secundum Gregorium vltima voluntas defuncti conseruanda est; pro istorum voluntate corpora eorum sunt tumulanda, non pro arbitrio uestræ dispositionis.*

Item in Triburien si concilio legitur.

¶ In Triburiensi impresso cap. 15 habatur eadem sententia, sed non eisdem omnino verbis expressa.

16. q. 1. vbicũq; Burc. l. 5. c. 237. Iuo p. 3. c. 278.

¶ Vbi quisque decimas persoluerit, ibi sepulturam eligere debet. C. VI.

VBicunque.] CASVS. Tributien. concilium statuit, q̃ si quis

a ¶ Conductor.] improprię dr seruus cõductor. Nam nec seruus aliqd debet, nec aliquid ei debetur: sed potius per talia verba respicitur factum, quàm ius, vt ff. de pecu. nec seruus.

b ¶ Obstrictum.] Non intellige obstrictum. id est, obligatum: quia cum peculium quod seruus habet, sit domini, domino non potest res suas obligare, vt ff. de regul. iur. neque.

c ¶ Contradicat.] Non tanquam hęredibus, quia seruus non potest habere hęredem. vt C. commu. de suc. Seruus hęre dem habere non potest. seruus. sed consuetudo est plurium locorum, quòd filijs relinquatur peculium, quod pater habuit.

QVIA ERGO. Hęc est 5. pars, in qua dicitur, quòd nullus sine causa debet dimittere sepulturam patrum, & hoc probat per tres auct. Io. de Fant.

CASVS. Hic reuertitur G. ad principale propositum, & concludit ex illo c. Greg. si vltima voluntas, q̃ quilibet potest sibi eligere sepulturam pro arbitrio suo, & non pro arbitrio prioris ecclesię, & ad hoc probandum

VIaducit seq. cap.

Bicunque.] CASVS. Tributien. concilium statuit, q̃ si quis

rius, ff. de ser. quoties. secũ dũ Gosf. qui ita no. extra de const. exiteris. Arc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ si quis potest, debet sepeliri apud episcopalem ecclesiam: sin autem, apud aliquod monasteriū, vel ecclesiā regularem. Sed si hoc apte fieri non potest, sepeliatur apud illam ecclesiam vbi viuus decimas magis persoluebat. Et dicit H. q̄ illud quod dicitur de epali ecclesia, intelligitur de illis, qui habēt antiquam sepulturam in epali ecclesia: quia de ciuilibus non posset intelligi, quia non impediūtur ratione loci, vel tēporis: nec de illis, qui sunt in episcopatu, cum ratio & consuetudo non obtineat, nec de peregrinis potest intelligi, cum eis c. contradicat. quia tales, ibi decimas non persoluunt.

Sepulturam an possit aliquis sibi eligere.

a ¶ Vbicunque] sed nonne quilibet sepeliendus est, vbi recepit sacramenta ecclesiastica? vt inf. c. px. & extra eo. tit. in nostra. Ad quid ergo diuisa essēt cœmiteria. sup. eod. cap. 1? Resp. verum est. Sed istud ca. instruit, q̄ si quis vult eligere aliam sepulturam, q̄ hūc ser. uabit ordinem in eligendo. potius enim eliget epalem ecclesiam, quàm alteram. si tamen alio modo eligit, standum est voluntati suæ: dum tamē habeat iustam causam eligendi, episcopo autem nō præfigitur talis doctrina. nam potest eligere sepulturam in minori ecclesia, vt 12. q. æst. 2. bonæ. & intelligo quòd semper ex temeritate, vel contemptu, vel ex electione mutatur sepultura, nisi appareat certa causa mutationis, vel nisi seruet hunc ordinem, qui hic statuitur in eligendo sepulturam.

QVIA ERGO. CASVS. Concludunt rei quòd apud suam ecclesiam isti parochiani sunt tumulandi, duabus rationibus. Prima ex fine præcedentis capitu. scilicet, quia viui episcopo ecclesiæ decimas persoluerunt: ergo ibi sepeliendi sunt. secunda ratio, quia postquam quis transit de prouincia in prouinciam, liber factus est à iurisdictione prioris iudicis, & subijcitur illi in cuius prouincia sedem collocauit: vnde isti subijciuntur iurisdictioni secundæ ecclesiæ, & apud eam debent sepeliri.

b ¶ Decimam.] Personalem.

c ¶ Liber factus.] Hoc est verum, quando plene se transtulit, vt 21. quæst. 2. si quis iam translatus. secus si transferret se ad secundum locum, non tamen animo relinquendi primum locum: tunc enim retinet primum locum & secundum, vt ff. ad municip. si quis instructus. Et quod hic dicitur, intellige q̄ quis potest se transferre de vno foro ad aliud re integra. nam si quis in vno loco est conuentus, licet transeat ad aliud forum, tamen in priori foro respondebit, vt ff. de iurisdict. omn. iudi. l. pen. Item & hic scias q̄ sola habitatio non facit aliquē esse de iurisdictione alicuius, nisi per x. annos stetерit ibi 1, vt C. de inco. l. 2. li. x. nisi quo ad hoc q̄ ibi resident secundi, cum eo animo larem mutat, vt ibi permaneat. C. de sco. ciues. fin Lau.

Forum mutare, an alicui liceat.

1 Idē tūc dicas cum de iurisdictione

que[a] temporum, vel locorum facultas tulerit; apud maiorem ecclesiam, vbi sedes est episcopi, sepulturæ celebrentur. Si autem propter temporis, vel loci asperitatem hoc difficile fuerit visum; apud ecclesiam, in qua religiosorum canonicorum, vel monachorum, vel sanctimonialium religiosa congregatio communiter degerit, sepeliatur. Si autem, & hoc ineptum visum fuerit; vbi quis decimas persoluebat viuus, ibi sepeliatur & mortuus.

Quia ergo decimam [b] *nobis persoluebat viuus; & apud nos sepeliendus est mortuus. Item, si quis de prouincia ad prouinciam transiret, & ibi domicilium sibi collocaret, liber factus* [c] *à ditione prioris iudicis, iurisdictioni illius iudicis subijceretur, in cuius prouincia sedem sibi eligeret. Quia ergo isti à vestra diœcesi in nostram transierunt; liberi à vestra ditione, nostro iuri subijciuntur. Nostrum est ergo ius funerandi eos.*

Sed obijcitur illud Melchiadis Papæ.

¶ Propria temeritate sepulturam parentum relinquere non licet. C. VII.

PLacuit per omnia magno concilio, vt nullus proprij arbitrij temeritate [d] aliam ecclesiam, nisi cui vsus antiquorum parentum canonica institutione subiacere perhibetur, sepulturæ causa adire procuret nisi infirmitatis [e] causa præpeditus in aliam fuerit regionem quolibet negotio progressus. Ad hæc, si quis prælatus contra hoc agere fategerit; ecclesiastico vinculo se fubdi cognoscat.

Sed

ex illo cap. vbicunque.

PLacuit.] CASVS. Quæsitum fuit à Melchiade Papa, vtrum aliquis posset sepulturam nouam propria temeritate eligere: & antiquam parentum suorum deserere? Et respondet q̄ non. si quis prælatus contra fecerit, debet excommunicari.

d ¶ Temeritate.] Istud verbum soluit contraria: nam aliàs potest quis sibi eligere sepulturam, vt extra eo. t. & cap. cum sit liberum. & cap. in nostra.

e ¶ Nisi infirmitatis.] Hoc est contra H. qui dicit, quòd in tribus casibus pōt mutari sepultura, vt dixi in summa. hic habet locum distinctio decret. extra eod. ritu. de his.

SED ALIVD. CASVS. Iste §. diuiditur in 3. partes. In prima parte ponit G. quādam solutionē pro reis, dicens quod aliquis ex temeritate, scilicet superbia, vel odio, vel vanis persuasionibus, vel muneribus illectus non debet eligere sepulturam nouam, & contemnere sepulturam parentum suorum, sed rationabili causa, & iustam nouam eligere potest. Nec obstat quod dicit Grego. quod vltima voluntas libera debet esse: quia libera est cum quis certa ratione ductus, nouam sibi quærit sepulturā. In secunda parte ponit quandam solutionem aliorū, quæ videtur facere contra reos, dicentium, q̄ libera est voluntas vltima cuiuscunque, non ia sepultura sibi eligenda, sed in testamento conficiendo. Vnde testamentum dicitur; quia eo quisque libere testa-

testatur. In tertia parte obijcit Gratianus, q̄ etiam in testamento non videtur libera voluntas. Et hoc probat duabus auctoritatibus: vna Augustini dicentis, q̄ pro numero filiorum debet fieri distributio facultatum. Et alia Leonis dicentis, q̄ quilibet debet medietatem eorum

aliud[a] *est ex temeritatis superbia vsum antiquorum parentum non sequi: atque aliud, rationabili occasione nouā sibi sepulturam eligere. Contra Melchiadis Papæ auctoritatem nititur, qui superbia, vel odio ductus, siue vanis persuasionibus, aut varijs munusculis illectus, sepulturam parentum suorum sequi contemnit* α. *Secundum Gregorium autem liberam habet voluntatem; qui certæ rationis causa nouum suo corpori quærit hospitium.* ¶ *Vel vt quidam*[b] *distinguunt, libera est vltima voluntas cuiusque, non in sepultura sibi eligenda, sed in testamento conficiendo. Vnde & testamentum appellatur: quia eo quisque libere testatur, quod post suum decessum de propris rebus fieri velit.*

inf. c. proximo.

¶ *Sed non videtur*[c] *libera testatoris voluntas; cum secundum Augustinum pro numero filiorum debeat fieri testamentaria distributio facultatum: veluti, si quis habet vnum filium; Christum putet alterum: si vero duos; Christū faciat tertium: & sic per ordinem. Et secundum Leonem quisque medietatem*[d] *eorum, quæ Christo testatur, ecclesiæ iubetur relinquere, apud quam fidei sacramenta suscepit. Sed illud Augustini non est iubentis: sed dehortantis: ne quis iratus filium suum exhæredaret, atque totum Christo relinqueret. Ait enim in sermone 2. de vita clericorum.*

ext. tī de sepul. c. relatum.

Siue serm. 52. ad fratres in heremo: omittuntur autem verba aliquot.

α ¶ Sequi contemnit.] *In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis sequitur,* Ait Leo episcopus, &c. *& ponitur integrum caput, relatum extra tit. de sepult. quod etiam refertur ab Iuone par. 7. c. 150. & ab Anselmo l. 5. c. 55. & in Polycarpo lib. 4. tit. 34. ex Leone nono. Verum in alijs duobus vetustis & val le emendatis hoc idem caput ponitur post vers.* Sacramenta suscepit. *Et certe verba ista, & secundum Leonem, &c. indicāt alicubi hanc Leonis auctori, asserri à Gratiano esse relatam.*

¶ Pro numero filiorum pars hæreditatis Deo offeratur. C. VIII.

In conc. Aquisgran. c. 122. Iuo p. 3. c. 178.

SI quis irascitur[e] filio suo, & moriens exhęredat eum; si viueret, non eum placarem? nō ei filium reconciliare deberem? Quomodo ergo cum filio suo volo vt habeat pacem, cuius appeto[f] hæreditatem? Sed plane sic faciat; quod sæpe hortatus sum. Vnum filium habet; putet Christum alterum: duos habet, putet Christum tertium: decem habet, Christum vndecimum faciat; & suscipio.

Hac nimirum auctoritate mensura testatoris præfigitur, non quam cogatur exoluere, sed quam prohibetur[g] *transcendere.*

6 Oblationes ergo defunctorum qui reddere noluerit, excommunicetur. Vnde in Carthaginensi concilio 4. cap. 95.

rum, quæ testatur ecclesiæ suæ relinquere. Tandem dicit quòd Augustinus loquitur exhortatiue, vel de confessio. ne pater iratus filium exheredet. Secunda pars incipit ibi, [Vel vt quidam.] Tertia ibi, [Sed nō vī libera.]

a ¶ Sed aliud.] G. hic ponit duas solutiones.

b ¶ Vel vt quidam.] Secunda solutio.

c. quod sequitur, planum est.

g ¶ Prohibetur.] Falsum dicit, quia etiam totum dare potest ecclesiæ, vt 19. q. 3. perlatum. dum tamen relinquat legitimam filijs, vt C. de inoff. test. auth. nouissima. dic vt sup. c. 1.

OBLATIONES. Hæc est 6. pars quæ in qua probat ma prox. in gl. j. gister, quod ille qui detinet oblationes defunctorum, Arch.

c ¶ Sed non videtur.] Nunc obijcit solutioni suæ.

d ¶ Medietatem.] quandoque tertiam, secundum consuetudines diuersas, vt ext. eo. tit. certificari.

Pater sine causa filium exhęredare non potest.

e ¶ Irascitur.] Hodie enim non potest qs exhęredare filium suum nisi habeat iustam causam exhęredationis. & illa debet scribi in testamēto, vt de li. præte. authen. non licet. tamē ex iracundia omnia sua dare potest ecclesiæ, dum tamē relinquat legitimā filijs, vt 17. quæstio. 4. sunt qui opes. Item si qs relinquit bona sua ecclesiæ propter defectum filiorum, honestum est, quòd ecclesia restituat ei bona si cæperit habere filios, vt 17. q. 4. cap. vltimo.

f ¶ Appeto.] Sic 22. q. 2. non enim.

HAC NIMIRVM. CASVS. Ponit hic Gra. quandā solutionem falsam, dicēs, q̄ Aug. non præcipit te 1 Et c. si qua. statori, vt tantū Christo quæ signanē sto relinqueret quā- pro contratum vni filiorū, sed rijs: sed intel æ hibet ne plus Christ lige prohibeito relinquat quàm tur transceenvni filiorum, quod dere ex calofalsum est, cū pater re iracundiefilijs suis vltra ter- & ex odio, vt tiā, si sunt quatuor prohibeē. i. vī pauciores; vel medissuadetur, dietatē, si sunt sex, & consulie & vltra relinquere ei. i. consilio non teneatur, vt in Aug. suadeē, auth. de trien. & se. & consulitur circa prin. In fine o- ei, vt non trā stendit. q̄ qui obla- scendat eam tiones defunctorum ſm H. hæc reddere nolunt, sunt vltima expo excōicandi. Primum sitio vī melior quā pri tradicat. qī

Universidad de Deusto
Biblioteca

quas defunctus mandauit, peccat mortaliter. & hoc probat per tria c. Ioan. de Faut.

a QVi oblationes.] Non intelligas hoc de oblationibus voluntarijs. sed de illis, quæ relicta sunt ecclesijs qui enim debitas oblationes tenet vel decimas vel primitias, excommunicatur, vt 32. distin. præter hoc, & 16. q. 1. statuimus.

b ¶ Negãt ecclesijs.] si autem cõfitentur, q̃ debeant, sed exceptionem aliquã proponunt quare dare non dẽnt, audiendi sunt, vt ff. de leg. 1. si si domus. §. qui confitentur. ext. de off. deleg. ex parte 2.

c ¶ Egentiũ.] Vt 66. d. pasce, & 16. q. 1. de cimæ. & extra de rescrip. si quando.

QVi oblationes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur q̃ excommunicandi sunt qui tradere nolunt ecclesijs oblationes defũctorum. Et hoc probat tribus rationib. Prima est, quia infideles reputantur. Secunda, quia voluntatem defunctorũ non seruant. Tertia, quia pauperibus necessaria subtrahunt. In secunda parte dicitur, q̃ tales sacrilegium committunt. Secunda pars incipit ibi, [Vnde & quidam patrum.]

d ¶ Et quidam.] s. Hieronymus, vt 12. q. 2. gloria episcopi. ¶ Sacrilegium.] Alibi dicitur talis homicida, vt 12. quæs. 2. qui abstulerit.

CLerici.] CASVS. Hoc cap. diuidit in duas partes. In prima parte dicitur, quòd clerici vel laici sunt excommunicandi, qui nolunt restituere oblationes, quas parentes dederunt in vita, vel reliquerunt in testamẽto: vel qui volunt auferre ecclesiæ id quod ipsi donauerunt. In secunda parte dicitur, quòd clerico furtum facienti peregrina communio tribuatur. [Peregrina communio:] Idest viaticum in morte, cum incipiũt peregrinari, idest, recedere de hac vita. Secunda pars incipit ibi, [Si quis autem.]

f ¶ Vel sæculares.] Idest, laici.

g [Excludant.] Ar. q̃ sacrilegi nõ sũt ipso iure excõicati.

h ¶ Peregrina.] i. commorabit inter laicos, vel peregrina. i. cum recedit vel peregrinatur de hoc mundo.

ITEM QVÆRITVR. Hæc est 7. pars q. in qua prohibet ne pro sepultura aliquid exigatur, nisi detur sponte a voluntate. & hoc probat per 4. c. Io. de Faut.

CASVS. Quærit hic Grat. incidenter, an pro sepultura mortuorum sit aliquid exigendum. Et certe sepultura quadrupliciter dr̃. s. terra nondum dedicata, hæc vendi põt, vt ar. 12. q. 2. aurum. Item dr̃ sepultura officium sepeliendi, istud sine simonia vendi non põt, vt 1. q. 1. dictũ. Tertio dicitur terra dedicata. Quarto ius sepeliendi: hæc vendi non debent, vt inf. ea. in ecclesiastico.

i ¶ Item

¶ Excommunicentur qui defunctorum oblationes ecclesijs negant. C. IX.

QVi oblationes [a] defunctorum aut negant ecclesijs [b] aut difficulter reddunt; tanquam egentium [c] necatores excommunicentur. Burc. l. 3. c. 142. Iuo p. 3. c. 208.

Item ex concilio Vasensi. 1. c. 4.

¶ Vt infideles eijciantur ab ecclesijs, qui defunctorum oblationes retinent. C. X.

QVi oblationes defunctorum retinent, & ecclesijs tradere demorantur, vt infideles sunt ab ecclesia abijciendi: quia vsq; ad inanitionẽ fidei peruenire certum est hanc pietatis diuinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatu alimoniæ, & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales quasi egẽtium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Vnde & quidam [d] Patrum hoc scriptis suis inseruit, cõgruente sententia, qua ait: [Amico quidpiam rapere, furtum est; ecclesiam vero fraudare, sacrilegium [e].] Deusdedit p. 4. Iuo p. 3. c. 155. su. 12. q. 2. glis.

Item ex concilio Agathensi. c. 4

¶ Qui oblata ecclesijs, aut testamento relicta retinere præsumpserint, excommunicentur. C. XI.

CLerici, vel sæculares [f], qui oblationes parentum aut donatas, aut testamento relictas retinere perstiterint, aut id, quod ipsi donauerint ecclesijs, vel monasterijs, crediderint auferendum; sicut sancta synodus constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant excludantur [g] ecclesiis. ¶ Si quis autem clericus furtum ecclesiæ fecerit; peregrina [h] ei communio tribuatur. Bnrc. l. 3. c. 140. ex cõcilio apud Valentias. Iuo p. 3. c. 206. Pann. l. 2. c. 5.

7 Item quæritur [1], an pro sepultura mortuorum aliquid sit exigendum. De his ita scribit Gregorius lib. 7. regesti, in dict. 2. epis. 55. Ianuario episcopo Sardiniæ. & in conc. Meldensi, c. 72.

¶ Pro sepultura nihil muneris exigendum est. C. XII.

QVesta est nobis Nereida fœmina clarissima, quod ab ea centum [a] solidos pro filiæ suæ sepultura fraterni- Poly. l. 8. tit. 5. Iuo p. 3. c. 101.

i ¶ Item queritur.] Hic ponit incidentem q̃nem 1. an sepultura possit vendi H. ponit quattuor significationes huius nominis sepultura. Quandoq; dr̃ sepultura locus vbi quis sepelitur. talis locus licite venditur, si non est sacer, vel religiosus. i. qui non sit in cœmiterio aliquo, quia licite venditur ad ecclesiam ædificandam vel ad cœmiterium ampliandum, vt 12. quæ. 2. aurum. Secundo modo dicitur sepultura, ipsa sepultura iam facta, & hæc vendi non potest, specialiter si locus est sacer. Tertio modo dicitur ius inferẽdi in sepulchrũ, nec pro hoc aliquid recipi potest. Quarto dicitur ipse actus vel officium sepeliendi, & illud non possunt vendere clerici, qui ex officio suo ad hoc tenentur, vt infra eadem præcipiendum. & 1. quæst. 1. dictum. & extra de simon. non satis. Sepulturam possit vendi. 1 Hoc ig̃ supra facere mentionem de iure sine randi fin. l.

QVesta est.] CASVS. Nereida cõquesta est Greg. de episcopo Ianuario, qui pro sepultura filiæ suæ soli dos

dos centum ab ea exigebat. Greg. vero rescribens ei dicit, q̃ hoc vitium de ecclesia sua remoueret: vnde præcipit sibi ne de cætero hãc cupiditatem exerceat, & hoc probat exemplo Ephron, qui ab Abraham pro sepultura Sarę pretium recipere noluit, vnde si paganus ille pro

† *al. non erubescat* tas vestra velit † exigere. *& infra.* ¶ Hoc autem vitium & nos, postquam, Deo auctore, ad episcopatus honorem accessimus, de ecclesia nostra omnino vetuimus; & prauam denuo consuetudinem nequaquam vsurpari permisimus: memores, quia dum Abraham à filijs Ephron ℔, hoc est a filijs Seor [a], sepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis postularet, præmium accipere renuit [b]; ne commodũ videretur de cadauere consecutus. Si ergo tantæ confiderationis paganus vir fuit; quanto magis nos, q̃ sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ vitium, vel in alienis denuo tentari præsumatur, admoneo: Sed si quando aliquem in ecclesia vestra sepeliri conceditis; si quidem parentes ipsis proximi, vel hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint; accipi nõ vetamus. Peti vero aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligiosum est) aut venalis fortasse (quod absit) dicatur ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari; si ex eorum cadaueribus studeatis quærere quolibet modo compendium [γ].

Gen. 23. Act. 7.

« ¶ Centum.] *Dictio ista abest à nonnullis exemplaribus Gratiani, & epistolarum B. Gregorij. Sed quia in aliis earundem codicibus etiam manuscriptis legitur, non est inducta.*

℔ ¶ Ephron.] *Locus hic varie legitur. In epistolis B. Gregorij magis recepta lectio hæc est*, à filijs Emor: hoc est Ephron filio Seor. *& Gen. 23. habetur*, inter cedite pro me apud Ephron filium Seor.

γ ¶ Compendium.] *Post hoc caput in duobus antiquis exemplaribus recitantur duo Vrbani secundi, quæ placuit hic afferri, ne plane interirent, quòd alibi non facile inueniuntur, & vnum eorum citatur extra de sepul. c. certificari.*

Vrbanus II. Gothfredo Magalonensi episcopo.

¶ Mortuorum, qui in monasteriis sepeliri desiderant, aut omnino iuxta prædecessoris nostri Leonis decretum, partẽ eleemosynarum mediam, aut iuxta dispensationẽ nostrã in Lateranensi concilio promulgatam, partem tertiam parochialib ecclesijs statuimus derelinquendam. Idem eidem.

¶ Capellanos quoque monachorum, sicut reliquos parochiæ tuæ clericos, debitam tibi obedientiam persoluere volumus.

Item Hieronymus in quæst. Hebr. ad c. 23. Gen.

¶ Etiam coacti de sepultura pretium non debemus accipere. C. XIII.

Pann. l. 2. c. 26.

POstquam pretio victus est Ephron, vt sepulchrũ venderet argento, licet cogente [c] Abraham: vau littera, quæ apud illos pro o [d] legitur, ablata de eius nomine

a ¶ Seor.] Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati sunt descedentes ab eo propter famam ipsius.

b ¶ Renuit.] Primo enim commendatur in fine cap. postea tamen conuictus precibus sumpsit quadringentos siclos argenti, & inde vituperatur in seq. cap.

POstquam.] CASVS. Hieronymus docet in hoc c. quòd nullus debet vẽdere sepulturam. Et hoc probatur exẽplo Ephron, qui licet cogẽte Abraham acceperit aliquid pro sepultura, postea vocatus est Ephran, idest, imperfectus, cũ primo vocaretur Ephrõ, idest, perfectus; & hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, q̃ de iustis fiunt iniusti, qui pro sepultura ab inuitis aliquid extorquent, cum etiam Ephron de iusto fit factus iniustus, & tamen inuitus accepit. Secunda pars incipit ibi. [Fiant igit.] [Memoriam.] Idest, sepulturam.

c ¶ Cogente.] Per preces populi, & licet coniratus factus ad clamorem populi teneat, non tamen electio, vt extra de elec. Ofius. & 61. dist. miramur. in prin. & 8. quæstio. 1. fi ergo.

d ¶ Pro o.] O, est vltima littera Græcorum: & a, prima. & designat o, consummationem, & perfectionem a, initium & imperfectionem. & Hebræi ponunt vau, pro o, in ista dictione Ephron, quę ablata est, &c. & videtur hic Hieronymus velle, q̃ Ephron peccauit: sed nunquid Abraham peccauit, qui coegit ipsũ vendere locum Sichem, maximè quia locus ille iam deputatus erat sepulturę, erant enim ibi sepulti Adam & Eua. dicit tamen P. manducator, quòd neutr peccauit: Sed quare reprehenditur hic à Hiero. Respon. non propter suum factum, sed propter futuros, volens ostendere, quòd illi peccarent, qui tali modo venderent.

ille pro sepultura nil accipere voluit, multo fortius sacerdotes nil accipere debent. Spontè tamen oblata recipi non debent. Ille Ephron primo accipere noluit. vnde de hoc commendatur: sed postea victus precibus pretium pro sepultura accepit. & de hoc reprehendi-

a ¶ Ephron.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Ephron.] Id est, perfectus.
b ¶ Ephran.] Id est, imperfectus.

IN ecclesiastico.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Triburien. vtrum terra cœmeteriata vendi possit pro sepultura? & respondetur, ꝙ non: & hoc probatur duabus auctoritatibus, vna Salomonis, & alia Dauid: & vna rõne sponte tamen oblata recipi possunt. Ratio incipit ibi, [Si terram vendis.] Quare interdictum sit, id est, interdicatur, vel quare, id est, ergo.

a Immo in ecclesiastico.

c ¶ In Ecclesiastico.] Idest in ecclesiaste 1. & ille liber est Salomonis, & incipit: Vanitas. Est alter qui dicitur. ecclesiasticus qui incipit: Omnis sapientia à Domino, & ille liber est Iesu filij Syrach.

d ¶ Si terram.] Sacram vel religiosam, & dico, ꝙ terra fit sacra, vel religiosa auctoritate pontificis, nõ ex eo, ꝙ mortuus infertur ad locum, vt extr. de reli. domi. ad hoc. Sed ſm legẽ secus est: nam si transfertur corpus ad aliũ locum, desinit locus esse religiosus, vel ẽt si capitur ab hostibus, vt ff. de reli. cum in diuersis, & l. cum loca. Et no. ꝙ quidqd est sacrum, est religiosum: sed non convertitur, vbi. n. mortuus infertur, fit religiosus 2. sed non ẽcõuerso, vt ff. de re. di. in tantum. § sacræ. Item dicitur locus religiosus, vbi corpus eo ꝓposito ponitur, vtibi perpetuo remaneat: alias remaneret profanus, vt ff. de relig. si quis eo animo. & remoueri potest quandocunque placuerit, vt C. eo. tit. si nec dũ. Et licet partes hominis in diuersis sepulchris sepeliantur, nõ ideo ola loca fiũt religiosa: sed tantum vbi caput est sepultum, vt ff. eodem, cum in diuersis. Item nec totus locus deputatus sepulturæ sit religiosus, sed ille i quo corpus est humanum, vt ff. eo. l. 2. § sepulchrum.

est, & pro Ephron [a] appellatus est Ephran [b]: significante scriptura non eum fuisse consumatæ, perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. ¶ Sciant igitur, qui sepulchra venditant, nec cogũt, vt accipiant, pretium, sed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum, & perire quid de merito eorum: cum etiam ille reprehendatur occultè, qui inuitus acceperit.

Item ex concilio Triburiensi, c. 16.

¶ De eodem. C. XIIII.

IN ecclesiastico [c] namque libro scriptum est: [Mortuo non prohibeas gratiam, sciens, quoniam omnes moriemur.] & item: [omnia, quæ de terra sunt, in terram conuertuntur.] Quid terra terram vendis? memento, quoniam terra es, & in terram ibis [α], & quoniam mors tibi futura est: appropriat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis est terra: sed, vt psalmista commemorat: [Domini est terra, & qui habitant in ea.] si terram [d] vendis, inuasione alienæ † rei, reus teneberis. Gratis accepisti à Deo: gratis da pro eo. Quare interdictũ sit omnibus omnino Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare: nisi fortè proximi, & amici defuncti propter nomen †, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint.

Iuo p. 3. c. 251.
Eccl. 7.
Eccl: 40.
Gen. 3.
Psal. 23.
†*al. Dominicæ*
†*al. nomen Domini*

α ¶ Ibis.] *In codicibus vulgatis erat*, reuerteris: *& sequebatur hæc*, & alibi de homine dictũ est, terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra sumeris: *quæ sunt expuncta: quia absunt à plerisque vetustis, & ab originali.*

Item ex concilio Varensi.

¶ De eodem. C. XV.

PRæcipiendum est secundum canonum auctoritatem, vt de sepulchris, & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant: nisi forte qui sepelitur, viuens iusserit ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere aut etiam post mortem ipsius, illi, quibus commissum est eius eleemosynam facere de rebus illius aliquid sponte dare voluerint: & tamen nullatenus à presbyteris ecclesiæ † illius aliquid exigatur; siue ab illis, qui locis, & villis † præsunt. ¶ Prohibendum est etiam secundum maiorũ instituta, vt in ecclesiæ nullatenus sepeliãtur; sed in atrio, aut in porticu, aut in † exhedris [e] ecclesiæ. Intra ecclesiam vero, aut prope altare, vbi corpus & sanguis Domini conficitur, nullatenus sepeliantur [f].

Burc. l. 3. c. 159.
Iuo p. 3. c. 222.
† *al. illis aliquid*
†*al. vicis*
† *al. extra ecclesiam*

3 'Exhedræ hodie dicũtur loca, q̃ in peristylijs canonicorũ aut monachorum in claustro vel cœmeterio ad diuersorium adiacent ad l. fi vero. ff. de ijs qui deiecerunt.

PRæcipiendum.] CASVS. Hoc colligitur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ pro sepultura, idest pro hominibus sepeliendis clerici nihil exigent nisi in duobus casibus: scilicet si defunctus iussit aliquid ecclesiæ

f ¶ Sepeliantur.] Si sint modicæ personæ, vt infra eo. nullus. & ideo prohibetur fieri sepultura in ecclesia, q̃a locus ille specialiter Deo dedicatus est: cui mors vlcra non dominabitur.

exterius adhærent parietibus ecclesiæ 3.

Qui-

QVibus peccata.] Hæc est 8 pars q. in qua dicitur, ꝙ nullus debeat sepeliri in ecclesia nisi sit sãctus nisi in atrio vel in exhedris: & ponit etiam, ꝙ proficiant mortuis cœmiteria, & qualiter, & vbi animæ sunt defunctorum, & hoc probat per 8. auct. Io. de Faut. CA.

damnantur: quia loca sacra eos non liberant, sed temeritas accusat eos.

a ¶ A sacris locis.] Idest, ab orationibus, quę in eis fiũt; vel ad litteram intelligas, quia locus non sanctificat hominem, vt 40. d. non loca.

¶ Ext at caput hoc in concilio Nannetensi, c. 6. ex quo citatur à Burchardo, & Iuone: sed quia potuit esse repetitum in aliquo Varensi, seu Vasensi, non est mutatum. In epitome quidem conciliorum est in Vasensi, c. 3.

Item Augustinus.

¶ A sacris locis non iuuantur post mortem, quibus peccata non sunt dimissa. C. XVI.

Poly. l. 8. tit. 5.
Burc. l. 3 c. 152.
Iuo p. 3. c. 214.

8 QVibus peccata dimissa non sunt, à sacris locis [a] post mortẽ adiuuari non possunt: quia quos peccata grauiora deprimũt, si in sacris locis se sepeliri faciunt; restat, vt de sua præsumptione iudicentur: quia eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat.

in cõc. Tribur. c. 17. §

§ *Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone citatur ex Augustino, & nonnihil ad hanc rem faciens habetur in libro de cura agenda pro mortuis, c. 1. sed videtur confectum ex duobus locis, lib. 4 dialog. B. Gregorij, vno quidem in c. 51. altero autem in c. 53. quod refertur in concil. Tribur. c. 17. Nam capite quidem 51. cum narrasset quandã sanctimonialem, quæ in ecclesia sepulta fuerat, visam fuisse sibi cremari ex eo colligit*, Qua ex re aperte datur intelligi: quia hi, quibus peccata dimissa non fuerint, ad euitandum iudicium sacris locis post mortem non valeant adiuuari. *In c. autem 53. cum memorasset corpus cuiusdam Valentini è sepulchro per dæmones fuisse extractum, & extra ecclesiam proiectum, hæc subiungit.* Ex quo Petre colligo; quia his, quos peccata grauia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant; restat, vt etiam de sua præsumptione iudicentur; quatenus eos sacra loca non liberent: sed etiam culpa temeritatis accuset.

Nic. ad cõsulta Bulgarorũ c. 99

Item Greg. lib. 4. dial. c. 50.

[Quo]ior. Poly. ibidem
Burc. l. 3. c. 153.
Iuo p. 3. 216.

¶ Quibus profit in ecclesia sepeliri. C. XVII.

CVm † grauia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis, si in ecclesia sepeliantur [b], quòd eorum proximi quoties ad eadem sacra loca veniunt, suorum, quorum sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt; nõ ad absolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in ecclesijs ponuntur.

Item ex concilio Moguntiaco 1. c. 52.

Burc. l. 3. c. 233.
Iuo p. 3. c. 274.

¶ Qui sepeliantur in ecclesia. C. XVIII.

NVllus mortuus intra ecclesiam sepeliatur, nisi episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles [c] laici.

Quòd verò mortuis prosit iuxta ecclesiam sepeliri, quidue ad eos perueniat, Augustinus in libro de agenda cura pro mortuis, c. vlt. ostendit dicens.

CASVS. Dicitur in hoc c. quod non prodest decedentibus in mortali delicto, si in sacris locis sepeliantur: immo si ibi se faciant sepeliri, de sua præsumptione

CVm grauia peccata.] CASVS. Quæsitum fuit à Gregor. vtrum ꝓsit mortuis in cœmiterio sepeliri. Et respondet ꝙ sic, si cum mortali delicto non decesserunt: quia proximi eorum sepulturas aspicientes pro eis orant ad Dominum, si vero cum mortali decesserint, potius obest, quàm prodest. Sequens cap. cum §. patet.

b ¶ Sepeliantur.] Ec ce ratio una, quare homines potius sunt sepeliẽdi apud eccle sias quã alibi. Secunda ratio, quia specialiter commendantur patrocinijs sanctorũ illorum, in quorum nomine dedicata est ecclesia illa, vt inf. ea. non æstimemus. In fin. Tertia rõ est, quia minus ibi vexãtur à spiritibus immundis. vnde in cœmiterijs dicitur esse requies defunctorũ, vt 12. q. 2. aurum. lextũ alia consideratione præcipit ne corpora in ciuitate sæpe irrent, ne ciuitas corrumperetur fœtore, vt C. de reli. & sum. fun. l. mortuorum. & hic arg. ꝙ ibi potius sepeliedi sunt homines vbi est maior cõcursus populorum, vt in cathedralibus ecclesijs, vt sup. ead. vbicunque.

Sepeliantur corpora in ecclesijs aut cœmiterijs.

c NVllus.] ¶ Fideles.] Vocãtur laici hic fideles à fidei virtute, ita vt faciãt miracula 1. Alij intelligunt à fide baptismi. secũdum hoc intellige. C. de sacrosan. eccl. l. 2. Vel dic ꝙ omnis Christianꝰ põt sepeliri in ecclesia, sed non gentilis, vt inf. de conse. dis. 3. ecclesiã, & hoc intelligas, nisi aliàs i mortali decesserit, vt im pœnitens, vel nisi ecclesia interdicta sit, vel nisi sint tornea mentarij, quib. propter terrorem interdicitur ecclesiastica sepultura, ext. de tornea. c. 1. & ext. de rap. super eo.

Hæc sunt fuit L. & H. Sed quod sequit, fuit sententia B. Ifi. quam H. reprobat.

Mon

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOn æstimemus.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicitur, ꝙ illa bona virorum prosunt defunctis, scilicet, sacrificiũ, oratio, & eleemosyna, quæ defuncti in præsenti vita egerunt vt eis prodessent: & quia nescitur qui sint, pro omnibus regeneratis generaliter orare debemus. In 2. parte dicitur, quòd specialius & cum maiori diligentia oramus pro consanguineis nris. In 3. parte dicitur, ꝙ seruitium impensum corpori defuncti non prodest defuncto. sed est solatiũ viuorum: quia cum illi, qui resurrectionem non credũt hoc faciant: multo fortius nos hoc facere debemus[a]. In 4. parte dr. ꝙ si defunctus sepeliatur apud ecclesias martyrum, prodest ei: quia patrocinio martyrum commendatur. Secũda pars incipit ibi, [Diligẽtius.] Tertia ibi, [Corpori.] Quarta ibi, [Quòd vero.] Sequens cap. cum patet.

a ¶ Sacrificijs.] Aut ieiunijs parẽtum, vt inf. ea. c. animæ.

b ¶ Quia non discernimus.] Arg. ꝙ rõne dubitationis melius est totum & superfluum facere, quàm nihil facere, vel etiã aliquid omittere. fic 42. dist. quiescamus. 24. q. 3. corripiantur. Item ratione dubitationis fiunt q̃ aliàs essent illicita, vt ext. de sepul. sacris. exita de viu. in ciuitate 11. q. 3. nolite. & ratione dubitationis possum vendicare incertam partem, vel rẽ. ff. de rei ven. quæ de tota. & nũmos meos non possum vendicare, si fiat mist i alijs. ff. de solutio. ti alieni.

Dubitatiõis ratione fiũt aliqua.

c ¶ Omnib.] Infra ea pro obeuntib. cõtra solu. ecclesia pro omnibus viuis siue bonis siue malis potest orare generali & paganis, vt conuertantur: quod de nemine est desperandum, dum est in vita ilta, vt inf. de pẽn. dist. 7. nemo. sed pro paganis, vel Iudæis mortuis non est orandum, nec pro cathecumenis: sed pro baptizatis mortuis orandum est generali oratione, vt hic dicitur, & 23. quæst. 5. sicut, & hoc siue sint damnati, siue nondum tamen hoc non constet: sed speciali oratione non est orandum pro eis mortuis, quos constat esse damnatos, sic loquiturillud cap. pro obeuntibus, sed pro illis, qui non sunt damnati, oratione speciali & generali oramus, licite, nisi sint valde boni, vt inf. ead. tempus.

Ecclesia an possit pro obus orare.

d ¶ Cum ille.] Scilicet spiritus.

e ¶ Vt resurrecturo.] Nisi enim quis resurrecturos speraret, speciali orat one 1: & pro Iudeis

1 De hoc ẽt not. 11. q. 3. si quis eps: & ibi dixi. Arcl.

¶ Quare mortui iuxta ecclesiam sepeliantur.
C. XIX.

NOn æstimemus † ad mortuos, pro quibus curam gerimus peruenire; nisi quòd pro eis siue altaris, siue orationum, siue eleemosynarum sacrificijs[a] solenniter supplicamus. Quamuis non pro quibus fiunt, omnibus prosint: sed his tantum, quibus dum viunt, comparatur, vt ꝙ prosint. Sed quia non discernimus [b] qui sint; oportet ea pro regeneratis omnibus[c] facere †: vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia possint & debeant peruenire. Melius enim supererunt ista eis, quibus nec obsunt nec ꝙ sunt, quàm eis deerunt, quibus prosunt. ¶ Diligentius tamen facit hoc quisque pro necessarijs suis, quo † pro illo fiat similiter à suis. ¶ Corpori autem humando quidquid impenditur; non est præsidium salutis, sed humanitatis officium, secundum affectum, quo nemo vnquam carnem suam odio habet. Vnde oportet, vt quam potest, pro carne proximi curam gerat, cum ille[d] recesserit, qui gerebat †. Et si hæc faciunt, qui carnis resurrectionem non credunt; quanto magis debent facere, qui credunt vt corpori mortuo, sed tamen resurrecturo [e], & in æternitate mansuro, impẽsum eiusmodi officium, sit etiam quodammodo eiusdem fidei testimonium. ¶ Quod vero quisque apud memoriam martyrum sepelitur; hoc tantum mihi videtur prodesse defuncto, vt commendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur.

Iuo p. 2. c. 112.

† al. existimemus.

† Adde ꝙ verbum generale ita cõprehendit in l. à procuratore. & ibi bona glo. cũ conbord. C. mand.

† al. quod

E contra[f] *Hieronymus in epistola ad Gal. c. 6. ad ea verba:* [*Vnusquisque onus suum.*]

Eph. 5.

† al. regebat

¶ Post mortem orationes viuentinm mortuis damnatis non prosunt. C. XX.

IN præsenti sæculo scimus siue orationibus, siue consilijs inuicem posse nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Christi venerimus; non Iob [g], non Daniel [h], nec Noe [i] rogare posse pro quoquam; sed vnumquemque portare onus suum.

¶ *Verba B. Hieronymi sunt hæc.* Obscurè licet, docemus per hãc sententiam nouum dogma quod latitat, dum in præsenti sæculo sumus, siue, &c.

Verum hoc de impœnitentibus accipiẽdum est, de quibus propheta dicit. Nõ dabit Deo placationem suam, nec pretiũ redẽptionis animæ suæ: & ideo frater non redimet eum, sed laborabit [k] *in æternum, & viuet adhuc in finem*

Ps. 48

a ¶ Pro impijs.] Sed nunquid ecclesia orabit pro illis quos constat decessisse in mortali? Videtur ꝙ sic: quia eis viuis communicauit ergo & mortuis, vt 24. q. 2. sanc. arg. contra 21. q. 3. Cyprianus? Respond. si euidens est aliquem decessisse in mortali, vt cum quis suspendit se, vel præcipitat, aut alio modo se interficit, pro illo non est orandum, vt 23. quæstio. 5. placuit. & quæstio. octaua, quicumque clericus. secus. si est dubium. vnde si aliquis occisus est in ebrietate: non oratur pro illo, vt vt extra de reliquijs, audiuimus. & 23. quæstione 5. placuit.

Orandũ ne est pro his q̃ in mortali pẽ decesse runt.

2 Superfluũ videretur, & vanum orare ꝓ mortuis, ꝑm L. & hoc continetur sub illo &c. ꝑm Lan. cuius fuit ista glo.

b ¶ Quia non discernimus.] Arg. ꝙ rõne dubitationis melius est totum & superfluum facere, quàm nihil facere, vel etiã aliquid omittere. fic 42. dist. quiescamus. 24. q. 3. corripiantur. Item ratione dubitationis fiunt q̃ aliàs essent illicita, vt ext. de sepul. sacris. exita de viu. in ciuitate 11. q. 3. nolite. & ratione dubitationis possum vendicare incertam partem, vel rẽ. ff. de rei ven. quæ de tota. & nũmos meos non possum vendicare, si fiat mist i alijs. ff. de solutio. ti alieni.

c ¶ Omnib.] Infra ea pro obeuntib. cõtra solu. ecclesia pro omnibus viuis siue bonis siue malis potest orare generali & paganis, vt conuertantur: quod de nemine est desperandum, dum est in vita ilta, vt inf. de pẽn. dist. 7. nemo. sed pro paganis, vel Iudæis mortuis non est orandum, nec pro cathecumenis: sed pro baptizatis mortuis orandum est generali oratione, vt hic dicitur, & 23. quæst. 5. sicut, & hoc siue sint damnati, siue nondum tamen hoc non constet: sed speciali oratione non est orandum pro eis mortuis, quos constat esse damnatos, sic loquitur illud cap. pro obeuntibus, sed pro illis, qui non sunt damnati, oratione speciali & generali oramus, licite, nisi sint valde boni, vt inf. ead. tempus.

d ¶ Cum ille.] Scilicet spiritus.

e ¶ Vt resurrecturo.] Nisi enim quis resurrecturos speraret,

f ¶ Econtra.] Contra id quod dicit, quòd possumus orare pro mortuis. Ioan.

g ¶ IN præsenti.] ¶ Iob.] Idest, coniugati.

h ¶ Daniel.] Idest, Virgines vel continentes.

i ¶ Noe.] i. rectores ecclesiarum, & hoc intellige decesserint in mortali, sic 25. d. qualis.

k ¶ Sed laborabit.] Idest, punietur æternaliter.

Pro

PRo obeuntibus.] CASVS. Bonifacius archiepiscopus quæsiuit à Gregorio si liceat specialiter pro defunctis celebrare diuina, & oblationes offerre. Et respõdet ꝙ pro catholicis licet: pro impijs autem specialiter hoc fieri non licet.

a ¶ Pro

De alijs autem intelligi non potest.

Vnde Gregorius Papa secundus Bonifacio episcopo, epistola vltima.

¶ In pœnitentia defunctis bona prosunt viuentium. C. XXI.

Poly. l. 8. ti. 7.

PRo obeuntibus quippe consuluisse dignosceris, si liceat oblationes offerre: sancti sic tenet ecclesia, vt quisque pro suis mortuis vere Christianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriam faciat, & quamuis omnes peccatis subiaceamus; congruit, vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat: non tamẽ pro impijs [a] (quamuis Christiani fuerint) tale quid agere licebit.

† al. idem

Item †.

¶ Animæ mortuorum quatuor modis soluuntur. C. XXII.

Poly. l. 8. tit. 6. Burc. l. 19. c. 112 Iuo p. 15. c. 124. Aug. de cura ꝙ mortuis, c. 2. & lib. 1. de ciui. c. 12 & 13.

ANimæ « [b] defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum. ¶ Curatio vero funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum solatia sunt, quàm subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa; obest pio vilis, aut nulla. *& infra.* ¶ Nec ideo tamen contemnenda, & obijcienda sunt corpora defunctorum, maximeque iustorum, ac fidelium. *& infra.* ¶ Vbi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quos viuentibus, & sentientibus exhibemus; si neque hoc apud Deum perit, quod exanimis [c] hominum membris officij, diligentiæque persoluitur.

« ¶ Animæ.] *Horum verborum vsque ad ver.* curatio, *nullus auctor inuentus est. Et Burchardus citat ex dictis Origenis, Iuo ex dictis Gregorij.*

Item Augustinus in Enchiridio, c. 109. & 110.

¶ Ante diem iudicij, sacrificijs, & eleemosynis mortui iuuantur. C. XXIII.

Sent. 4. dist. 45. Ansl. l. 7. c. 170.

c ¶ Præcepta.] Nolunt quidam facere cõtra legẽ, sed faciunt fraudem legi. Ille vero facit fraudem legi, qui obseruat verba legis, sed mentem eius circumuenit, vt ff. de legi. fraus. Fit fraus legi quattuor modis. De re ad rem, id est, qñ in fraudem datur aliqua res, vt hic, & 1. q. 1. sunt nonnulli, talis est fraus Macedonia ni. ff. ad Macedon. l. sed Iulianus. §. mutui. Itẽ de persona ad personã, vt cum quis sub persona alterius exercet vsurã, vt 46. dist. sicut non suo, & cum maritus non potest aliquid dare vxori, supponit aliam personam cui dat, vt ff. de dona inter virum & vxo. hæc est rõ. §. vlt. Item de vno contractu ad alium contractum fit fraus, vt cum mulier nõ possit dare aliquid viro, fingit se vẽdere ei: vt ff. de dona inter virum & vxo. si sponsus. §. circa. fic 16. q. 3. si sacerdotes. Item de vno contractu ad alium fit fraus, sed alio modo, vt cum mulier non potest fideiubere, constituit se principalem debitricem. vt ff. ad Velle. quamuis. 33 q. 5. mulierem 3.

Legi sit fraus quadrupliciter.

3 De hac materia plene not. extra de priui. quando. ibi vidas to. in summa Host. de contrah. emp. §. vlt.

d ¶ Legis.] Id est, canonis legitime agentis, Clegis prophetice dicẽtis: Qui pecuniã suã nõ dedit ad vsurã, &c.

e ¶ Negotiatoribus.] Videtur, q̃ si quis pecuniã suã dedit negotiatori, vt inde emat merces, & det sibi partem lucri, q̃ illud sit licitum. quod nõ concedo. si periculum in ea spectat ad recipiẽtem, vt sit inter eos contractus mutui. sed si per illa verba societatem contrahant, & tunc periculum spectat ad vtrumque; tunc bene licitum est, q̃ vnus socius det pecuniam, & alter suppleat laborem, qui deest in pecunia, vt ff. pro so. l quinta.

f ¶ Lex.] Mosaica.

g ¶ Accedit.] Ex pacto.

h ¶ Ad negotiatorem.] Cui credidit pecuniam.

i ¶ Poma.] Videtur ergo q̃ vsura differat in hoc à crimine simoniæ, quia crimen simoniæ non committitur in modico, vt extra de si. & si quæstiones, sed non est ita, & cap si quæstiones. intelligas, q̃ non præsumitur in modico committi simonia ratione personæ.

Simonia an in modico cõmittatur.

Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVod vero nec.] CASVS. Hic intitulat quarta quæstio, qua quæritur vtrũ laicis, vel clericis liceat vsuras accipere? Et certũ est, q̃ non, nisi in casibus notatis sup. in prox. q. & in apparatu: & in summa illius q̃stionis.

a ¶ Quod vero.] Nulli licitum est vsuras sumere, nec etiam Iudæ, vt extra de vsu. post miserabilem. videtur tamen quòd in casu licitũ sit etiam Christiano sumere vsuram, vt inf. e. cap. vlti. tamẽ licitum est aliquando vltra sortem aliquid recipere, vt notaui in proxima quæstio. sup. in summa.

CLerici.] CASVS. Præcipit Gelasius in hoc c. vt clerici ab omni illicita cupiditate cuiuslibet negotiationis se abstineant: alioquin in quocumq; gradu fuerint: deponentur. Sequens capitulum patet.

b ¶ indignis.] Licitas enim negotiationes possunt clerici facere, vt extra ne clerici, vel monachi. ca. 1. & hoc cũ eis sua non sufficiunt, vt 51. dist. clericus.

c ¶ Si cessare.] Non ergo statim deponendus est clericus propter vsuras. 47. dist. c. 1. arg. contra. 47. dist. c. 2. Sol. statim deponendus est, & quod hic dicitur, refertur ad facultatem dispendi. 1.

1 Vel de tur pi lucro hoc d intellige: sed contra in vsura ſm L. de hoc leg. & no. extra de vsu. præterea. ibi videas. Arch.

MInistri.] ¶ Dam. Sup. 46. dist. non licet.

CAnonum.] CASVS. Quidã clerici emebant vilius, vt carius venderent: & hoc faciebant studiosa cupiditate lucrandi. Ideo statutũ fuit in concilio Tarraconensi, vt de cætero hoc non faciant, alioquin deponẽtur. [Studio,] id est, studiosa cupiditate.

c ¶ Vel vendendi.] In eadem forma: sed in rudi materia possũt emere chorum, & chartas, & inde facere sotulares & libros, vt 21. quæst. 1. c. 3. & 91. dist. clericus. nec est negotiatio: sed artificium.

SIquis obligatus.] CASVS. Quidam clerici vsuras testimas exigebant, vel aliquid aliud præter sortem. & vilius emebant, vt carius alijs vendant. quare fuit constitutum à Martino Papa, vt qui de cætero talia fecerint, deponantur. Item est casus sequentis capituli.

a ¶ Ex † *fortasse*, absynthiaco, *aut* absynthiato.

des lib 5. c. 49. Lampridius de Heliogabalo inquit, & rosato, atque absynthio † vulgus ad bibendum inuitauit. *De hoc Alciatus parer. l. 7. c. vlt.*

Item ex concilio Agathensi.

¶ Quando amplius, quàm debetur, exigitur, vsura est. C. IIII.

Burc l. 2. c. 126. Iuo p. 6. c. 200. Pann. l. 3. c. 161.

VSura est, vbi amplius requiritur, quàm datur. Verbi gratia, si dederis solidos decem, & amplius quæsieris: vel dederis frumenti modium vnum, & super aliquid exegeris.

Ecce euidenter ostenditur, quòd quidquid vltra sortem exigitur, vsura est.

QVAESTIO IIII.

QVòd vero a *nec clericis, nec laicis liceat vsuras exigere, probatur auctoritate Gelasii, & aliorum.*

Ait enim Gelasius Papa scribens episcopis per Lucaniam, & Siciliam, c. 17.

¶ A quæstibus negotiationis clerici abstineant. C. I.

d. 88. consequens. §. proinde. Iuo p. 13. c. 28.

CLerici aut ab indignis b quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandum; aut in quocumque gradu sint positi; si cessare c noluerint α, mox à clericalibus officijs abstinere cogantur.

α ¶ Si cessare noluerint.] *Hæc non sunt in epistola, neq; referuntur supra dist. 88. c consequens. sed non sunt expuncta ob glossam.*

Item ex concilio Arelatensi primo, quod confirmauit Papa Siluester, c. 12.

Iuo p. 13. c. 1. † *De ministris*] orig.

¶ Excommunicentur ministri, qui fœnerantur. C. II.

MInistri †, qui fœnerantur, placuit iuxta formam diuinitus datam d, eos à communione abstinere.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 2.

¶ Qui volunt esse in clero, à studio negotiationis abstineant. C. III.

Burc. l. 2. c. 122. Iuo p. 13. c. 13. & p. 6. c. 197.

CAnonum statutis firmatum est, vt quicumque in clero esse voluerint, emendi vilius, vel vendendi c carius studio non vtatur. Quod certe si voluerit exercere, cohibeatur à clero.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 62.

In capitulis Marc. Brach.

¶ Alienetur à clero vsuras, aut superabundantiam exigens. C. IIII.

Psal. 14.

jSIquis oblitus timorem Domini, & sanctam scripturam, quæ dicit; [Pecuniam suã non dedit ad vsuram.]

a ¶ Ex quolibet.] 22. q. 3. placuit.

SIquis clericus.] CASVS. Quidam clericus mutauit certam quantitatem pecuniæ alicui certo tempore soluendam: quæritur est in Nicæno concilio, si tempore statuto ad solutionem faciendam velit recipere pretio debeat eam recipere. Et respondet, q̃ sub eo pretio, quo vendi põt tpe solutionis faciendæ, & tm̃ recipiat sub eo pretio donec præueniat ad summã, quã mutauit. Si vero non vult speciem, sed pecuniam recipiat eam sine augmento. Ita videtur mihi quæstio hnins c. formanda, licet Beneuen. aliter eam formauerit: ec in ea causs positio à sua differt nisi in formatione quæstionis. & Hugo fere idem dicit cum Beneuen. Sequens c. patet.

post hanc cognitionem magni concilij α fœnerauerit, & centesimas exegerit, aut ex quolibet [d] negocio turpe lucrũ quæsierit, aut per diuersas species vini, vel frugis, vel cuiuslibet rei, emendo, vel vendendo aliqua incremẽta susceperit; de gradu suo deiectus, alienus habeatur à clero.

α ¶ Magni concilij.] *Sic loquitur Martinus Bracharensis: quoniam hanc sententiam accepit ex capite 17. concilij Nicæni, quod citatur infra ead. c. quoniam, & in duobus vetustis Gratiani exemplaribus post hoc continuo illud subiungitur.*

Item ex concilio Tarraconensi, c. 3.

¶ Pro pecunia, quàm clericus mutuo dedit, iusto pretio species accipere potest. C. V.

Iuo p. 6. c. 369. & p. 13. c. 14. Pann. l. 3. c. 59.

ijSI quis clericus solidum b in necessitate præstiterit; hoc c de vino, vel frumẽto accipiat, quod d mercandi e causa tempore statuta f decretum g fuerit venundari. Cæterum si speciem non habuerit necessariam; ipsum, quod dedit, sine ullo augmento recipiat.

b ¶ Solidum.] Scilicet pecuniam numeratam.

c ¶ Hoc.] Id est, tm̃.

d ¶ Quod.] Id est, quantum.

e ¶ Mercandi.] Si deberent vendi.

f ¶ Tempore statuto.] Id est, solutionis tempore.

g ¶ Decretum.] A iudice, vel ab alio. scilicet hoc vult dicere, q̃ creditor frumentum pro tanta pecunia debet recipere, quantum valuit tempore solutionis 1. & ita considerandũ est tẽpus solutionis. sed si non est præfixum: tunc æstimatur quãtum valet tempore quo res peritur, vt ff. si cer. per. l. vinium.

1 Nõ intelligas, quod hic imponatur necessitas vendito-ri aliud q̃ dẽat accipiẽdi, sed plus non exigendi. aliud. n. pro alio non potest solui inuito ff. de solut. si quis C. e. tit. cum autem, ſm Bart. Ifid. Archid.

†In vulgatis erat Agathensi 3.]

Anſ. l. 7. c. 153. Burc. l. 2. c. 124. Iuo p. 6. c. 198. & p. 13. c. 9. Pann. l. 3. c. 158. Rab. pẽn. c. 32.

Item ex concilio Carthaginensi † *3. c. 16.*

¶ Clericus non accipiat plus quàm commodauit. C. VI.

& in cõc. Aquisgran. c. 62.

NVllus clericorum amplius recipiat, quàm cuiquam accomodauerit: si pecuniam; pecuniam accipiat: speciem eandem, quantam dederit accipiat: & quidquid aliud tantum, quantum dederit, accipiat.

Item Leo Papa, epist. 1. c. 3.

¶ Etiam laicis vsura damnabilis est. C. VII.

Poly. l. 4 tit. 31. Burc. l. 2. c. 123. Anſ l. 7. c. 149. Iuo p. 6. c. 65.

NEc hoc quoque prætereũdum esse duximus, quosdã lucri turpis cupiditate captos vsurariam exercere pecuniã, & fœnore velle diteſcere. Quod nos, non dicã in eos qui sunt in clericali officio constituti, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerit confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

& in Aquisgrã. c. 40.

Item ex Nicæno concilio, c. 17.

¶ Eijciantur à clero turpia lucra sectantes. C. VIII.

dist 49. quoniã multi. Burc. l. 2. c. 120. Iuo p. 13. c. 8.

OVoniam multi clerici auaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliti sunt diuini præcepti, quo dictum est: [Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.] fœnerantes, centesimas exigunt; statuit hoc sanctum concilium, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipere, vel ex quolibet tali negocio turpia lucra sectari, vel ẽt species frumentorum ad seſcuplum dare, omnis, qui tale aliquid conatus † fuerit ad quæstum h, deijciatur à clero, & alienus ab eccleſiastico habeatur gradu.

†al. cõmentur

capit. 1. j. c. 132.

¶ *Supra dist. 47. hic idem canon affertur ex versione Dionysii, qui nunc ex prisca, quæ est in collectione Isidori.*

Item Iulius Papa.

pere frumẽtum, vel aliã speciem loco pecuniæ, sub quo officio, non iure actionis, licitè. n. põt qs agere ad hoc vt

h QVoniã.] ¶ Ad quæstum.] Vsurã hic q̃ prohibeamur sumere vsurã cã lucri capiãdi nõ aũt vitandi dãni. ar. ad hoc su. e. si qs oblitus. vbi dicit, incremẽta susceperit. maximè si sit bonæ fidei cõtractus. 2. vbi ex sola mora veniũt vsuræ, vt ff. de vsur. mora. §. in bonę. si qs ergo est ī mora soluẽdi, ab eo possũt repeti vsuræ, non tanquã vsuræ, sed tanquam interesse, vt. ff. p̃ soc. socius qui. & tũc petuntur vsuræ iudicis

Vsuræ cã dãni vitandi possũt peti.

2 Quæ sint actiones siue cõtractus bonę fidei, hĩ insti. de actio. §. actionum. & no. ext. de excep. cum venerabilis. in gl. quæsitum, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt reddatur indemnis, vt extra de fideiuss. peruenit. & 12.q.2 si quis de clericis.ubi agitur ad interesse.

Q Vicunque.] CASVS. Aliqui tempore messium vel vindemiarum, non necessitate, sed propter lucri cupiditatem emunt vinum vel annonam pro duobus denarijs, hac intētione, vt seruent postea, donec pro quatuor vendant vel pro pluribus. Quæsitum est à Iulio Papa. vtrum hoc sit turpe lucrū? Ille respondet quòd sic. & dicit Hugo, q̄ hoc c. loquitur generaliter tam de clerico, quàm de laico. Sequens c. patet.

a ¶ Modium.] Si aliquis vendat merces q̄ modo valent quatuor, & facit pactum vt ei dentur quinque ad terminum præfixum: illud non est vsura, si dubium est quantum possunt valere merces illæ ad terminum præfixū: vt extra de vsur. in ciuitate, licet si venderet longè cariori foro quàm modo, valeant, tunc esset vsura, vt extra eo. tit. cō suluit Io. Et quod dicitur de venditione mercium, intelligitur si tempore cōtractus non fuerat venditurus: alioquin esset vsura, vt extra eo. tit. c. vl. B.

Vsura q̄nq; nō fit, licet ꝑ quatuor quinque sol uantur.

b S Iquis.] ¶ Rapinam.] Sic ergo vsurarius est raptor. ergo in eum non trāsfertur dominium. sicut nec in simoniacum. potest tamen concedi, quòd trans fertur dominium in eum. Item cum vsurarius non audiatur nisi restituat vsuras, quas ab aliquo receperit, ergo nec raptor, vt videt quod non admitto & rapina largè sumitur pro qualibet iniusta vsurpatione, vt 32.q.4. meretrices.

Dñium an trāsferat in vsurarium.

Q Vid dicam.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q̄ crudelis est, qui vsuram exercet sicut ille, qui facit rapinam; quia vsura restitui debet, si sic sub quo iudice peti possit. In secunda parte inuehitur contra auaritiam & cupiditatem vsurarij, quæ satiari non potest. Et ostendit, quod vsurarius cum peccato possidet vsuram, quia alienum est: & ideo restituendum, quia iniustè possidet, & eo male vtitur.

c ¶ Reddi.] Id est, dari: quia verbum reddendi ponitur pro verbo dandi. ff. de verb. sign. verbum reddendi. Potest tā dici, q̄ sm leges non sunt dandæ vsuræ, tum q̄a sacræ leges non dedignantur imitari sacros canones, vt 2.q.3.§. notandum. tum quia Imperator iubet seruari ea q̄ statuta sunt in Nicæno concilio, vt in Aut de

Vsuræ & sm leges nō sunt dandæ.

ecc l. tit. in prin. coll 9. sed Nicænum concilium prohibet vsuras, vt 47. dist. quoniam. & su. ea. quoniam. cū ergo Imperator constitutione sua confirmauit statuta Nicæni concilij, patet q̄ voluit derogare omnibus legibus quæ loquuntur de vsuris. Vel dic vt dixi 10. d. lege.

d ¶ Scri-

¶ Turpe lucrum sequitur, qui minus emit, vt plus vendat. C. IX.

Poly. ibidem. Bntc. l. 2. c. 127. Iuo p. 6. c. 201. & p. 13. c. 21. Pann. l. 3. c. 162.

Q Vicunque tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum, verbi gratia de duobus denarijs cōparat modiū [a] vnum, & seruat vsq; dum vendatur denarijs, quatuor, aut sex, aut amplius; hoc turpe lucrum dicimus.

¶ *Caput hoc apud Burchardum, & Iuonem p. 6. c. 201. & in Panormia citatur ex decretis Iulij Papæ vsurarijs missis. Verum idem Iuo par. 13. c. 21. citat ex capitularibus quorum lib. 1. cap. 131. habetur.*

Item Ambrosius in libro de bono mortis, c. 12.

¶ Rapinam facit, qui vsuram accipit. C. X.

Poly. l. 6. c. 20.

S I quis vsuram acceperit; rapinam [b] facit, vita non viuit.

Item Augustinus ad Macedonium, epist. 54.

¶ Non minus crudelis est, qui pauperem trucidat fœnore, quàm qui diuiti aliqua rapit. C. XI.

Prou. 17.

Q Vid dicam de vsuris, quas etiam ipsæ leges, & iudices reddi [c] iubent? An crudelior est, qui subtrahit aliquid, vel eripit diuiti; quàm qui trucidat pauperem fœnore? Hæc, atque huiusmodi male vtiq; possidentur: & vellem, vt restituerentur: sed non est, quo iudice repetantur. Iam vero, si prudenter intueamur, quod scriptum est [d]: Fidelis hominis totus mundus [e] diuitiæ sunt: infidelis aūt, nec obolus [f]:] nonne omnes, qui sibi videntur gaudere licite conquisitis, eisque vti nescIunt; aliena possidere conuincimus? Hoc enim certè alienum [g] non est, quod iure possidetur: hoc autem iure, quòd iustè: & hoc iustè, quòd bene †. Omne igitur, quòd male possidetur; alienum est: male autem possidet, qui male vtitur.

Porro, à quo vsuræ exigendæ sint, Ambrosius testatur dicens in libro de Tobia, c. 15.

¶ Ab illo vsuram exigere possumus, cui iure nocemus. C. XII.

Iuo p. 23. c. 27. † *Ibi inquit.*] orig.

A B † illo vsuram exige, cui merito nocere desideras; & contra quem bellum iuste mouetur.

d ¶ Scriptum est.] In prologo Bibliæ.

e ¶ Totus mundus.] Id est, quælibet parua pars mundi, i. vt hæc dictio, totus, hic ponatur distributiue.

f ¶ Nec obolus.] Supple est totus mundus.

g ¶ Alienum.] Canon fingit rem alienam illam, qua quis male vtitur, vt hic, & 47. distin. sicut hi. & extra de verb. sign. c. ius dicitur.

PORRO. CASVS. Supra dictum est, quòd vsuræ non debent exigi: nunc ponit casum, in quo possunt exigi. & ad hoc inducit sequens cap.

A B illo.] CASVS. Quæsitum fuit ab Ambrosio; à quo vsuræ exigi sine peccato vel recipi possint. Et respondet quod ab illo, cui nocere merito desideramus & contra quem bellum iuste mouemus, sed bello vincere non valemus. Hoc c. intelligit H. generaliter de Iudæo, pagano, hæretico, & Christiano quolibet, contra quem bellum iuste mouetur.

à ¶ Cui.]

a ¶ Cui.] Sicut nulli nocere dēs, sic à nullo debes petere vsuras. vt c. intelligatur negatiue, & sic planum est. [Alij dicunt, q̄ ab hostibus licitū est petere vsuras. nā & oīa eorum licite possumus auferre, vt 23. q. 7. c. 1. & 2. & quibuscum q; infidijs possumus nocere eis, vt 22. q. 2. dūs.

b ¶ Vbi iustum bellum.] Iustum bellum est quod geritur ex edicto principis, vt 33. q. 2. iustum. I. ao.

Vbi

cui [a] iure inferuntur arma, huic legitime indicantur vsuræ, quem bello vincere facile non potes. De hoc cito potes centesima vindicare te. Ab hoc vsuram exige; quem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vsuram flagitat: sine gladio de se hoste vlciscitur, qui fuerit vsurarius exactor inimici. Ergo vbi ius [b] belli, ibi etiam ius vsuræ.

QVAESTIO V.

Vòd vero [c] eleemosynæ non sint faciendæ ex fœnore, vel vsuris, nec ex quolibet male acquisito; Augustinus testatur in libro de verbis Domini, sermone 35.

Iuo p. 13. c. 16.

¶ De vsuris eleemosynæ fieri non possunt. C. I.

N Olite velle eleemosynas facere de fœnore, & vsuris [d].

Item Ecclesiastici 34.

¶ Oblatio de rapina reprobatur à Deo. C. II.

† *immolantis*] orig.

I Mmolans † ex iniquo oblatio est maculata. *& infra.*

¶ Dona iniquorum [e] non probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine [f] sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium de substantia pauperum: quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperis est †. Qui defraudat illud, homo sanguinis [g] est. Qui aufert in sudore panem; qua qui occidit proximum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres [h] sunt.

Facit ad hoc vexat. l. in hi. cum lege. ff. de iustitia.

Item Augustinus in lib. 50. homiliarum, hom. 7.

† Hinc Tho. Aquinas in quæstionibus de usuris. 5. infert q̄ sim legē diuina nō transfertur dominium in vsurarium, sed tm̄ fit lex humana.

1 Hic vu lt dicit, q̄ ea q̄ possidet, licite acquisiuit. sic fi ciunt quo tous qui das ea Fo Archid.

Eleemosyna, vtrū fieri possit de illicite acquisitis.

b ¶ Vbi ius.] Iustum bellum est quod geritur ex edicto principis, vt 33. q. 2. iustum I. ao.

Vòd vero.] Hæc quæstio diuiditur in quatuor partes, in prima quarum probat per ix. auctorit. q̄ de vsuris & rebus male acquisitis, de quibus dñium nō transiit, nō possunt fieri eleemosynæ. Secunda ibi, [Econtra.] Tertia ibi, [Item obijcitur.] Quarta ibi, [Sed Aug.] Io. CASVS. Hic intitulatur quinta quæstio, vbi q̄ritur, an ex vsuris, & rebus male acquisitis possint eleemosynæ fieri. Et certe quidam dicunt, q̄ ex nulla re illicite acquisita pōt eleemosyna fieri, vt inf. e. eleemosyna. & 1. q. 1. non est putanda. vbi dī: Honora Dñm de tuis iustis laboribus. & in Deuter. Non accipies mercedē prostibuli. Alij distinguunt vtrū transferatur dñium, vel non. Vbi non transfertur dñium, de rebus illis eleemosyna fieri nō potest, vt de rapina & furto. Vel vbi transfertur, sed datur repetitio, similiter eleemosyna fieri non potest, vt in vsura, & re per metum extorta, & etiam in simonia. Vbi autem transfertur dominium, & non competit repetitio, eleemosyna fieri potest, vt de re per meretriciū acquisita, & de re quæ datur histrioni, vt inf. c. qui habetis. & c. non sane. Quod dicitur: non accipies mercedem prostibuli, non obstat: quia oblatio licet de ea fieri non possit, non prohibetur quin eleemosyna fieri possit, & quod dicitur: Honora Dominum de iustis laboribus, non prohibet quin idem de alijs.

c ¶ Quòd vero.] Quidam generaliter dicunt, q̄ de nullo illicite acquisito pōt fieri eleemosyna, nec de meretricio, nec de vsura, nec de alea, nec de histrionatu, nec de simonia. scriptū est enim: Honorabis dñm Deū tuū ex iustis tuis laboribus. 1. q. 1. non est putanda, & in Deut. dicitur: Non accipies mercedem prostibuli & est ar. ad hoc inf. eleleemosyna. & 32. q. 4. sicut non sunt, nā illicitè acquisita nō sunt in bonis nostris, nec nostra, vt ff. pro soc. cum duob. §. vlt. Alij dicunt, q̄ si de illicite acquisitis nō trāsfertur dominiū, vel etiam trāsfertur, sed competit repetitio; nō potest tamen fieri eleemosyna, vt i vsura. arg. c. ext. de iureiur. debitores. & in simonia, vt extra de simon. veniens. Sed si nō datur repetitio, & transfertur dominium, bene fit inde eleemosyna, vt si aliquid datur meretrici, illud non potest repeti, vt ff. de cōd. ob turpem cau. idem q̄ si. §. quoties. vnde de tali potest meretrix facere eleemosynam. Idem de eo est quod datur histrioni, & de eo quod extorquetur ratione officij alicuius, vt inf. ead. non fanè. Quod autem dicitur, quòd sacerdos non potest percipere mercedem prostibuli, potest dici, quòd res furtiua vendatur, de nummis illis potest fieri eleemosyna: quia non sunt nummi furtiui, qui dantur pro re furtiua, vt ff. de fur. qui vas. §. vlti. quod non credo, vt extra de vsur. cum tu. in fine 1.

1 De hoc nō extra de decimis ex trasmissa.

d N Olite.] ¶ Vsuris.] Hic inculcatio verborum est, & fœnus dicitur vsurarum. Vnde Lucanus.

Hinc vsura vorax, auidumque in tempore fœnus.

I Mmolans.] CASVS. Aug in hoc ca. reprehendit illos, qui ex male acquisito faciunt oblationes. Nam qui offert sacrificium, vel oblationes ex iniusto acquisito, similis est illi, qui interficit filium in conspectu patris, nam qui rapit pauperibus, & qui sanguinem fundit humanum, & homicida reputatur, & similes sunt in malo. [Immolans,] id est, immolantis.

e ¶ Iniquorum.] sup. 1. q. 1. nullus. & c. non est putanda.

f ¶ Nec in multitudine.] Sed in meritis, vt 24. q. 1. odi.

g ¶ Sanguinis.] Supr. 86. dist. pasce.

h ¶ Fratres.] Id est, pares siue similes in peccato in. c. c. multi. & de pœni. dist. 1. homicidiorum.

Fœ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

FOrte.] CASVS. Quidam putant se non peccare, si auferant auaro, & diuiti, vt pauperibus largiantur: sed dicit Aug. q tales diabolica suggestione monentur: quia qui talia faciunt, addunt iniquitatem iniquitati.

NEque.] CASVS. In hoc c. ostendit. Augustin. q malum præcedens (vt rapina, vel inuasio) non excusatur propter bonū sequens. & hoc probatur duob. exemplis, scilicet primo & tertio. Et econuerso bonum præcedēs non

Malum pp bonū nō est faciendum. 1 Ad hoc plene extra ne cleric. vel mona. c. 3.

a ¶ Non habebo.] Nec enim propter bonum est faciendum malum, vt 30. q. 1. nosse. 32 quęst. 4. sicut non sunt 1. non videtur tamen, q tales furtum cōmittat: quia furtum non fit nisi adsit animus lucrādi, vt ff. de fur. l. 1. sed nō est ita: qa species furti est ex alieno largiri, vt ff. de furt. si pignore. §. 1.

SI quid inueniſti.] CASVS. Dicit Aug. in hoc c. q si aliquis inueniat aliqd, & animo lucrandi retinuit, talis dicitur raptor: nam qui alienū negat, si inueniret alienum, tolleret: & dolet q plus non inuenit. Deus enim respicit cor, & non manum. Sequentia duo capitula patent.

Furari intendens qſque furtum non committit.

b ¶ Si qd inueniſti.] Hic notabis q si inueni rem aliquam habitam pro derelicto, licet intendam eā furari: non tamen committo furtum. Item si non habetur pro derelicto, credo tñ q habeatur pro derelicto, similiter non cōmitto furtum. si autē non habetur pro derelicto, nec credas q habeatur, si eo animo accepisti, vt domino restituas, non cōmittis furtum: hoc tamen in libellos debes protestari. hoc totum habes. ff. de furt. falsus. §. qui alienum. Item & hoc scias, q si quis inuenit thesaurum in loco proprio, statim inuctoris est: si aūt in loco alieno, & casu fortuito eum inuenerit, dimidius sit inuentoris, & dimidius sit dñi loci. si vero studiose quæsiuit, & inuenit eum in loco alterius, totus erit dñi loci. si vero in sacro, vel religioso loco casu fortuito inuenit thesaurū, totus est inuctoris, vt inst. de re. diu. §. thesauros, & C. de thesau. l. nemo. lib. 10. Io.

Thesaurus inuentus cuius est.

c MVlti.] ¶ Dicunt.] Isti male dicunt: quia omnes scire debeat quod suum non est, ad alios perti-

¶Non est aliquid rapiendum diuitibus, vt detur egenis. C. III.

FOrte aliquis hoc secum cogitat, & dicit: multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi: non habebo [a] peccatum; si suum illis abstulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nihil boni agunt, mercedē habere potero, si ego eleemosynas dedero. Etiam in hac re parcat vnusquisque animæ suæ: quia huiusmodi cogitatio ex diaboli callidita te suggeritur. Nam etiamsi tutum tribuat pauperibus, quod abstulerit; addit potius peccata, quàm minuat.

[*Item Hieronymus.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IIII.

†al. in rapina morsens

NEmo qui rapit† moriens, si habet vnde reddas, saluatur. Si eos quorum fuit, inuenire non poterit; ecclesiæ, vel pauperibus tribuat.

¶ Hęc & sequens Palea absunt à plerisque vetustis, etiam in quibus cęterę esse solent. In vno autem habentur supra ead. q. 4. post c. si quis vsuram.

[*Item Ambrosius.*]

¶ De eodem. PALEA. C. V.

RApinam emere non licet, nisi ea intentione, vt cui est ablata, reddatur.

Item Augustinus in lib. 50. homiliarum, hom. 9. & serm. 21. de verbis Apostoli

¶ Furtum committit, qui inuentum non reddit.

C. VI.

SI quid inueniſti [b], & non reddidisti; rapuisti: quantum potuisti, fecisti. Quia plus non inueniſti, ideo non plus rapuisti. Qui alienum negat; si posset, & tolleret. *& paucis interiectis.* ¶ Deus cor interrogat, non manum.

Poly. l. 6. tit. 16.

Item Gregorius lib. 7. epist. 110 ad Siagrium.

¶ Qui de rebus concessis, & bene quæsitis eleemosynam impendit, illa placet Deo. C. VII.

ELeemosyna redemptoris nostri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate congeritur; sed quę de rebus concessis, & bene acquisitis impenditur.

Poly. l. 2. tit. 1. Pann. l. 2. c. 191.

¶ In epistola Beati Gregorij verbis huius capitis præponuntur verba capitis, non est putanda supra 1. q. 1.

Item Hieronymus in lib. Leuitici. Origenes ho. 4. ad c. 6. Leuitici.

¶ Peccat, qui rem inuentam non reddit. C. VIII.

MVlti sine peccato putant esse; si alienum, quod inuenerint, teneant: & dicunt [c], Deus mihi dedit: cui habeo reddere? Discant ergo peccatum hoc esse simile rapi, næ, si quis inuenta non reddat.

Item Augustinus lib. de bono coniugali, c. 4.

¶ Bonus vsus non iustificat iniusta quæsita.

C. IX.

NEque enim si agris inique, ac perperam inuasis ita non vitiatur malo sequenti. & hoc probat duobus exemplis: scilicet secundo & quarto. Et no. q prima duo exem

pla opponuntur sibi: & sequentia duo similiter. Secundum exemplum est ibi, [Neque si alius.] Tertium ibi, [Nec tyrannice.] Quartū ibi, [Nec vituperabilis ordo.

a ¶ Iustificat.] Argu. q bonum non improbatur propter malum cohærens: nec malum approbatur pp bonum cohærens

†al. quisquam

quisque† vtatur, vt ex eorum fructibus largas eleemosynas faciat; ideo rapinam iustificat [a]. ¶ Neque si alius ruri paterno, vel iuste quæsito auarus incumbat; ideo culpanda est iuris ciuilis regula, qua possessor legitimus factus est. ¶ Nec tyrannicæ factionis peruersitas laudabilis [b] erit si regia clementia tyrannus subditos trāctet. ¶ Nec vituperabilis ordo regiæ potestatis, si rex crudelitate tyrannica fœuiat. Aliud est namque iniusta [c] potestate iuste velle vti: & aliud est iusta potestate iniuste velle vti α.

α ¶ Velle uti.] *Posti hęc verba apud B. Augustinum sequitur, c. concubinæ inf. 32. q. 2.*

Item Ambrosius lib. 3. de officijs, c. 9.

¶ Cum alterius detrimento alteri subuenire non licet. C. X.

DEnique [d] si non potest subueniri alteri, nisi alter lædatur; commodius est neutrum [e] iuuari, quàm grauari alterum. Ideoque in causis pecuniarijs interuenire nō [f] est sacerdotis: in quibus non potest fieri, quin frequenter lædatur alter, qui vincitur: quoniam intercessoris beneficio se victum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere, prodesse velle omnibus: posse autem solius Dei est.

Item Gregorius in regesto lib. 7. indict. 2. epist. 126. Recaredo regi.

¶ Eleemosynæ, & sacrificia non placent Deo, quæ offeruntur ex scelere. C. XI.

5. q. 7. ī grauib. Prou. 15. SCriptum est: [Victimæ impiorum abominabiles Deo: vota iustorum placabilia.] Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quod datur, sed à quo detur, inspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: [Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & munera eius non respexit.] Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera: præmisit solicite, quia respexit ad Abel. Ex quare patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus sed munera ab offerente placuerunt g: [Dona quippe iniquorum non probat altissimus: nec respicit in oblaciones eorum, nec in multitudine sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.] *Item.* [Longe est Dominus ab impijs; & orationes iustorum exaudiet.]

Gen. 4

Eccl. 34

Prou. 15.

¶ Placuerunt.] *Hucusque B. Gregorius: sicut supra 3. q. 7. c. in græcis 5, est notatum.*

Exo. l. 3. *2 Cōtra in Exodo legitur, quòd filij Israel exituri de Aegypto à vicinis suis acceperunt mutuo vasa aurea, & argentea: ex quib. postea ædificauerunt tabernaculū Dño. His respondet Aug. in lib. quæst. Exodi, q. 39.*

Ad hoc j. q. confuerunt. 32. q. 3 5. ita. & ca. quid. ff. q. qui re. Ar. cōtra 23. tunc habet. Ar.

hærens 1, vt 56. d. vndecunque & 23 q. 5. relegentes. Ar. contra, 22. q. 2. si quælibet.

b ¶ Laudabilis.] i. licet iniuste electus bene vtatur dignitate, per hoc non conualescit dignitas, vt 1. q. principatus. hoc tamen fallit. vt ext. de renun. nisi.

c ¶ Iniusta.] Idest, iniuste acquisita. Omnis enim potestas à Deo est. arg 23. q. 1. quid culpatur.

DEnique.] CASVS. Quæsitum est ab Ambr. vtrū in causa pecuniaria, quæ vertitur inter aliquos, possit sacerdos pro altero licite postulare? Et resp. q nō qa cō modius est vt neuter iuuetur, quàm grauet alter: quia ad officiū sacerdotis spectat vt nemini noceat, sed profit omnibus. & facit principium c. ad propositū Gratiani. s. vt alienū non auferam, vt alteri subueniā pecuniariter maxime.

d ¶ Deniq.] Sic ff. q. 3. nolite. cum suis concor. & 13. q. 3. nō æstimemus.

e ¶ Neutrum.] Ar. q nulli subueniendum est cum iniuria alterius. vt 22 qō. 3. primum 2. & cauendum est ne prætextu nocētis innocens puniatur. C. de his qui latro. occ. l. 2. in fi. quia sanctius est, &c. ff. de pœn. absentē. & pœna suos tenebit auctores. C. de pę. sanci mus. ext. de his quæ à maio. parte, c. quæsiuit. nec debet alteri per alterum iniqua conditio afferri, vt ff. de reg. iur. non debet.

2 Ar. 32. q. 4. sicut nō sūt. 14. di. q. 3 ait. C. de ita. & ima. l. vlt.

Puniri non debet alter pro altero.

f ¶ Non est sacerdotis.] Arg q sacerdotes nō possunt aduocare, in causis, vt hic. & 88. di. per latū. Ar. cōtra. 15. q. 2. obseruandū. Sol. coram sæcularī iudice non pñt allegare nisi pro certis pñonis, vt ext. de post. c. 1. sed corā ecclesiastico bñ. Io. Hodie sacerdos non pōt postulare nisi p se & ecclesia sua, vel p coniunctis & miserabilib. personis, vt ext. eo. c. vlt. B.

SCriptū.] CASVS. Quæsitum fuit à Gre. an de illicite acquisitis possint facere pōres sacrificia vel oblationes? Et rñdet q nō: & hoc p hāc exēplo Cain, ad cuius munera vel personam dñs nō respexit, cum malus esset & impius: sed ad Abel & ad munera eius respexit: dona enim iniquorum non probat altissimus, sed bonorum.

g ¶ Scriptum.] Hoc c. expositum est sup. 3. q. 7. in grauibus. §. ecce.

CONTRA. Hæc est 2. pars quæstio. secundum. Ioan. de Fant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CASVS. Supra probatum est, q̃ de furto, vel rapina, vel consimilibus eleemosynæ vel oblationes fieri non debent. Nunc probant contra exemplo Iudæorum, qui de vasis quæ mutuo acceperunt ab Aegyptijs ædificauerũt postea tabernaculum Dño. Sed huic obiectioni rñdet Grat. per seq. c.

DIxit.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. vtrum exemplo Iudæorum, qui Aegyptios expoliauerunt auro & argẽto, possit quis suum proximum spoliare? Et respondet q̃ non. nec Iudæi furtum fecerunt, sed præceptũ Domini seruauerunt.

a ¶ Sumendum exẽplum.] Arg. ab exemplis non esse argumẽtandum. 12. q. 2. gloria. ver. neque vero. Arg. contra. 37. dist. qui mensa.

Delictaexcutantur auctoritate maioris.

b ¶ Furtum.] Arg. q̃ hostes possumus decipere & eis sua auferre, vt 43. distin. in mandatis. 23. q. 7. c. j. & 2. sup. dicti. 8. quo iure. & C. de cõmer. & merca. l. 2. Hic tamen ideo excusant, quia maioris auctoritate hoc fecerunt: & ita ẽ ar. hic maior auctoritas excusat in illicitis, vt 63. d Salonitanæ & de consec. d. 5. discipulos. 23. q. 1. quid culpat, sic Abrahã & Sampson & alij multi fuerũt excusati auctoritate Domini, vt 23. q. 5. si non licet. arg. contra 16. q. 1. in canonib. & 12. quæ. 2. quicumque.

ITEM OBIICITVR. Hęc est 3. pars quæstio. i qua quæritur vtrum rapina in decalogo inueniatur prohibita: & probat q̃ sic per c. seq. Ioan. de Fant.

CASVS. Adhuc probat Grat. q̃ ex illicite acquisito velut ex rapina possunt eleemosynæ fieri. nam rapina nullo Dei mandato videtur esse prohibita, sed rsondet q̃ cum furtum sit prohibitum, omnis illicita vsurpatio intelligitur esse prohibita, vt probatur seq. c.

1 Non mirũ cũ præcedat culpa: quia prout dicit Au. plus fraudator lædit damno innocẽtiæ quam alius damno pecuniæ. P

POenale.] CASVS. Docet hic Augus. quòd maius est peccatum rapere manifeste, quam occulte furari: & quòd nomine furti in lege veteri rapina & omnis illicita vsurpatio intelligitur. A parte enim totum significatur. [A parte.] Furtum secundum quod dicitur à furto, & rapina, sunt species illicitæ vsurpationis: sed secundum quod dicitur furtum contractio rei alienæ inuito domino, furium non est species rapinæ, sed econtra.

c ¶ Pęnale.] i. dignum pęna 1.

d ¶ Maioris.] Magis enim delinquit raptor, quàm fur, vt inst. vi bo. rap. in prin.

¶ Non licet aliena rapere exemplo Israelitarum spoliantium Ægyptios. C. XII.

DIxit Dominus ad Moysem: [Petat vir à proximo, & mulier à proxima, vasa aurea, & argentea, & vestem. Non hinc quisquam sumendum exemplum[a] putare debet ad expoliandum isto modo proximum. Hoc enim Deus iussit, q̃ nouerat, q̃d quemq; pati oporteret. Nec Israelitæ furtum [b] fecerunt: sed Deo iubenti ministerium p̃buerũt.

paulo aliter in orig. Burc. l. 11. c. 53. Iuo p. 13. c. 2.

3 *Item obijcitur. Aliena rapere non est contra præceptũ. Nullo siquidẽ Dei mãdato rapina videtur prohibita. Sed nomine furti oĩs illicita vsurpatio rei alienæ intelligitur. Vnde Augustinus in eodem lib. q. 71.*

¶ Maioris pœnæ est violenter aliquid eripere, quàm furari. C. XIII.

POenale [c] est occulte auferre: multo maiorjs [d] pœnæ est visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti siue occulte, siue palam, habet præceptum suum. Furti enim [α] nomine bene intelligatur omnis illicita vsurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit: sed vtique furti nomine in lege veteris testamenti & rapinam intelligi voluit. A parte enim [f] totum significauit, quidquid illicite rerum proximi aufertur.

32. q. 4. meretrices. Sent. 3. dist. 37. Bur. l. 11. c. 54. Iuo p. 13. c. 3. Poly. l. 6. tit. 16. Anſ. l. 11. c. 109.

α ¶ Furti enim.] *Hæc sunt verba B. Augustini, licet mutato orationis ductu: quæ autem antecedunt apud ipsum non sunt inuenta. Integer locus B. Aug. de furto, & mœchia habetur infra 32. q. 4. meretrices.*

His auctoritatibus probatur, quòd neque ex rebus inuentis, neque ex male conquisitis eleemosynam quisquam facere potest.

4 *Sed Augustinus contra testatur ser. 35. de verbis Domini dicens.*

¶ De male acquisitis bonum fieri potest. C. XIIII.

OVi habetis de malo g, facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Esto bonus, qui bonum facis de malo: & cum cęperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui conuertuntur in bonum, tu autem remanes malus?

Iuo p. 13. c. 16.

furtum pars rapinę, eodẽ modo quo genus est pars speciei. rapina enim est species furti: nam omnis raptor est fur, vt inst. vi bo. rapt. in prin

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Concludit Gr. ex omnibus supradictis c. à prin. q. quod ex rebus male acquisitis eleemosyna fieri non debet, postea probat contrarium.

SED AVG. Hæc est 4 pars q. in qua dicitur, quòd de quibuldam male acquisitis quandoque transit dominium, & tunc potest fieri eleemosyna. Io. de Fant.

QVi habetis.] CASVS. Docet hic Aug. q̃ qui hẽt pecuniam de malo acquisitam, conuertat illam in bonum, & ipse malus non remaneat. absit enim vt nũ mi tui conuertantur in bonum, & tu remaneas malus.

g ¶ De malo.] Grat. tribus modis exponit illud verbũ facite de malo bonum, & bene, &c.

SED

SED HOC MVLTIPLICITER. CASVS. Exponit Grat. hic quod dictum est supra in præcedenti c. vbi dicitur, q̃ de malo potest quis facere bonum. & exponit illa verba tripliciter. Primo dĩ quis de malo facere bonum cum reddit quæ illicite ablatum. Secundo cum pauperibus dispensat ea, quæ cum malo, ideſt, cura & solicitudine acquisiuit, & hoc probat auctoritate Euangelij dicentis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Tertio cum bonum quis expendit, ideſt q̃d ex arte mathematica acquisiuit.

Luc. 16.

Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui reddit[a] quod illicite abstulit. Nomine etiam mali, cura, & solicitudo mortalium exprimitur. De malo ergo bonum facit, qui pauperibus dispensat quod cum labore, & solicitudine acquisiuit, iuxta illud Euangelij: [Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Vel ex malo acquiritur, quod ex turpi causa possidetur; veluti cum mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quæ prænunciat, non nulla lucratur. Quæ vero de malo sic acquiruntur, in bonum possunt conuerti. De peccato etiam aliqua nonnunquam acquiruntur, quæ pauperibus iuste erogantur.

Vnde Augustinus Ad Macedonium, epist. 54.

¶ Quæ male acquiruntur, aliquando bene possunt expendi. C. XV.

Poly. l. 6. tit. 20.

NOn sanè, quidquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur [c]. Nam plerique nec medico [d] volunt reddere honorem suum, nec operario mercedem: nec tamen hæc qui ab inuito accipiunt, per iniuriam accipiunt: quæ potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex vendere iustum iudicium, aut testis verum testimonium; quia vendit aduocatus iustum patrocinium [e], iurisperitus verum consilium. Illi enim inter vtramque partem ad examen † adhibentur; isti ex vna parte consistunt. Cũ autem iudicia, & testimonia †, quæ nec iusta, nec vera vendenda sunt, iniqua, & falsa venduntur; multo sceleratius vtriq; pecunia sumitur, quia scelerate etiam, quamuis à volentibus datur. Ille [f] tamen solet tanquã male sibi ablatam pecuniam repetere, qui iustũ iudiciũ emit: quoniam venale esse nõ debuit. Qui vero pro iniquo iudicio dedit; vellet quidem repetere, nisi timeret, vel puderet emisse. Sunt aliæ personæ inferioris loci, quæ ab vtraque parte non insolenter accipiunt g, sicut officialis, & qui † amouetur [h], & cui admouetur officium. Ab his extorta per immoderatam improbitarem, repeti [i] solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent [κ]; magisque [k] reprehendimus, qui talia inusitate repetiuerunt, quàm qui ea de more sumpserunt: quoniam multæ necessariæ perso-

su. 11. q. 3. non licet.

† *al. examina*

† *Concor. l. diuus, cum not. ff. de rebus. & Bal. l. compationes. C. de fide instr.*

rij, aduocati, & officiales: sed officiales ab vtraque parte recipiunt: alij vero tantum ab vna: Sunt & aliæ personæ, quæ vendere non possunt, vt iudices & testes, qui magis peccant si pecuniam pro falsis, & inquis iudicijs, & testimonijs accipiunt, quàm si accipiunt pro veris. In secunda parte dicitur, q̃ illud quod officiales acquirunt ratione officij, etiam cum peccato possunt pauperibus erogare: quæ vero furto, vel rapina, vel inuasione acquiruntur, non sunt pauperibus erogãda. Secunda pars incipit ibi, [Ifti si viam.] Ego B. sic credo casum ponendũ, Beneuẽ. vero breuius ponit. Et scias, q̃ H. intelligit illud verbum, [Ifti si viam,] De omnibus supradictis, scilicet iudice, aduocato, teste, officiali, & iurisperito, c ¶ Aufertur.] Per iudicem.

d ¶ Nec medico.] Permittit enim hic medicos quasi digniores, cum tamen medici non sint maioris valoris, quàm obstetrices, vt C. commu. de leg. si duobus. 1. respon.

e ¶ Patrocinium.] Hoc est cõtra G. qui dixit nihil posse recipi pro iusto patrocinio, vt no. 11. q. 3. non licet 1.

1 Adde q̃ debent recipere. no. gl. & Cy. in l. 1. C. de suf.

f ¶ Ille.] Arg contra illos, qui dicunt, si dedi tibi pecuniam, vt pro me iudicares in iusta causa: quòd non possum repetere pecuniam datam, vt ff. de condi. ob turp. cau. l. 2. vbi dicitur, q̃ talis item perdit, quia videtur velle iudicem corrumpere. Ego credo q̃ possit talis repetere pecuniam, si non eo animo dat, vt iudicem corrumpat. nam si dat eo animo, vt ius & quietem sibi conseruet, tunc potest repetere, vt probatur extra de simo. dilectus. sed ibi dicitur, quòd repetit si non seruatur pactum.

g ¶ Accipiunt.] Sportulas.

ADDITIO. Hoc intellige cum non recipiunt salarium de publico. 23. q. 1. militare. 86. dist. non satis. ver. in singulis. Ioan. de Fan.

h ¶ Amoueatur.] Vt distinguere inter ppetuos, & tpales officiales. Tpalem vocat eũ q̃ amouet. perpetuũ vocat eũ cui perpetuo admouetur, i. traditur tale officiũ.

i ¶ Repeti.] De facto.

K ¶ Magisque.] Hic vult dicere, q̃ officiati reprehẽdun tur, non ex eo, q̃ aliqua extorquẽr, sed q̃a ea immoderate exquirunt. Vnde talia non repetunt ab eis, nisi cer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum sit eis salarium constitutũ. tunc enim si aliq̃d vltra hoc petierint crimine concussionis tenentur, vt 13.q.1. militare: & soluent quadruplum. 18.dist. quoniam.

a ¶ Necessariæ personæ.] ad officium tale.

b ¶ Tanquam sua.] Arg. q̃ de rebus illicite acquisitis, dum tñ transferatur dominiũ in accipientem, fit eleemosyna, vt sup. qui habetis. c¶ Donanda.] Paueribus.

d ¶ Zachæi publicani.] Qui dixit: Si quẽ defraudaui, reddo quadruplũ. & sic patet, q̃ licite quadruplum. vel duplum peti potest, vt 12.q.2.cũ dilectissimam.

Vòd vero.] Hæc q̃ diuidit̃ in quatuor partes, in prima quarum probat per c. Augustin. quòd non agitur pœnitentia digna si res non restituitur. Secũda ibi, [Si vero.] Tertia ibi, [Promalis.] Quarta ibi, [Furtum autem.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 6 q. in qua quæritur, vtrum quis pœnitere possit, nisi reddat aliena: Et respondetur q̃ non, si potest reddere ea, vel eorũ æstimationem.

e ¶ Quòd vero.] Siue sint raptores, siue fures, veram pœnitentiam non possunt agere, id est, fructum veræ pœnitentię non cõsequuntur, vt infr. ea. cap. 1. tamen admitti debent ad pœnitentiam, vt extra de pœ. & rem. quod quidam. & inf. de pœ. distin. 3. §. vlt. & dist. 5. falsas.

SIres.] CASVS. Macedonius de quatuor quæsiuit ab Augu. primo, an dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum. & respon. q̃ non, si põt restitui. Secundo, an fur possit verberar, cum se negat habere quod reddat, putatur tamen habere. & respon. q̃ sic. Tertio an ecclesia pro talibus verberatis possit intercedere, & respon. q̃ sic. non vt ablata non reddãtur: q̃a sic socia criminis videret. Quarto an clerici debeant tales verberare, vel verberand. iudici tradere sæculari & respon. q̃ non, sed minari sibi humanum iudicium aliqñ, diuinũ vero semper: quandoq; clã, quandoq; manifeste. prout peccatum est occultum, vel manifestum, vel prout exigit diuersitas personarum. Secunda responsio est ibi, [Huic certe non.] Tertia ibi, [Sed non inhumanum.] Quarta ibi. [Sed nunquid] Nos.] Supple. clerici.

[¶ Nisi restituatur.] Videtur hic, q̃ quantocumq; tempore quis alienam rem possederit? q̃ non currit in ea præscriptio, vt 34. q 2. si virgo. nam diuturnitas temporis non minuit, sed auget peccatum, & aggrauat 1, vt 24. q. 1. schisma. vnde in præscriptione requiritur bona fides à principio, & in medio, & in fine, & ex omni tempore præscriptionis, vt extra de præscr. qm̃ omne. Tu dicas, q̃ si ex omni parte præscriptioni habuit bonam fidem; tunc res illa facta est sua de beneficio iuris, vnde tunc non est dicendũ, q̃ habeat cõscientiã rei alienæ, licet post tempus præscriptionis incipiat scire rẽ alienã fuisse: nisi velis intelligere, i. rei q̃ fuit aliena. Quidam tamen dicũt, q̃ si aliqs rẽ p̃scriptã haberet ex cã lucrati ua, tenetur ipsã restituere, si remordet ipsũ conscientia: q̃a nihil deperire credimus ecclesiæ vtilitatibus, si ea q̃ sunt aliena reddantur, vt 54. dist. generalis. sed si eam habet ex causa non lucrativa, non tenetur, vt ff. de his quæ in fraud. cre. qui autem. §. si quid cum pupillo.

g ¶ Patiendo.] Idest, permittẽdo, q̃ alii male ei auferant.

h ¶ Redde.] Hoc intellige q̃n fur vel raptor non est soluendo, sed si esset soluendo, licet res quam abstulerit, sine culpa sua perisset, tamen tenetur reddere æstimationem ipsius, vt C. de fur. subtracto.

i ¶ Cruciatus.] Arg. q̃ qui pauperes sunt, & non sunt soluendo, semper verberandi sunt pro debito, vt 12.q.2. fraternitas, & in l. libertus. & hoc est verũ vbi cõuenitur ex maleficio. sed si cõueniunt̃ rõne cõtractus alicuius, tunc sufficit cedere bonis, vt C. qui bo. ced. posl. vlt.

K ¶ Peccati.] Ergo adhuc non est liberatus à debito, sed tantum à pœna: vnde si [postea] peruenerit ad pinguiorem fortunam, æque poterit conueniri sicut ille, qui ex aliquo contractu est obligatus. inst. de act. §. vlti. & extra de solu. Odoardus.

a ¶ In-

Lucæ 19.

† Concor. text. in l. 1. §. est enim. ff. de var. & extra. ord. cog.

Sequitur apud B. Aug. c. quid dicã. iu. ea. q. 4.

Poly. l. 6. tit. 22. Iuo p. 13. c. 4. & p. 15. c. 25.

† al. luat
† al. redhibere

1 Vt Alanus quod dic, vt no. extra de præscrip. vtgilanti. & de concess. præb. c. nul. la. Arch.

Paupertas quandoque sufficit, quandoque non excusat.

1 Vt ext. de cõsue. c. vlt. ext. de simo. cum in eccle sia. extra de eo qui dux. in ma. cũ habere. iuxta finem. Arch.

a ¶ Intercedere.] Vt 23.q.5.reos. 17.q.4.reum. & est hic arg. q̃ clericus in foro sæculari potest aliquem defendere in causa sanguinis, vt 23.q.5.c.1.2.& 3.

b ¶ Subtrahimus.] Arg. sup. 5.q.5. non omnis.

c ¶ Adiuuat.] Arguitur, q̃ non debemus dominos nostros

¶ Sed inhumanum non est, etiam pro talibus intercedere [a], tamquam pro reis criminum, non ad hoc, vt minime restituantur aliena; sed ne frustra homo in hominem sæuiat. *& paulo post.* ¶ Illud vero fidentissime dixerim, eum, qui pro homine ad hoc iterueniet, ne male ablata restituat, & qui ad se confugientem (quantum honeste potest) ad restituẽdum non compellit, socium esse fraudis, & criminis. Nam misericordius opem nostrã talibus subtrahimus [b], quàm impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat ß [c]; ac non potius subuertit, atque opprimit. Sed nunquid ideo nos aut exigere [d], aut ad exigendum tradere [e] vel possumus, vel debemus? Agimus quantum episcopalis facultas dat †, & humanum quidem nonnunquã sed maxime, ac semper diuinum iudicium comminantes. Nolentes autem reddere, quos nouimus & male abstulisse, & vnde reddant, habere, arguimus, increpamus, obtestamur †, quosdam clam [f], quosdam palam g, sicut diuersitas [h] personarum diuersam videtur posse recipere † medicinam.

† datur] orig.

† & detestamur] orig.

† al. velle accipere

α ¶ Repetente.] *Sic est emendatum ex codice epistolarum Vaticano, & editione Antuerpiana cum antea legeretur,* repente.

mam alicui dederit, & euentu occiderit, sicut fieri solet; quantum ad gratiam, innocens est; quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem [a], reus est: quia opera requirit. ¶ Item si in persecutione virgo fuerit oppressa; repellitur lege [b], quia opus inspicit, non voluntatem [c]; in gratia autem quasi virgo suscipitur; quia non opera quærit, sed voluntatem.

32. q. 5. de pudicitia.

¶ *Verba huius capitis vsque ad vers.* Item si in persecutione, *leguntur in homil. 28. operis imperfecti, ad c. xi. Matthæi reliqua autem, & fere eadem ibi leguntur, & similima in comm. B. Hieronymi in idem xi. c. Matth. Ipsa autem prorsus B. Hieronymi verba referuntur inf. 32. q. 5. de pudicitia, vers. finge.*

Sicut ergo, qui propter disciplinam casu homicidium facit, quantum ad legem reus est, quantum ad gratiam [d] innocens: sic iste sacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens est, quantum ad suscepti muneris executionem reus probatur. ¶ *His ita respondetur. Non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deiiciunt.* [c] ¶ *Non enim potest ad sacerdotium prouehi, qui aliquando insaniuit* †. *Veruntamen si post sacerdotium furere cœperit: non ideo sacerdotio carebit: nisi forte nunquã ad suæ mentis officium illum redire contingat.* ¶ *Sicut de quodam episcopo Gregorius scribit in regesto ad Eleutherium episcopum:* [*Quamuis* [f] *triste sit nobis, &c.*] *vt sup. in causa:* [*Longa inualetudine grauatus.*]

† Adde idem esse in matrimonio, vtno. in l. furor. & ibi concor. ff. de sponsa.

7. q. 1. quamuis.

QVÆSTIO II.

PRo impensis & vero patrocinijs in Tarraconensi concilio clerici exigere munera prohibentur: in quo sic statutum legitur, capitulo 10.

secundum quosdam: quod non concedo, vt dixi 50. d. de his, vel intellige quod hic dicit, quãdo excessit modum in corrigendo.

b ¶ Lege.] Canonica: quia non potest inter virgines cõsecrari, vt 33. q. 4. ille.

c ¶ Voluntatem.] Sic 14. q. 9. si quid inuenisti. inf. ead. q. 6. c. 1. in fi.

SICVT. CASVS. Infert G. ex supradicto c. dicens, quòd iste sacerdos in nocens est quo ad Deum: sed quantum ad executionem officij reus habetur.

d ¶ Ad gratiam.] Scilicet Dei.

HIS ITA. CASVS. Modo ponit G. verã solutionem dicens ꝙ multa impediunt promouendum, quæ non deiiciunt iam promotum. Vnde sacerdos iste & si promoueri non possit, non carebit sacerdotio iam suscepto: nisi forte nunquam ad sanam mentem rediret. & ad hoc inducit c. sup. 7. q. . quamuis sit triste.

e ¶ Deiiciunt.] Vt 68. sicut 89. d. Petrus. & turpius eijcitur, &c. 50. d. quicunq. & ext. de iureiu. quemadmodum.

f ¶ Quamuis] Scilicet inf. 7. q. 1. quamuis.

nis. & hoc fine sint in sacris, siue in minoribus ordinibus constituti: dummodo beneficijs ecclesiasticis sustententur, & si non habent beneficium: tunc si sunt in minoribus ordinibus, possunt. vt extra de postul. clerici. episcopi autem & sacerdotes non debent indifferentes aduocare: ne vilescant dignitates ipsorum, vt 88. distin. perlatum. & 15. q. 6. 5. denique. sed coram ecclesiastico iudice licite possunt petere salarium, si sunt in sacris ordinibus vt inf. ea. c. 1. Derogatum tamen est huic canoni per contrariam consuetudinem. nemo enim cogitur facere de suo beneficium, vt 10. quæst. quinta, precariæ. Item dignum est eum recipere emolumentum, qui præstat obsequium, vt 12. quæst. secunda, charitatem, Item nemo cogitur suis stipendijs militare, vt ext. de fi. cum fit. in parte decisa. immo est expressum, extra de præscri. cum ex officij. Religiosi vero & monachi vel regulares non nisi pro sua ecclesia debent aduocare & abbate suo præcipiente. 16. quæst. 1. monachi. Io. quod dicit de sacerdote, hodie corrigitur, vt extra de postul. capit. vlt. B.

PRo impensis.] CASVS. Hic intitulatur secunda quæstio, vbi quæritur an clerici ꝙ impẽsis patrocinijs salaria petere possint. Et respond ꝙ clerici aut sunt religiosi, aut sunt sæculares. Religiosi exigere non possunt, vt inf. ea. §. vlt. ga postulare nõ possunt, nisi in causa monasterij sui, & de Abbatis licentia, vt 16. q. 1. monachi. Si vero sunt sæculares, coram sæculari iudice postulare nõ possunt, si sunt in sacris ordinibus constituti vel in minoribus, si habeant beneficium vnde viuant: nisi in propria causa, vel ecclesiæ suę, vel miserabilium personarum, vt dicebatur in concilio Lateran de postulando. Clerici in criminali causa corã sæculari iudice non possunt aduocare, vt 15 d. aliquantos. sed coram ecclesiastico aduocabũt episcopi tamen & sacerdotes aduocare non possunt, vt 5. q. 3. qnia episcopus.

Clerici an possint aduo care.

g ¶ Pro impensis.] Hic qnæritur an clericis liceat recipere munera pro aduocationib. Primo ergo scias, ꝙ clericus in causa criminali corã sæculari iudice non potest allegare, vt 51. dist. aliquantos. & 23. q. 8. his à quibus, nisi ad hoc vt suppliçet pro eis, vt 14. q. 6. si res. & 23. q. 5. c. 1. & 2. & c. reos. Item in ciuili causa coram sæculari iudice non aduocabit nisi ꝓ se & ecclesia sua, & ꝓ miserabilibus personis. & hoc fine sint in sacris, siue in minoribus ordinibus constituti: dummodo beneficijs ecclesiasticis sustententur, & si non habent beneficium: tunc si sunt in minoribus ordinibus, possunt. vt extra de postul. clerici. episcopi autem & sacerdotes non debent indifferentes aduocare: ne vilescant dignitates ipsorum, vt 88. distin. perlatum. & 15. q. 6. 5. denique. sed coram ecclesiastico iudice licite possunt petere salarium, si sunt in sacris ordinibus vt inf. ea. c. 1. Derogatum tamen est huic canoni per contrariam consuetudinem. nemo enim cogitur facere de suo beneficium, vt 10. quæst. quinta, precariæ. Item dignum est eum recipere emolumentum, qui præstat obsequium, vt 12. quæst. secunda, charitatem, Item nemo cogitur suis stipendijs militare, vt ext. de fi. cum fit. in parte decisa. immo est expressum, extra de præscri. cum ex officij. Religiosi vero & monachi vel regulares non nisi pro sua ecclesia debent aduocare & abbate suo præcipiente. 16. quæst. 1. monachi. Io. quod dicit de sacerdote, hodie corrigitur, vt extra de postul. capit. vlt. B.

Obser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

OBseruandum.] CASVS Quæsitum fuit in Tarraconensi concilio, verum clerici more sæcularium aduocatorum pro patrocinijs munera exigere possent. Et resp ꝙ non, sed sponte oblata possunt recipere: & si quis contra fecerit, tanquam vsurarius deponatur.

¶ Iudicum] Idest aduocatorum. Vel dic istum esse tenorem c. ꝙ licet pro sæculari honore aliquid dari, vt ff. de pol. pactū & l. si qs ob. honorem. non tamen pro ecclesiastico aliquid potest peti. Itē not. ꝙ licet pro sæculari honore aliquid possit promitti, non tamen pro sæculari administratione, vt 1. quæ. 7. sancimus. t. Ioan.

1 Vide qđ not sup. 1. q. 2. §. 1. in gl. 3

HOC. CASVS. Dicit Gratia. ꝙ hoc c. de regularibus loquitur. sæculares vero clerici de consuetudine ecclesiæ prō impēsis patrocinijs munera exigere possunt.

¶ Pro patrocinijs impensis clericus munera exigere non debet. C. I.

OBseruandum quoque decreuimus, ne quis sacerdotū, vel clericorum, more sæcularium iudicum [a], pro pro impensis patrocinijs munera audeat accipere †, nisi * forte in ecclesijs gratuito oblata: quæ non fauore muneris videantur accepta, sed collatione deuotionis illata. Quòd si quis ista † probatur accipere; veluti exactor fœneris, aut vsurarum possessor, secundum statuta patrum se nouerit degradandum.

† al. exigere

* Adde ꝙ doctor sacerdos pōt dare ōsilium in camera, nec dī aduocar. no. Bar. in l. 1. §. aduocatus. ff. de va. extraor. co. & in l. 1. §. postulare. ff. de postula.

† al. ita

Hoc autem de illis intelligendum est, qui canonicam vitam professi regulariter se victuros proposuerunt. Generali namque ecclesiæ consuetudine receptum est, & moribus approbatum, vt clerici more aduocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis munera exigant, & pro impensis suscipiant.

QVÆSTIO III.

TErtio [b] quæritur, an ex mulieris confessione iste sit condemnandus. In quo primo videndum est, an mulier sacerdotem accusare valeat. Quod sacris canonib. omnino videtur esse prohibitum [c]. Generaliter [d] enim statutum est ex decretis Fabiani Papæ, vt sacerdotes Domini non accusent, nec in eos testificentur, qui sui ordinis nō sunt, nec esse possunt. Mulieres autē non solum ad sacerdotium, sed nec etiam ad diaconatum prouehi possunt. Vnde nec sacerdotes accusare, nec in eos testificari valēt. Legib. [e] quoque cautum est, vt ob verecundiam sui sexus mulier apud prætorē pro alio nō intercedat †: nisi forte suas, vel suorū iniurias persequi voluerint. Hæc autē, quæ nec suas nec suorum iniurias persequitur, ad hanc accusationem admitti non debet. ¶ Econtra [f] qui iudicis personā gerere valet, ab accusatoris officio non remouetur. Mulieres § autē in veteri testamento populū iudicasse, quicumque librum Iudicum [h] legerit, ignorare non potest. Non itaq; ab accu-

2. qō. 7. sicut sacerdotes.

ff. de regu. iur. l. fœmina

† Contes. in l. 1. §. fi. de loco. ver. sum. ff. de postu.

Iud. 4.

Mulier an possit testificari in crimine cōtra clericum.

b ¶ Tertio.] Per mulieris testimonium non potest clericus conuinci de crimine, tum quia mulier non est, nec potest esse eiusdem ordinis, vt supra 2. q. 7. ipsi Apostoli. & cap. testes. tum quia ipsa, quæ confitetur proprium delictum, non potest testificari de alterius delicto, vt infra eod. nemini. & regulariter confessio vnius alteri non præiudicat, vt 2. quæs. 5. interrogandum. admittitur tamen mulier cum agitur de crimine in modum denunciationis, vel inquisitionis, vt extra de testibus, quoniā. vel cum agitur in modum exceptionis, vt extra de testi. tam litteris.

c ¶ Prohibitum.] Vt inf. 32. q. 5. mulierem. & extra de verb. sig. a.

d ¶ Generaliter.] Excipit.

e ¶ Legibus.] ff. de reg iur. fœminæ. sup. 3. q. 7 §. tria.

f ¶ Econtra.] Intendit.

g ¶ Mulieres.] Fœmina de iure non potest esse iudex, vt 33. q. 5. mulierem. & 3. q. 7 §. tria. ff. de reg. iur. fœminę. nisi ei princeps scienter deleget causam, vt 2. q. 5. Menam. & 23. q. 4 si quos. 12. q. 2. cum deuotissimam. Vel nisi ex præcepta consuetudine hoc habeat, vt extra de arbitr. dilecti. Item nec docere potest, vt 23. distin. mulier.

Fœmina non potest esse iudex.

h ¶ Iudicum.] Ibi enim legitur, ꝙ Delbora prohetissa posuit

posuit tentorium suum in monte Effraim sub arbore palmæ, quæ dicebatur palma Delboræ: & ibi iudicabat populum Israel.

HIS ITA RESPONDETVR. CASVS. Respondet Gratia. obiectioni supradictæ, dicens quòd licet in veteri

satione remoueri possunt, quas etiam iudicis personam frequenter gessisse constat: nec vlla serie diuinarum scripturarum ab accusatione prohibentur. ¶ His ita respondetur. In veteri lege multa permittebantur, quæ hodie perfectione gratiæ abolita sunt. Cum enim mulieribus permitteretur populum iudicare; hodie pro peccato, quod mulier induxit, ab Apostolo eis inducitur [a] verecundari, viro subditas esse in signum subiectionis velatum caput habere. Quæ ergo his omnibus viro subiecta esse ostenditur, cui pro alio postulare non conceditur; ad accusationem admittenda nō videtur. E contra, quamquam passim, & indifferenter ad accusationem mulier non admittatur; sunt tamen quædam crimina, quorum accusationem mulier subire prohibetur.

Eph. 5.

tit. qui accusā nō possi.

Vnde in libro codicis nono, tit. 1. de. 12. Imp. Diocletianus scribit dicens.

C. I.

DE crimine, quod publicorum [b] fuerit iudiciorum, mulier acculare non permittitur, nisi certis ex causis; id est, si suam, suorumque persequatur iniuriam secūdum antiqui † iuris [c] statuta tantum, de quibus specialiter eis concessum est, non exacta subscriptione. Vnde aditus præses prouinciæ in primis examinabit, an sit tale crimē, cuius accusationem mulier subire nou prohibeatur.

† al. antiquitus statuta

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus ab initio quæstionis, vsque ad c. sane, nulla est distinctio capitulorum.*

Item in libro digestorum Paulus lib. 2. de adulterijs, tit. de testibus, le. 18.

lib. dig. 22. tit. 5.

C. II.

EX eo, quòd prohibet lex Iulia de adulterijs testimonium dicere condemnatam mulierē, colligitur [d] etiam mulieres in iudicio testimonium [e] dicendi ius habere. *Item Digestis titulo de accusationibus, & inscriptionib. libro 2.* ¶ Non est permissum mulieri publico iudicio quēquam reum facere: nisi scilicet parentem, liberorumque, & patroni & patronæ, & eorum filij filiæve, nepotisve mortem exequatur.

† al. testimonii lib. 48. tit. 2. l. 1.

Papinianus lege 2. eodem tit.

C. III.

CErtis de causis concessa est mulieribus publica accusatio: veluti si mortem exequantur eorū earumq; [a], in

teri testamento populum iudicasset, hodie tamen non permittitur, sed potius propter peccatum quod induxit mulier, debet verecundari, & viro subijcium cuius signū iubetur habere caput velatum. Postea probat ꝙ in quibusdam casibus mulier admittitur ad accusandum, & probatur per leges sequentes.

a ¶ Iudicitur.] Vt inf. 33. q. 5. mulierum.

DE crimine.] CASVS. Quæritum est ab Imperatore vtrum mulier in publico iudicio quemquam vadeat accusare. Et respondetur, ꝙ non, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, & nisi in criminibus, in quibus est ei specialiter concessum accusare sine inscriptione: & ideo discretus iudex examinabit, vtrum tale sit crimen ad cuius accusationem possit admitti.

b ¶ Publicorū.] Inf. 32. q. 5. publico. quæ sint publica, habes inst. de publ. iud. in prin. & per totum.

c ¶ Antiqui iuris.] Hoc vult dicere, ꝙ in quib. casibus antiqua iura permittūt, ꝙ possit fieri accusatio sine inscriptione, in illis fœmina non tenetur inscribere t.

t Aliter potuit H. & dr, ꝙ antiqua statuta fuerunt quæ fœminas in certis crimiuib. fine inscriptione accusare permisserunt illa statuta non habent in iure nostro forte apud Græcos habentur, & forte cōtinebant de crimine læsæ maie. & de crie abigeatus. 4. q. 4. c. nullus. §. aliqñ ſm H. 2 Text. est ꝙ hoc in l. cum lex. ff de leg. & in l. cū pretor. cū cōcor. ff. de iu.

Qui autem sunt illi casus, habes 4. q. 4 §. aliquando. & 2. q. 8. in summa. Quidam tamen dicunt ex hac lege, quòd fœmina in nullo casu tenetur inscribere.

EX eo.] CASVS. Lex Iulia de adulterijs prohibet mulierem condemnatam testificari: ergo a contrario sensu non condemnata ad testimonium potest admitti.

d ¶ Colligitur.] Arg. quod de vno negat, de alijs omnib. conceditur 2. Item ar. ꝙ possumus argumentari per ar. a contrarijs, vt hic, & 23. dist. qualis, & 45. d. disciplina. & 23. q. 4. quæstum. Et lex dicit ꝙ fortissimum est argumentum a contrario sensu, vt de off. eius cui mand. est iurisdi. l. r.

a ¶ Testimonium.] Secundum leges mulier in omni causa potest testificari, siue sit ciuilis, siue criminalis: nisi tantum in vltimis voluntatib. secundum canones vero mulier in nullo crimine pōt testificari, nisi exceptus, sed in ciuilib. pōt testificari. Nec obst. 33. q. 5. mulierem. & extra de ver. si. fortius vbi dicit, ꝙ mulier non potest esse testis, sed intelligas de criminalib. causis, & vltimis voluntatibus. Quidam tū dicunt, ꝙ mulier ſm canones non pōt testificari nisi in casib. à iure expressis. NON EST PERMISSVM. CASVS. Mulier nō potest quemquam in iudicio publico accusare: nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam.

CErtis de causis.] CASVS. Dicitur in hac l. ꝙ concessum est mulieribus accusare si suam vel suorum iniuriam prosequantur contra quos non cognuntur inuite

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicere testimonium. similiter volunt dicere testimoniũ suorum consanguineorum, vt liberti paterni vel materni esse falsum, admittuntur ad accusandum, pupillus vero vel pupilla mortem patris vel aui exequi potest auctoritate tutoris: similiter de testamento patris potest experiri.

a ¶ Inuitę.] Quidam enim personæ sunt, contra quas non cogitur aliquis testificari, vt 4.q.3. item lege Iulia.

b ¶ Testamentaria.] Vt mulier possit accusare testamentum falsum, si testamentum ad se vel ad suos pertineat.

c ¶ Paterni.] Quia si lij patronorum, & ethi, qui ex transuersо veniunt vsque ad quintum gradum vocantur ad successionem liberti, vt in instit. de succes. lib. § fi autem sine liberis.

Minor agere & conueniri nõ põt, nisi in certis casibus.

d ¶ Pupillis.] Regulare est, q minor annis sine tutore, vel curatore nec agere potest, nec conueniri, vt C. de auct. præstan. l. claram. alioqn sententia lata cõtra ipsum nulla est: si tamen lata fuerit pro ipso, tenet, vt C. de procu. non eo min⁹, quandoq. ramẽ agat vel cõueniat sine tutore vel curatore, ut in casib. hic positis. Itẽ si impetrauit veniã ætatis, vt C. de his q ve. æta. impet. l. 3. Ite fi agatur de libero homine exhibendo, vbi etiam pupillus admittitur, vt ff. de lib. ho. exhib. l. 3. §. pen. item si agatur de recuperanda possessione, vbi ẽt impubes sine tutore auditur, vt C. qui legi. perso. l. vlti. item minor potest agere de thoro suo violato, vt ff. de adult. l. si maritus. §. ti lex Iulia. licet autem minor pro se non possit agere, pro aljs tamen potest, si habet mandatum, vt ff. de mino. cum mandato, vt ff. de procu. filius familias in fine. Vtrum autem in causis spiritualibus, vt in matrimonio, vel pro ecclesia possit minor litigare pro se? Dicunt quidam quòd sic: quia in his cẽsetur maior, sed certe cum ibi maius periculum vertitur, magis esset ibi consulendum minoribus, vt ff. ad Carb. l. 1 § 3. nam circa maiora maius periculum vertitur, vt 42. dist. quiescamus. Item video, quod in matrimonio locum habet in integrum restitutio, vt ext. de in integ. rest. ex litteris. similiter in aljs causis spiritualibus, scilicet in religione assumenda. 20. q. 1. illud in ordine sacro. 77. d. c. 1. & 2. Item cum filius agit contra patrem secundum canones. 2. q. 7. quæritur. in matrimonio certum est quòd minor pro se admittitur ad agendum, vt extra de rest. spol. ex parte. sed de hoc posset dubitari, vtrum ibi locum habeat restitutio. sed de hoc dixi super illa decr. ex parte. sup. de rest. spo.

e ¶ Testamentaria.] i. lege Cornelia de falsis.

f ¶ Per interdictum.] Scilicet per interdictum de tabulis exhibendis: quo experitur omnis ille cuius interest, vt ff. de tabulis exhib. locum 1.

1 Sub. §. consequos ex lege publicorum testimonium inuitæ[a] nõ dicunt. ¶ Idem & in lege Cornelia testamentaria[b] senatus statuit: sed & de testamento paterni[c] liberti, vel materni mulieribus publico iudicio dicere permissum est. ¶ Pupillis[d] ex concilio tutorum patris mortem, item pupillæ aui sui mortem exequi concessum est lege testamentaria[e]. Nam & de patris quidem testamento pupillis agere diuus Vespasianus permisit. Sed etsi non exhibeantur tabulæ, per interdictum[f] possunt experiri. *Codice de ijs, qui accusare possunt, vel non, lege quarta*, Imp. Alex. Dionysio. Vxor tua, si consobrini sui necem vindicandam existimat adeat præsidem prouinciæ. *In digestis ad legem Iuliam maiestatis lege 8. Papinianus, lib. 12. responsorum.* ¶ In quæstionib. læsæ maiestatis etiam mulieres audiuntur.* ¶ Et coniurationem denique Lucij † Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tullium consulem indicio suo instruxit.

Quæcumque & vero personæ ad accusationem publicorum iudiciorum, vel læsę maiestatis admittitur, eadem accusationem simoniæ subire non prohibetur.

Vnde in 1. libro Codicis Imp. Leo Armasio præfecto Præt. le. 29.

li. 9. tit. 1. l. vxor

lib. 48. tit. 4. l. in quæstionib.

* Adde cõtra quos põt admitti. not. in l. si familia. ff. de iurisd. omn. iud. & inl. nemo. C. de epis. aud.

† al. Sergÿ.

tit. 3. de episcopis & cleric. l. si quem quam.

¶ Læsæ maiestatis. & publicorum iudiciorum, & simoniæ accusatio æqualiter proponatur.

C. IIII.

SAne †[h] quisquis hanc sanctam, & venerandam antistitis sedem pecuniæ interuẽtu subisse, aut si quis, vt alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepisse detegitur; ad † instar[1] publici criminis, & læsæ maiestatis accusatio

† Cum sane fi quis] orig.

† al. instar

IN QVÆSTIONIBVS CASVS. Dicitur hic q̃ in crimine læsæ maiestatis mulier potest accusare, quod probat exemplo mulieris Fuluiæ, quæ Catilinam coniurantem Marco Tullio detexit.

QVÆCVMQVE. CASVS. Dictum est supra, quod mulier admittitur in publico crimine, & in crimine læsę maiestatis ad accusandum. Nunc vero probat, quòd admittitur in crimine simoniæ, cum admittitur in publico crimine, & in crimine læsæ maiestatis. Et ad hoc induxit legem sequentem.

g ¶ Quæcunque. Hoc non facit ad propositum: sed hoc ponit vt inde at seq. c.

SAne g[i] quis.] CASVS. Statuit Leo Imperator in hac lege vt si quis Romanã sedem per pecuniam acquisierit, vel alium per pecuniam ordinauerit vel elegerit, ad instar criminis læsæ maiestatis accusatus & conuictus deponatur, & perpetuo infametur, cum ipsi sint in crimine pares.

h ¶ Sane.] Hæc lex est pars illius, C. de episcopis, & cle fi quemquam.

i ¶ Ad instar.] Non tñ est ibi omnimoda similitudo inter crimen simoniacum, & crimen læsæ maiestatis: quia pro crimine simoniæ imponitur pœna depositionis, sed pro crimine læsæ maiestatis pœna mortis. vt 6. q. 1. §. verum, sed quo ad accusationem & testimoniũ parificari videntur, vt quicunq; admitta ur accusator vel testis in vno, & in reliquo, vt extra de fi. licet Hely in fine. & cap. tanta. 79. di. fi quis Papa. Item simonia * est maius crimen quàm hæresis, vt 1. q. 1. eos. immo est maius crimen quàm aliquod aliud crimen, vt 1. q. vlt. patet: sed in hæresi quilibet admittitur, ergo multo fortius in simonia. argum. tamen contra est extra de testib. veniens 1. vbi

Simonia, & crimen læsæ maiestatis fi omnino cõueniunt.

* Quo simonia interdũ dicatur grauius crimẽ, vide sup. q. vl. c. patet, in gl. in ver. reputantur. Nam prior loquendo, hæresis est maius crimen quam simonia.

vbi dicitur, q̃ in simonia socij criminis non admittuntur. sed in crimine læsæ maiestatis audiuntur, vt 6. q. 1. §. verum. & porro. Sed dic, quod non admittuntur socij criminis cum accusatus est bonæ famæ, aliàs quilibet auditur. Vel dic vt dixi 2. quæst. 1. in primis. in fin. t. Vel dic

1 Et melius fu. 1. q. 2. fi quis episcopus. ibi videas.

deportationi, siue decapitationi, vt 5. q. 6. delatori.

CVM AVTEM. CASVS. Iste. §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Grat. ex supradictis dicens, quod canones non recipient accusationes, quas leges sæculi repellunt: ergo à contrario sensu per canones sunt admittendi, qui per leges non prohibentur. Postea respondet huic conclusioni dicens, quod non bene infertur: q̃ a leges prohibent omnes clericos nuptias contrahere, qui per canones prohibentur: non tamen leges admittunt copulã omniũ clericorum, qui per canones non prohibentur. Et de hoc ponit exemplum. Et ita quãuis canones non admittunt accusationes, quas admittunt leges; non tamen recipiunt omnes, quas leges admittunt. In secũda parte dicitur quòd in negotijs ecclesiasticis tunc legibus est vtendum cum canonibus non contradicunt. Vnde cum per leges mulier in crimine læsæ maiestatis & simoniæ admittitur ac accusandum & per canones est admittenda: vel ollẽda tur canon per quam repellatur. Et si quis dicere velit quòd mulier alios de simonia & nõ sacerdotes possit accusare: tũc eius distinctio locum nõ habuit, nisi specialiter hoc aliqua lege inueniatur esse prohibitum, cũ legibus generaliter ei permissum videatur. Postea huic quæstioni respondet dicens, quòd specialia sunt crimina, in quibus mulieri p mittitur accusare, inter quæ cum fornicatio non connumeretur, de qua mulier pbyterum accusat; patet, q̃ propter hoc mulier sit repellenda, & etiam propter aliud: quę dum de se confitetur contra sacerdo

ne proposita, à gradu sacerdotij retrahatur. Nec solum hoc deinceps honore priuari, sed perpetuę quoque infamiæ damnari decernimus: vt eos, quos[a] facinus par coinquinat, & æquat; vtrosque similis pœna comitetur.

Cum autem sacris canonibus accusationes omnino submoueantur, quas leges sæculi non asciscunt, è diuerso videtur admittendæ, quæ legibus[b] sæculi non prohibentur. Verum hoc non infertur. Quicumque enim clericorum sacris canonibus nuptias contrahere prohibetur & legibus Imperatorum. Non autem consequenter omnium copulam leges admittunt, quorum coniunctionem sacri canones non prohibent, legibus enim « soli cantores, & lectores: canonibus autem etiam acolythi vxores ducere possunt. Quamuis igitur sacris canonibus submoueantur accusationes, quas leges sæculi non asciscunt; non ideo c̃sequenter recipiuntur, quascumque principum leges admittunt. ¶ *Sed (sicut circa huius operis initium[c] præmissum est) toties legibus Imperatorum in ecclesiasticis negotijs vtendũ est quoties sacris canonibus obuiare non inueniuntur.* ¶ *Vnde aut specialiter sacris canõibus mulier ab accusatione læsæ maiestatis, & simoniæ ostendatur prohibita: aut præmissis rationibus ad huiusmodi accusationem admittẽda probetur. Nec quisquam distinguere quærat: ad aliorum, non ad sacerdotum accusationẽ in hoc casu simoniæ mulieres esse admittendas†. Cum enim generaliter[d] legibus hoc eis permissum inueniatur; nisi quis specialiter aliqua lege hoc prohibitum ostenderit, eius distinctio locum non habebit. Verum, cum contra generales regulas quædã crimina specialiter excepta sint, in quibus mulieri accusare permittitur, inter quæ fornicatio non numeratur; patet, quod huius accusatio dupliciter infirmatur; & quia fornicationis crimen intendit; & quia dum de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet.*

† Concor. tex. in l. quẽ quam. cum gl. C. de epi. & cle.

& Dionisius, epist. 2.

« ¶ Legibus enim.] *Discrepatia hæc legum, & canonum vera non est. Sed fortasse in hanc opinionem venit Gratianus ex quibusdam verbis nouellæ vigesimæ secundæ, quæ in vulgatis authenticis habetur collat. 4. tit. de nuptijs* §. sed & si quis inter reuerendissimos constitutus clericos (vltra lectorem, aut cantorem dicimus) omnino contraxerit nuptias; hũc ex nostra cõstitutione cadere sacerdotio constituimus, atque volumus. *Iulianus autem antecessor eadem nouella 22. nu. 27. illud.* supra

Vel dic q̃ admittit quilbet ad accusandũ in his criminibus, sed non ad testificandum: quia tota vis consistit in testimonio, sed non in accusatione.

a ¶ Quos.] Non intellige q̃ eandem pœnam patiatur conuictus de simonia, quam conuictus de læsa maiestate. Sed hoc vult dicere, q̃ eandem pœnam patiat tandans quàm accipiens pecuniam 2. Vel dic eadem pœna, id est, consimilis: nam pœna depositionis similis est

2 Ad hoc fu. 2. q. 1. quos constituerit.

tem, ei credi non debet vt infr. seq. cap. Secũda pars incipit ibi, [Sed licut.] &c.

b ¶ Legibus:] Sup. 10. dist. lege Imperatorum.

c ¶ Initium.] Sup. dist. 10. cap. 1.

d ¶ Generaliter.] Sic ergo argumentatur, cum nusquã inueniatur prohibitum. ergo non debet prohiberi, vt 27. q. 2. lex diuina, simile vigesima prima q. 1. quod si dormierit & 55 dist. Euangelica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NEmini.] CASVS. Quæsitum est à Iulio Papa, vtrũ alicui de se confesso contra socium criminis sit credendũ? Et respondet, non: nisi in crimine læsæ maiestatis: quia omnis confessio accusanti periculosa aduersus quemlibet. Item §. qui postea sequitur planus est.

a ¶ Læsæ maiestatis.] Et præterquã de crimine simoniæ. vt 79. dist. si quis Papa. & su. ea. sanæ licet sit arg. contra, extra de test. veniens 1. Quidã tamen dicunt, q in crimine simoniæ nõ auditur socius cõtra sociũ. & ad aliud decretum 79. d. si quis Papa respõdet, q ibi socius admittebatur contra socium, hoc ideo fuit: quia non fuit ibi tãtum crimẽ simoniæ, sed ẽt crimen lęsæ maiestatis. Item auditur confessio vnius latronis contra alios, vt C. de fer. prouinciarum. Item falsarius contra socium suum auditur 1. vt C. de fal. 1. nunquam tamen valet confessio taliũ ad conuincendum socium, nisi adsit aliqua psumptio, vt ff. de cu. re diuus. Ioan.

Cõfessio latronis contra latronẽ auditur.

1 Ilta fuit snia. B. Isi. q dicebat, q nunquam valet confessio socij contra socium, nisi aliquã sit præsumptio contra ipsum. sed Azo dicit su per valere nisi expssũ inueniretur. Arch.

b ¶ Credi.] Præiudicatur tamẽ alteri extali confessione, intãtum, quod ei indicitur purgatio, vt extra de adul. significasti, quod verum est si laboret infamia, alias non vt extra de purga. capitu. nos inter alios. & extra de cõfess. cum monasterium.

QVod vero die.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæstio, qua quæritur vtrum die Dominico liceat causas uentilare? Et respondetur, quòd nec die Dominico, nec alijs diebus feriatis, vt infra ead. c. 1. 2. & 3. nisi tractetus de pace, vt iufra 22. q. 5. decreuit. & nisi partes in hoc spõte consentiant. vt ff. de fer. l. 1. Itẽ si res sit tempore peritura, agitur diebus feriatis. Liberalia quoque iudicia diebus illis tractãtur, & de amouendis officiatis. & de alimentis, & atrocibus iniurijs & vt aliquis in possessionem causa rei seruandæ mittatur, agitur diebus iltis, vt ff. eod. l. 2. & 3. & contra insignes latrones agitur diebus feriatis, vt C. eo d. l. prouinciarum. & in quibusdam alijs casibus, qui notantur C. eod. tit. & in summa huius quæstionis.

Feriatis diebus an possit litigari.

c ¶ Quòd vero.] Diebus feriatis causæ non sunt tractandæ, vt infra cap. 1. & vlt. nisi tantum de pace, ut 22. quæst. 5. decreuit. agitur tamen in quibusdam casibus, scilicet cum actio est tempore peritura. Item cum agitur de tutoribus dandis, & de amouendis officiatis, & de alimentis, & de atrocibus iniurijs, & de liberalibus, causis, vt ff. de fer. l. 1. 2. & 3. Item contra insignes latrones agitur; vt C. de fer. prouinciarum. Itẽ si partes sponte nec velint litigare feriatis diebus, possunt: aliàs non tenet sententia, vt ff. eod. l. 1. libellus autem potest porrigi die feriato. vt ff. de adul. miles. §. sexaginta. Ioan. tamen dixit quòd partes mutuo consensu possunt litigare lectorem, & cantorem, *exponit.* veluti subdiaconus, & diaconus. *Hos autem canones etiam nuptijs prohibent. Et Leo in c. lex continentiæ supra dist. 31. fere ijsdem verbis vsus est, quibus Iustinianus in hac nouella, & nomine lectorum omnes minores ordines significauit.*

Vnde Iulius Papa scribit in decretis, c. 18. dicens.

¶ Rei professio aduersus quemlibet admitti non debet. C. V.

Ansl. l. 3. c. 75. Iuo p. 5. c. 288. Panu. l. 4. c. 69.

NEmini (præterquam de crimine læsæ maiestatis a[a]) de se confesso credi b potest † super crimen alienum quoniam eius, atque omnis rei professio periculosa est, & admitti aduersus quemlibet non debet.

† *al. oportet*] *al. debet.*

a ¶ Præterquam de crimine læsæ maiestatis.] *Hec exceptio in nullo ex locis indicatis habetur, præterquam apud Anselmum.*

Quia ergo ista de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet, sed contra eam sua confessio interpretanda est.

QVÆSTIO IIII.

QVòd vero c die Dominico nec episcopo, nec presbytero causam aliquam ventilare liceat in Tarraconensi concilio prohibetur, in quo sic statutum est, c. 4.

¶ Ministri ecclesiæ die Dominico causas ventilare non debent. C. I.

Iuo p. 4. c. 22.

NVllus episcoporum, aut presbyterorum, vel clericorum die Dominico propositum cuiuscunq; causæ negocium audeat ventilare f; nisi hoc tantum, vt Deo statuta solẽnia peragant, Cæteris vero diebus, conuenientibus personis illa, quæ iussa sunt, habent licentiam iudicandi, excepto † criminali d.

† *al indicare*

† *al exceptis criminalibus negotijs*

Item ex concilio apud Erphesfurt habito præsente rege Henrico.

NVllus episcoporum.] CASVS. Statutum fuit in cõcilio Taraconensi, vt in diebus Dominicis, vel alijs solennibus diebus episcopi vel alij clerici causas ventilare non audeant: sed in alijs diebus possunt, & ex certa causa criminali, vbi agitur ad sanguinis effusionem.

d ¶ Criminali.] Scilicet cum agit ad effusionẽ sanguinis. tũc clerici non possunt esse iudices, vt 23. q. 8. his à quibus. delegari thi põt clerico criminalis causa. vt tamen princeps iuret de impunitate rei, vt 23. q. 8. sæpe.

Placita

PLacita.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, vt in diebus Dominicis & præcipuis festiuitatibus, vel in legitimis ieiunijs sæcularia placita non tractentur. In secunda parte dicitur, quòd in septẽ diebus ante natiuitatem domini vsque ad octauam Epiphaniæ,

¶ β Erphesfurt.] *In vulgatis legebatur*, Ephesum, *quasi hoc esset decretum aliquod concilij Ephesini habiti tempore Cælestini Papæ, & Theodosij iunioris. Hoc vero est Germanicum concilium habitum præsente Henrico rege, prout etiam apud Ernchardum, & Iuonem dicitur. Et codices Gratiani manuscriptis habent, quemadmodum est restitutum. In hoc autem oppido petijt Bonifacius à Zacharia Papa constitui episcopum, & impetrauit. Quod apparet ex prima epistola Bonifacij ad Zachariam, & vltima Zachariæ ad Bonifacium.*

¶ Solennibus diebus, & legitimorum ieiuniorum sæcularia placita non agantur. C. II.

Burc. l. 13. c. 21. Iuo p. 4. c. 53.

PLacita sæcularia Dominicis dieb. vel alijs præcipuis festis, seu etiam in his diebus, in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam constitutionem minime fieri decernimus. Insuper etiam sancta synodus decreuit, vt nulla iudiciaria potestas licentiam habeat sua auctoritate Christianos ad placitum bannire in supradictis diebus, idest † septem eies ante Natalem Domini vsque in octauas Epiphaniæ, & à quinquagesima a vsque in octauas Paschæ, & septem dies ante natiuitatem sancti Ioannis Baptistæ: quatenus adeundi ecclesiam, orationibusque vacandi b liberius habeatur facultas.

† & forte fasse

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 64.

¶ De eodem. C. III.

Burc. l. 1. c. 112. Iuo p. 5. c. 204.

NVllus episcopus, vel infra positus die Dominco causas iudicare præsumat.

QVÆSTIO V.

PVrgationem c vero neganti esse præstandam Stephanus scribit Leoni episcopo Theanensi.

¶ Idem est titulus in cap. de manifesta. supra 2. quæstio. 1.

¶ Diaconus si de crimine conuinci non poterit, apod episcopum seipsum secreto purificet. C. I.

Iuo p. 6. c. 460.

DE crimine sibi illato diaconus tuus verissime fateba tur se esse immunem. Veruntamẽ si suspicio habetur, phaniæ, & à Quinquagesima vsq; ad octauam Paschę, & septem diebus ante festum sancti Ioannis Baptistæ non liceat iudici ad placitum aliquem vocare. Secunda pars incipit ibi, [Insuper,] Sequens capitulum patet.

a ¶ A Quinquagesima.] Alibi dicitur à Septuagesima, vt 22. q. 5. decreuerit hoc tamen hodie non seruat Romana Curia. Ioan.

b ¶ Orationibusque vacandi.] Ratio secunda est ob reuerentiam dierum, & tertia fauore partium, vt sic partes à litibus respirent, vt C. de ferijs, dies. Quarta ratio est, quia talibus diebus non præstatur iuramentum nisi crimine non est infamatus, vt 6. q. quinta, capit. vno. Si autem est infamatus de crimine, indicitur ei purgatio vt inf. ea. c. 1.

c ¶ Purgationem.] Hic quæritur an neganti sit indicenda purgatio. Et est dicendum quòd non, nisi laboret infamia. 6. q. 5. quod autem hæc quæstio dicta est su. 2. q. 5. per totum. Ioan.

DE crimine.] CASVS. Aldericus diaconus habebatur suspectus de quodam crimine: & ideo per ipsum Aldericum Menen. episcopus consuluit Stephanum Papam, qualiter super hoc esset procedendũ? Et respondet pro pace, vt 12. q. 5. decreuit. & sic non posset prædari sacramentum calumniæ. Sed pone quòd Papa committ alicui, quòd intra triginta dies terminaret causam aliquam, & illi dies incidant intra dies quadragesimales; videtur q cum res sit peritura tempore, quòd iudex inuitis partibus procedere possit, quod quidam concedunt: sed non est verum hoc: quia licet littere pereant, lis tamẽ sal ua manet coram alio 1. Sed pone q iudex citet aliquẽ die feriato; nunquid tenetur citatus venire, & allegare priuilegium suum? Videtur, q sic: quia si post appellationem citat aliquem tenetur venire, & allegare priui legium suum, vt ext. de appel. si duobus. & ca. cum parati. Itẽ etsi non teneatur qs respondere die illa: tamen potest ad hoc citari, vt libellus ei detur 2. ff. de adulter. miles: §. sexaginta. Item quid si sub hac forma fiat citatio, Mando tibi, vt hinc vsque ad diem Dominicam hic compareas, vt ext. de do. & contum. cum dilecti. Respondeo, si citat vt compareat die feriato, bene tenet citatio. Sed si citat vt respõdeat, nõ tenet: quia talis citatio nulla est 3. vt ff. de fer. l. 1. & vbi citatio nulla est. & hoc liquet, q est nulla: non tenetur venire ad allegandũ priuilegium suũ, sed vbi dubium est an teneat, tenetur venire, vt dixi tertia q. secunda, si episcopus.

2 Idem sẽt Inno. ext. de off. deleg. de causis. Arch.

2 Idẽ tenet Ale. de Imo. in l. 1. col. 2. ff. de ferijs & l. in l. j. §. mu no. nun. & in l. 1. in ver. cõ eius. & ibi Bal. C. de adul. & no. gl. in c. fi. & ibi vide doc. de iud. extra.

3 Conc. Ale. de Imo. in l. ex quacunq. col. 2. ff. si qs in ius voca. non ier. & Cy. in l. dies. ff. de ferijs & per Bar. in l. j. §. nunc. de deop. no. nu.

PVrgationẽ.] CASVS. Hic intitulatur 5. qõ. qua quæritur, an neganti sit purgatio indicenda? Et respõdetur quòd non, si de

Universidad de Deusto
Biblioteca

spondet, si accusatores & testes idonei reperiuntur, coram certo numero episcoporum accusetur ipse Aldericus, & confessus fuerit, vel legitimis testibus conuictus, canonica sententia feriatur. Si vero crimen non confitetur, nec testibus potest probari, & infamatus est de crimine non in publico, sed coram te, & aliquot testibus, presbyteris, & diaconis, secretose purget, præstito iuramento, & deinde commoneat clericos ne præfatum diaconum infamat præsumãt, exẽplo Cham, qui male dictus fuit à nlijs, q̃a verenda p̃ris derisit.

a ¶ Numero.] inf. e. q. 7. Fœlix.

a ¶ Accusatores.] Idest, accusator.

c ¶ Publico.] 2. q. 5. presbyter. 23. d. illud contra. Sed ibi loquitur cũ publice q̃s est infamatus 1, hic cum clanculo vel à clero est infamatus.

d ¶ Ne sacerdotem.] hic sacerdotẽ vocat diaconum. fic extra de coha. clericorum, & mu. si quispiam.

e ¶ Cham.] 2. q. 7. sententia. Ioan.

P Resbyter.] CASVS. Quidam epis sciens peccatũ cuiusdam presbyteri & diaconi sui (quod peccatum sibi notũ erat per eorum confessionem sibi extra iudicium factam) cõpellebat eos publice confiteri, qđ cũ facere nollent: sed se sacramento defendere vellent, ab officio vtrumque suspendit. super hoc Solomon Constan. episcopus quæsiuit à Nicolao de duobus. Primo vtrum per solam pœnitentiam possit presbyter vel diaconus ad officium reparari, cum episcopo sit notum scelus esse perpetratum? Et rñdet q̃ non. Secundum, vtrum pp confessionem extra iudicium factam possit quis suspendi vel dãnari? Et rñdet q̃ non, sed per testium approbationem, vel spontaneam confessionem in iudicio factam. ita ponit Bene. hunc casum. H. vero sic. Quidam episcopus dicebat se scire crimen cuiusdam presbyteri, & cuiusdam diaconi, & ideo noluit purgationem eorum recipere, sed statim eos deposuit. tandem delata fuit causa ad Solomonem episcopum per delegationem domini Papæ, vel per appellationem: quia forte metropolitanus eorũ erat: qui dum vellet de causa cognoscere, eps inhibat, & dicebat ne reciperet purgationem eorum, quia eos iuste damnauerat. Dubitabat ergo Solomon, & in hoc articulo dominum Papam consuluit: cui nunc Papa rescribit, ostendens qualiter in causa debeat procedere. Si enim legitime conuicti, vel confessi in iure remanẽat sic depositi. si vero nec in iure sint confessi, nec legitimis testibus coram suo episcopo conuicti, pristino statui siue honori restituantur.

f ¶ Sacramento.] Hic consueuit quæri, si eps scit clericum infamatum esse reum, an debeat eius purgationẽ audire, vel etiam compellere eum ad purgationem? Et f videtur q̃ sic: quia generaliter traditur in canone, q̃ clericus infamatus debeat se purgare. 2. q. 5. per totum. Itẽ sacerdos tenetur concedere Eucharistiam ei quem scit in mortali constitutum, vt infra de consecrat. dist. 2. non proh-

Famatum cogere ad purgationem.

& accusatores idonei reperiuntur, & tales testes, quales sacri canones faciunt: accito tecum certo episcoporum numero [a] veniant accusatores [b], vocetur & ipse Aldericus diaconus: & si negauerit, ventiletur causa canonice: & si, vel sponte confessus, vel legitimis testibus fuerit approbatus, canonica feriatur sententia. Qui si nec sponte confitetur, nec accusatores, & testes legitimi reperti fuerint, & mala fama crebuerit; non publico [c] examine, sed coram te, & aliquantis reuerendissimis presbyteris, & diaconis tuæ ecclesiæ secreto iuramento se purificet. Et tu deinceps boni testimonij eum annuncia: & compesce, & commone ecclesiæ tuæ filios, ne sacerdotem [d] Dei vlterius infamare præsumant; timentes, quod Cham [e] maledictus est, qui patris veronda derisit. *Gen. 9.*

Item Nicolaus Salomoni Constantiensi episcopo.

¶ Non est spoliandus presbyter, vel diaconus, nisi sponte confessus, vel legitime conuictus fuerit.

C. II.

PResbyter, aut diaconus, quem asseris crimina nolle publice confiteri, sed velle cum sacramento [f] defendere se; & si tamen notum sit episcopo esse scelus ab ipso perpetratum; non potest per aliquam pœnitentiam [g] sacerdotali, vel diaconali officio potiri: sed mirandum est [h], si ipse cõfessus non fuerit, quomodo notum possit esse episcopo scelus ab ipso perpetratum, nisi accusatore forte ideo neo per testes idoneos approbante. Vnde si examinante episcopo causam presbyteri, vel diaconi non fuerit per testiũ approbationẽ presbyter †, vel diaconus forte conuictus; non est scelus episcopo legitime manifestum; nisi sua spõte scelus ipse confiteatur. Qđ nisi fecerit, interim nõ vi

Iuo p. 6. c. 122.

† *al. ille presbyter*

prohibeat. Item episcopus iure suo vtatur, si quid malii inde accidit, non est ei imputandum 2, vt 33. q. 5. de occidendis. Item non potes dicere, quòd eum episcopus cogat ad periurium. sed potius canon cogit ipsum iurare, vt 33. q. 2. quos Deus. Sed contra, ille qui recipit alterius iuramentum, & scit eum falsum iuraturum, vincit homicidam, vt 22. q. 5 ille. Item qui permittit alium falsum iurare cũ possit prohibere, peccat, vt 22. q. 5. hoc vr. H. dicit q̃ eps secreto debet ei consulere, vt potius confiteatur publice crimen, quàm vt fiat periurus. Sed si ad hoc non potest eum inducere, dicet populo: absit vt quid quam finistri de hoc clerico suspicemur, vt 11. q. 3. absit. Alij dicunt, q̃ delegabit purgationem. Tertij dicunt, q̃ non peccat audiendo purgationem: quia auctoritate canonis facit, 23. q. 4 qui peccat.

g ¶ Pœnitentiam.] Quia pœnitẽtia non restituit aliquẽ dignitati, sed gratiæ tantum, vt inf. de pœn. distin. 6. qui vult. nisi quandoque, vt quando crimen occultum est, vt 50. dist. domino sancto, & c. quia tua. sed per restitutionem in integrum vel dispensationem.

h ¶ Sed mirandum est.] Arg. q̃ non secundum conscientiam iudicandum sit 3. vt 3. q. 7. iudicet. & per hoc decretum intellig̃o illud 32. di. nullus. intelligo enim illud de scientia iuris, non facti, licet alias verbum sciendi large sumatur, vt 22. q. 5. hoc videtur.

Quòd

2 Hoc ideo quia lege permittente hi, &c. C. de adul. Gracch. C. de concub. l. antep. arg. 31. q. 1. hac rõne. 23. q. 4. quàm peccatum. in priuat.

3 Adde an & qñ sit fama cõsiderata in iudicium. de testi. l. illicitas. h. ff. de off. pref. fid. & in l. ff. de ser.

Vòd vero.] Hæc q. diuidit in duas partes: in quarum prima dicitur, quòd confessio extorta non præiudicat. Secũda ibi, [A fidelitatis.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 6. q. qua quæritur an confessio sit cruciatibus extorquenda. Bx respondetur q̃ viles testes possunt cruciari, vt 5. q. 6. presbyteri. & 2. q. 1. in primis. accusator vero non est cruciandus à iudice, nisi in crimine excepto propter inopiam probationum: velint falsitatem dicat C. ad legem Iul. læsæmaiestatis, si quis vbi glibet accusator & reus & testis torquetur, aliàs à reo veritas non est crucioribus eruenda, vt inf. ea. c. 1. nisi sit præsumptio cõtra eum, vt 23. q. 5. c. 1. De hoc satis notatur in summa huius quæstionis.

a ¶ Quòd vero.] Ab aduersario numquam est extorquenda confessio cruciatibus, vt inf. e. c. 1. & 2. sed à iudice licite extorquetur confessio tormẽtis & cõnibus. Torquere possit iudex aliquas personas. Nam à iudice quandoque torquetur testis: qñque reus: qñque accusator. Testis torquetur tam in ciuili quam in criminali, vt si est seruus vel vilis persona: vel etiam si sit liber & sic criminosus & infamis, vel obscurus vel ignotus. tales enim non recipiuntur ad testimonium sine quæstionibus, licet sint clerici. 4. q. 3. si res. & 5. q. 5 illi qui. & q. 6. presbyteri. & 2. quæst. 1. in primis. & in authen. de testi. §. nos igitur. & §. licet. coll. 7. & C. de fal. si quis decurio. Torquetur etiam libera persona licet nõ sit vilis, dum tamẽ vacillet in testimonio, vt ff. de quæstioni. ex libero. extra de pœnis. super his 1. Item reus quandoque torquetur licet raro, scilicet cum est suspectus, & non potest alias res probari, maxime si est vilis persona, & hoc in ciuili causa: vt 14. q. 6. si res aliena. similiter in criminali torquetur, vt 23. q. 5. ca. 1. Actor vero in ciuili causa nũquam torquetur, sed accusator in criminali causa quãdoque torquetur, vt in crimine læsæ maiestatis, cũ criminaliter non potest probari, vt C. ad leg. Iu. maie. si quis. ibi enim qualicumque dignitate si præditus nullo priuilegio se potest tueri, siue sit accusator, siue reus vel testis. vt 6. q. 1. §. porro. & 50. dist. nullus omnino. Ioan.

1 Ad idem arg. C. de testi. nullum & 4. q. 3. qui falso. idem videtur, & si non vacil. ff. de q. l. vnius. §. testes secundum Io. de Fan.

demus suo debere presbyterum, vel diaconum officio priuari. Sola ergo spontanea confessio, & canonicus numerus, & qualitas testium (decernentibus episcopis, & accusatore, quod obiecerat, comprobante) clericum priuat proprio gradu.

QVÆSTIO VI.

VÒd vero [a] confessio cruciatibus extorquenda non sit, Alexander Papa testatur scribens omnibus orthodoxis, epistola prima, cap. 2.

¶ Ministrorum confessio non sit extorta, sed spontanea. C. I.

Iuo p. 5. c. 241. Pan. l. 4. c. 118.

